# BFW 200.

*Otto restituiert dem Erzbischof Adolf von K ö l n  im Tausch gegen die Abteien Herford und Vreden das Gut Saalfeld, weiters die Höfe Andernach und Eckenhagen sowie die Vogtei zu Klotten, gewährt ihm Privilegien betreffend den Zoll und das Haus zu Kaiserswerth, die Burg Bernstein sowie die Prägung der Kölner Münze, bestätigt ihm mit Zustimmung seiner Brüder, Pfalzgraf Heinrich und Wilhelm von Braunschweig, das Herzogtum (Westfalen), alle Eigengüter, Lehen und Ministerialen, hebt das von Kaiser Friedrich (I.) rechtswidrig eingeführte Spolienrecht auf und sagt dem Erzbischof zu, ihn bei der Rückgewinnung der Güter jenseits der Mosel zu unterstützen.*

*(wohl Aachen, 1198 ca. Juli 12)*

*Original, 415 (–424) + 29 (–44) x 433 mm, im Historischen Archiv der Stadt Köln, Best. 210 (Domstift) U 3/54 (A). – Abschrift des 14. Jh. im Liber privilegiorum ecclesiae Coloniensis ebenda, Best. 295 (Geistl. Abteilung) 79, fol. 54 (C).*

*Gelenius, Vindex libertatis S. 25 Teildruck, zu 1200 = Schaten, Annalium Paderbornensium pars 1, S. 915 = ed. II. 1, S. 641, = Lünig, Reichs-Archiv 16, S. 340 Nr. 25, = Brosius, Juliae Montiumque comitum annalium tom. 1, S. 16 unter Auslassung der Signumzeile und des Monogramms, = Gundling, Ausführlicher Discours 4, S. 667, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 755 Nr. 266, = Bondam, Charterboek 1/2, S. 266 Nr. 78, = Ebeling, Bischöfe 1, S. 220. – Apologia des Ertzstiffts Cöllen Beylagen S. 8 (irrig S. 4) Nr. 6 zu 1204 = Lünig, Reichs-Archiv 16, S. 340 Nr. 27 zu 1204, = (Bossart), Securis ad radicem posita ed. II. S. 285 Nr. 106. – Kindlinger, Volmestein 2, S. 96 Nr. 15 aus einer Abschrift vom Ende des 14. Jh., zu 1198–1201. – Lacomblet, UB Niederrhein 1, S. 392 Nr. 562 aus A. – Wilmans – Philippi, Kaiserurk. der Provinz Westfalen 2/1, S. 356 Nr. 256 aus A mit Ergänzungen nach C. – MGH Const. 2, S. 21 Nr. 17 aus A mit Varianten aus Lacomblet und Wilmans – Philippi.*

*Andernach und Köln S. 61 (Abb.) mit Regest S. 56.*

*Matthaeus, De nobilitate S. 1025 (Wiedergabe der Corroboratio und Signumzeile sowie Nachzeichnung des Monogramms nach Gelenius, zu 1200). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 779 Nr. 35 (zu 1198) und Sp. 804 Nr. 39 (zu 1204). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 136 Nr. 7. – Schultes, Sachsen Coburg-Saalfeldische Landesgeschichte 2, UB S. 17 Anmerkung g (Erwähnung mit Textauszug). – Reck, Geschichte S. 53 (zu 1201). – Schultes, Directorium diplomaticum 2, S. 397 Nr. 556 (mit Anführung mehrerer Zeugen). – Erhard, Reg. historiae Westfaliae 2/2, Nr. 2407 (mit Anführung mehrerer Zeugen). – Gengler, Codex juris municipalis 1, S. 528 Nr. 25 (mit Textauszug). – Grandidier, Oeuvres 3, S. 76 und pièces just. Nr. 92. – Wauters, Table chronologique 3, S. 97 und S. 657. – Röhrich, Adolf I. S. 35. – Wilmans in: Zs. für vaterländische Geschichte und Altertumskunde 32/1, S. 116 (mit Textauszug). – Sloet, OB Gelre en Zutfen 1, S. 389 Nr. 392 (mit Textauszügen und Wiedergabe der Zeugenreihe). – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 830. – Aander-Heyden, Geschichte Elverfeldt 1, Nr. 243. – Korth in: Westdeutsche Zs. für Geschichte und Kunst, Ergänzungsheft 3, S. 127 Nr. 39. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1081. – De Fremery, OB Holland, Supplement Nr. 22. – Knipping, Reg. der Erzbischöfe von Köln 2, Nr. 1550 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Brom, Reg. van Sticht Utrecht 1, Nr. 549 (mit kurzen Textauszügen und Wiedergabe mehrerer Zeugennamen). – Wentzcke, Reg. der Bischöfe von Straßburg 1/2, Nr. 697. – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 716. – Frick, Quellen Bad Neuenahr Nr. 258 (mit Anführung einiger Zeugen). – Heeringa, OB Sticht Utrecht 2, Nr. 537. – Koch, OB van Holland en Zeeland 1, S. 386 Nr. 229 (mit Textauszügen und Wiedergabe der Zeugenreihe und der Signumzeile). – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 1 (mit Wiedergabe einzelner Textstellen und Anführung der Zeugen). – BFW 200.*

*Das Original ist besonders im oberen Drittel durch Abreibung, Risse, Löcher und Flecken stark beschädigt. Zur Gänze zerstörte Wortteile und Buchstaben wurden im Text mittels eckiger Klammern nach C ergänzt. Geringfügige Anklänge in der Publicatio finden sich zur Urkunde Friedrichs I. vom 1. August 1167 (DF. I. 532; VU I) und in den Bestimmungen über die Kölner Münze zur Urkunde Heinrichs VI. vom 25. März 1190 (Böhmer – Baaken 94; VU II).*

(C.)[a] # In nomine sancte et individue trinitatis[a]. O#tto divina favente clementia Romanorum rex [et] semper augustus. Ratio suadet, equitas requirit nostramque decet celsitudinem[b], omnium

[a–a] (C.) – trinitatis *teilweise stark abgerieben und durch Risse im Pergament beschädigt*
[b] d *wohl aus* u *verb.*

ecclesiarum nos [indem]pnitati providere et eas in s[ui] hono[ris a]c i[u]ris conservatione pie ac clementer confovere. Inter quas specialis g[ratie] benivolentia Coloniensem diligentes ecclesiam, universa ei bona, quibus a nostris antecessoribus minus decenter privata est, restituendum duximus ac li[bertan]du[m eam] ab indebitis oppressionibus inimico[r]um quibus quondam ag[gra]vata e[st][c], ad hec quidem per fidelissimum principem nostrum Adolphum venerabilem Coloniensem archiepiscopum invitati. Inde est, quod omnibus /**I**/ Christi * fidelibus per scriptum presens c[u]pimus clarescere, quod nos attendentes devotionis ac fidelita[ti]s constantiam iam dicti principis nostri nobis sepius exhibitam, Coloniensi ecclesię, ei eiusque successoribus allodium in Sarevelt cum omni integritate et usufructu attinentium [liber]e restituimus et in perpetuum confirmamus, pro eo recipientes a[bbatias i]n Herevorde et in Vrethene cum omnibus pertinentiis revocato concambio, quod Fridericus imperator pie memorie et Philippus Coloniensis archiepiscopus super eisdem bonis fecerant. Restituimus etiam iam dicte ecclesię et archiepiscopo suisque [successoribus] curtem in Andernaco et curtem in Eckenhagen cum omni attinentium integritate secundum sui privilegii tenorem, quod Fridericus imperator Raynaldo venerabili Coloniensi archiepiscopo quondam super eisdem contradidit, similiter et [advoc]atiam in Clohttene[d], quam comes de Are de manu Coloniensi cum omni pace possidebit. Ceterum ad commodum Coloniensis eccles[i]ę universum telonium in Werthen, quod de novo et contra iusticiam ibidem institutum est, penitus auferimus red[uce]ntes secundum statum pristinum ad locum, in quo de iure esse debebit, quod etiam nequaquam aucgmentabitur vel per nos vel per nostros successores. Burgensibus Coloniensibus, Sv%osat(iensibus) et aliis de oppidis et villis Coloniensis ecclesię tale ius prestamus et conf[irmamus], quod non aliud pedagium solvent per totum imperium, nisi secundum tenorem privilegii predecessoris nostri pie recordationis Henri[ci i]mperatoris. Domum in Werden et castrum in Berensteyn, in quorum fundatione et constructione Coloniensis [ec]clesia fuit pregravata, sepedicto principi nostro tradimus ad destruendum nec[e] a nobis nec a nostris successoribus in posterum reedificanda. Pres[er]tim nusquam in imperio debebit /**II**/ cudi moneta ad pondus vel ad formam * Coloniensis monete sive ad puritatem [nostr]a vel alterius [au]ct[oritate]. Ducatum, allodia, feoda sive ministeriales, quos nunc Coloniensis ecclesia vel alii eius nomine possident, cum bona voluntate nostra et fratrum nostrorum Henrici palatini Reni et Wilhelmi de Brvnswich et heredum nostrorum sine calumpnia sepenominatus archiepiscopus et eius successores in perpetuum possidebunt. Mindensis etiam ecclesia ea, que a Coloniensi ecclesia de bonis tenet eisdem, quiete sine aliqua contradictione possidebit. Preterea consuetudinem minus decentem, quam Fridericus imperator contra iustitiam induxerat, scilicet quod decedentibus principibus, ecclesiasticis videlicet personis, quemadmodum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, abbatissis et prepositis, eorum suppellectilem sibi violenter usurpavit[f], penitus abholemus nec a nobis nec a nostris successoribus retractandam. Ad hec bona fide prememoratum iuvabimus[g] archiepiscopum, ut bona, que Coloniensis ecclesia a Mosella superius tenet et a quorum possessione ipse

[c] *Kürzungszeichen über* e *zerstört*
[d] *zweites* t *aus* e *verb.*
[e] *davor wohl radiert (oder abgerieben)* et
[f] p *wohl verb.*
[g] b *wohl aus* u *verb.*

violenter destitutus est, recuperet[h]. Ut igitur hoc regalis nostre munificentie factum pium ac commendabile nullius in posterum calumpnia perturbari possit, sed ratum permaneat et inperpetuum perseveret, presentem inde paginam conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus insigniri. Cuius rei testes sunt: Argentinensis[i] episcopus, Thietmarus Mindensis episcopus, Tirricus Traiectensis episcopus, Bernhardus Paderb(urnensis) episcopus, episcopus[j] Xanctensis, Bunnensis prepositus Brvno, Megteldis ducissa Brabantie, Baldewinus comes Flandrie, Henricus dux de Limburch, Otto comes Gelrensis, Arnoldus comes de Cliuo, Tirricus comes Hollandie, Henricus de Cv%oc, Henricus comes Seynensis, Symon comes de Tekenburch, Arnoldus comes de Altena, Wilhelmus comes Ivliacensis, Gerhardus comes de Are, Henricus comes de Hocenswage, Henricus comes de Cessele, Rv%otgerus de M(er)heim[k], Cv%onradus de Dicka, Giselbertus et Rv%otgerus de Bremet, Otto de Wikerothe, Henricus et Gerhardus de Volmv%otst(ein), Herimannus advocatus Coloniensis, Herimannus de Aluetre maresalcus, Otto camerarius, Reymarus de Rothe, Giselbertus de Cerreke et alii quam plures viri honorati. # Signum domini Ottonis quarti[l] Romanorum regis invictissimi. # (M.)[m]

(SP.1.)[n]

---

[h] *durch Fleck beschädigt*
[i] *davor freier Raum von etwa 2–3 Buchstaben wohl für den Vornamen oder dessen Initiale*
[j] *so wohl A statt* prepositus
[k] Mheim *mit diplomatischem Kürzungszeichen statt der sonst verwendeten* er-*Kürzung*
[l] *davor und danach größere Wortabstände möglicherweise zur Eintragung des Monogramms freigelassen*
[m] *wohl zur Gänze auf Rasur*
[n] *an ursprünglich wohl roten und grünen Seidenfäden, heute der Urkunde beiliegend.*

## BFW 201.

*Otto befreit die Kirche zu W e r d e n , nachdem ihr Abt Heribert bei ihm deswegen vorstellig geworden ist, von der Zahlung von 25 Mark, die seine Vorgänger Kaiser Friedrich (I.) und dessen Sohn Heinrich (VI.) unrechtmäßig jährlich forderten, und restituiert ihr die Münze zu Werden und Lüdinghausen.*

*(Aachen), 1198 Juli 13*

*Original, 445 + 57 x 344 mm, im Landesarchiv Nordrhein-Westfalen zu Duisburg (Abteilung Rheinland), Werden, Urkunden Nr. 38 (A).*

*Kremer, Akademische Beiträge 2, S. 247 Nr. 34. – Lacomblet, UB Niederrhein 1, S. 393 Nr. 563 aus A. – Bendel, Urk. Benediktinerabtei Werden S. 76 Nr. 22 aus A. – Buhlmann, Urkunde (online-Edition) aus A.*

*(Bessel), Chronicon Gotwicense 1, Tafel nach S. 402 (unvollständige Nachzeichnung der Urkunde mit Siegel).*

*Schaten, Annalium Paderbornensium pars 1, S. 922 = ed. II. 1, S. 646. – Erhard, Reg. historiae Westfaliae 2/2, Nr. 2408. – Wauters, Table chronologique 3, S. 97 (mit Wiedergabe der Datierung). – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 830. – Aander-Heyden, Geschichte Elverfeldt 1, Nr. 244. – Knipping, Reg. der Erzbischöfe von Köln 2, Nr. 1551. – Brom, Reg. van Sticht Utrecht 1, Nr. 550 (mit Teilwiedergabe der Datierung). – Wentzcke, Reg. der Bischöfe von Straßburg 1/2, Nr. 698. – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 717 (Erwähnung). – Frick, Quellen Bad Neuenahr Nr. 259. – Heeringa, OB Sticht Utrecht 2, Nr. 538. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 2 (mit kurzen Textauszügen, Anführung der Zeugen und Wiedergabe der Datierung). – BFW 201.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus universis regni fidelibus in perpetuum. # Dignum est omnia memorabilia nostre celsitudinis acta scripture sollempnitate ad posterorum noticiam liberaliter transmitti, ea potissimum, quę pietatis nostre ac munificentię laudabilibus adornantur edictis. Inde est, quod omnibus Christi fidelibus per presens scriptum cupimus innotescere, quod predecessores nostri pie memorię Fridericus et Henricus filius eius imperatores debitum XXV marcarum ab ecclesia Werdinensi, sicut ex relatione obtimatum[a] principum nostrorum cognovimus, indebite et contra iusticiam annuatim exegerunt. Eapropter Heribertus eiusdem ecclesie abbas postmodum ad nos accedens cum fidelissimo principe nostro Adolpho Coloniensi archiepiscopo aliisque regni principibus regali nostre dignitati significavit ecclesiam suam pretaxati debiti exactione iniuste gravari. Nos ergo ipsorum assertioni fidem adhibentes et Werdinensi ecclesie, sicut omnium aliarum indempnitati providere volentes, eandem ecclesiam in presentiá subscriptorum testium á supramemorato debito perpetualiter absolvimus. Monetam quoque ipsius in Werdina et eciam in Ludenkosá, utpote fideli ác dilecto principi nostro, qui nostro multum insudavit honori, regali benivolentia restituimus. Ne quis igitur huic auctoritatis nostrę facto pio ác commendabili obviare presumat, presentem inde paginam conscribi et signi nostri impositione confirmari fecimus. Huius rei testes sunt: Adolphus Coloniensis archiepiscopus, Cu%onradus Argentinensis episcopus, Thidmarus Mindensis episcopus, Tirricus Traiectensis episcopus, Widekindus Corbeiensis abbas, Ludeuuicus maioris ecclesie in Colonia prepositus, Vdo maior decanus, Bruno Bunnensis prepositus, Tirricus in Werde prepositus, Henricus dux de Limbúrc[b], Willehelmus comes Iul(iacensis), Gerardus frater eius, Simon comes de Tikeneb(er)g, Henricus comes de Seine, Gerardus comes de Are, Albertus comes de Euuersten, Arnoldus comes de Altena,

---

[a] *so A*

[b] m *infolge Faltung beschädigt*

Henricus comes de Kesle, Henricus de Kúc, Henricus de Wolmudstene et frater eius Gerardus, Hermannus advocatus Col(oniensis) et alii quam plures viri honorati. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°C°XC°VIII, indictione prima, XIII die iulii, anno regni nostri primo.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi. # (M.)

Data per manum Morandi regalis aulę prothonotarii vice Cunradi[c] Mogontini archiepiscopi et archicancellarii.

(SP.1.)[d]

---

[c] Cur *mit Kürzungsstrich über* r

[d] *Siegelfragment heute beiliegend, rote und grüne Seidenfäden erhalten.*

## BFW 208.

*Otto gibt bekannt, dass er das Zisterzienserkloster und die Brüder von Ten Duinen in Flandern in seinen Schutz genommen und sie und ihre für den Eigengebrauch bestimmten Güter von allen Zöllen und Mauten zu Land und zu Wasser befreit habe.*

*(wohl Aachen, kurz nach 1198 Juli 12)*

*Original im Archiv des Groot Seminarie zu Brügge, Archief ter Duinen – ter Doest, charter Nr. 258 (A).*

*(van de Putte), Cronica et cartularium monasterii de Dunis S. 178 Nr. 60 aus A.*

*Visch, Compendium chronologicum S. 50 (zu 1209). – (van de Putte), Inventaire S. 10 (zu ca. 1200). – Wauters, Table chronologique 3, S. 314 (zu 1198–1209 X 4). – Ramackers in: NA 50, S. 622 Nr. 2 (Erwähnung, zu 1200 I 30)). – BFW 208.*

*Die Urkunde zeigt Textparallelen sowohl zu einer zwischen 1178 und 1190 ausgestellten Urkunde Bischof Balduins von Utrecht (ed. Muller – Bouman, OB Sticht Utrecht 1, S. 446 Nr. 500; VU II) für Ten Duinen als auch zur Urkunde dessen Bruders, Graf Floris´ III. von Holland für das Tochterkloster Ter Doest, die, ebenfalls undatiert, etwa im selben Zeitraum zwischen 1177 und 1189 entstanden war (VU I, ed. Koch, OB Holland en Zeeland 1, S. 373 Nr. 217).*

O(tto) dei gratia Romanorum rex et semper augustus /**I**/ omnibus * ditioni sue subiectis, ad quos presens scriptum pervenerit, | /**II**/ salutem. Sciatis nos suscepisse in conductu et protectione nostra ecclesiam et fratres de Dunis in Flandria, | /**I**/ qui de ordine Cistersiensi esse noscuntur, et servientes et res et bona ipsorum, et concessisse libertatem et quitantiam[a] | /**I, II**/ ab omni theloneo[b] et passagio et consuetudine de omnibus rebus suis, quascumque vel qualescumque sive | /**II**/ per terram sive per aquam * ad usus proprios duxerint. Et districte precipimus, ne quis eis molestiam inferat vel gravamen. | /**I**/ Si quis autem eorum omnium, qui ad ius[c] nostrum pertinere noscuntur, visis litteris * modo quolibet eos molestare presumpserit, nostram se noverit incurrisse offensam.

(SP.D.)[d]

---

[a] *so A statt* quietantiam
[b] *zweites* e *aus* i *verb. A*
[c] *davor wohl Rasur*
[d] *Pergamentstreifen erhalten.*

# BFW 209.

*Otto gibt Abt Widukind und der Kirche von C o r v e y den Wald Solling einschließlich der Jagd und des Wildbanns zu Lehen und bestätigt ihre Güter sowie alle Vogtei-, Grafschafts- und königlichen Bannrechte.*

*Aachen, 1198 August 9*

*Original, 499 + 42 x 400 (–409) mm, im Landesarchiv Nordrhein-Westfalen zu Münster (Abteilung Westfalen), Fürstabtei Corvey – Urkunden Nr. 72 (A).*

*Wolgegründete Ablehnung S. 26 Beilage I aus notarieller Abschrift von 1357 als Insert in der Urkunde Rudolfs I. – Schaten, Annalium Paderbornensium pars 1, S. 921 = ed. II. 1, S. 646, = Lünig, Reichs-Archiv 18, S. 101 Nr. 61, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 757 Nr. 267. – Brosius, Juliae Montiumque comitum annalium tom. 2, S. 11. – Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1359 Nr. 24 wohl aus A. – Falke, Cod. traditionum Corbeiensium S. 225 aus A. – Erhard, Reg. historiae Westfaliae 2/2, S. 256 Nr. 571 aus A. – Wilmans – Philippi, Kaiserurk. der Provinz Westfalen 2/1, S. 359 Nr. 257 aus A.*

*Falke, Cod. traditionum Corbeiensium Tafel zu S. 225 (Teilabb. der Urkunde und Nachzeichnung des Siegels). – Erhard, Reg. historiae Westfaliae 2/2, Tafel nach S. 268, Nr. 6 (Abb. des Monogramms).*

*Hertius, Commentationum et opusculorum vol. 1/2, S. 189 (mit Textauszug). – Pfeffinger, Corpus iuris publici S. 1385 (mit Textauszug). – Ricci, Zuverläßiger Entwurf von der Jagdgerechtigkeit S. 27 Anmerkung * (mit Textauszug). – Hertius, Commentationum et opusculorum vol. 1/2, ed. II., S. 209 (mit Textauszug). – Pistorius, Amoenitates 6, S. 1504 (mit Textauszug). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 777 Nr. 10. – Mettingh, Status militiæ Germanorum S. 309 Anmerkung k (mit Textauszug und Wiedergabe der Zeugenreihe). – Beust, Tractatus de iure venandi S. 577 (mit Textauszug). – Buri, Behauptete Vorrechte S. 101 (mit Textauszug). – Neumann, Meditationum iuris principum tom. 9, S. 151 (mit Textauszug). – Boehmer, Principia iuris feudalis S. 42 § 67 Anmerkung b (mit Textauszug; so auch in weiteren Auflagen). – Ricci, Zuverläßiger Entwurf von der Jagdgerechtigkeit ed. II. S. 49 f. mit Anmerkung * (mit Textauszug). – Racer, Overysselsche gedenkstukken 1a, S. 13 Anmerkung x (mit Textauszug). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 135 Nr. 2 (mit teilweise Wiedergabe der Datierung). – von Steinen, Westphälische Geschichte 5/1, S. 200 (mit Textauszug). – Wigand, Güterbesitz S. 151 (mit Textauszug). – Stieglitz, Darstellung S. 101 Nr. 26 (mit Textauszug, zu 1197). – Kraut, Grundriß zu Vorlesungen ed. II. S. 225 Nr. 22 (mit Textauszug) = ed. III. S. 238 Nr. 24 = ed. IV. S. 242 Nr. 24. – Erhard, Reg. historiae Westfaliae 2/2, Nr. 2409. – Grandidier, Oeuvres 3, S. 76 (Erwähnung) und pièces just. Nr. 93. – Wauters, Table chronologique 3, S. 98 (mit Anführung mehrere Zeugen und Wiedergabe der Datierung). – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 831. – Roth, Geschichte des Forst- und Jagdwesens S. 240. – Knipping, Reg. der Erzbischöfe von Köln 2, Nr. 1555. – Brom, Reg. van Sticht Utrecht 1, Nr. 552 (mit Textauszügen und Wiedergabe der Datierung). – Wentzcke, Reg. der Bischöfe von Straßburg 1/2, Nr. 699. – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 719. – Heeringa, OB Sticht Utrecht 2, Nr. 539. – BFW 209.*

*Publicatio und Corroboratio weisen Wendungen auf, die vermutlich in Anlehnung an eine etwa drei Wochen zuvor ausgestellte Urkunde Erzbischof Adolfs von Köln vom 12. Juli 1198 formuliert wurden (BFW 199 und BFW 10626b). Die entsprechenden Stellen wurden gekennzeichnet.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus universis regni fidelibus in perpetuum. # Cum divina clementia nos ad Romani regni fastigium provehere dignata sit, merito subiectorum nostrorum patrociniis intendere et maxime locorum venerabilium iura manutenere et augmentare debemus et, si qua per alicuius potenciam ecclesiis dei fuerint subtracta, ea ad pristinum statum ex regali benivolentia revocare volumus. Quapropter universis tam[a] futuris quam presentibus regni nostri fidelibus notum esse volumus, quod fideli nostro Widekino Corbiensi[b] abbati et ecclesie sibi commisse feodum furesti, quod Soligo dicitur, in presentia principum

[a] ta *durch Abreibung beschädigt*
[b] c *verb.,* or *durch Fleck leicht beschädigt*

imperii recognovimus[c] et tradidimus eo tenore, ut in eo usum venandi habeat et ius, quod vulgariter[d] wiltban appellatur, sine qualibet contradictione exerceat. Bona quoque Corbiensis ecclesię antiqua vel de novo[e] acquisita vacantia vel locata et iurisdictiones, videlicet advocatias et comitatus et regales bannos, quos ipsi de nostra serenitate indulsimus, privilegiis nostris confirmamus. Ut ergo * inviolabiliter * observetur, quod legaliter ordinavimus, huius facti seriem presenti instrumento commendatam sigilli nostri * inpressione * et testium subscriptione roboramus aditientes, ut si quis hoc factum nostre auctoritatis munimine consolidatum qualibet occasione solvere attemptaverit, veluti lese maiestatis reus nostre severitatis senciat indignationem et pro tam temerario excessu exsolvat centum talenta puri auri nostre maiestati, quinquaginta aliam partem ęcclesie quam ledere presumpsit. Huius rei testes sunt: Adolphus Coloniensis archiepiscopus, Conradus Argentinensis episcopus, Theodericus Traiectensis episcopus, Thidmarus Mindensis episcopus, Heribertus abbas de Werden, Bruno prepositus Aquensis[f], Heinricus dux de Lenborg, Heinricus comes de Seyna, Symon comes de Tikkeneborg, Arnoldus comes de Althena, Albertus comes de Euerstein, Adolphus comes de Monte, Heinricus comes de Kessele, Heinricus comes de Hv%ocheswage, Herimannus de Waltecke, Heinricus de Swalenberch, Walterus et Ku%ono de Rulant, Albertus de Hurde, Warnerus et Reimarus de Reimbach, Heinricus de Synzeche et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°C°XC°VIII°, indictione prima, anno regni nostri I°, VIIII° die mensis augusti.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi. # (M.)[g]

Data per manum Morandi regalis aule[h] prothonotarii Aquisgrani; feliciter.

(SP.D.)[i]

---

[c] *unterer Bogen des* g *durch Loch in der Faltung unter dem Wort leicht beschädigt*
[d] *oberer Bogen des* g *wohl verb.,* riter *auf Rasur, dabei unter* a *noch Reste eines Unterschaftes, über erstem* r *eines Oberschaftes erkennbar*
[e] *auf Rasur*
[f] *so A irrig statt* Bunnensis
[g] *durch Riss in der Querfaltung im rechten oberen Teil leicht beschädigt, der linke Längsschaft des Monogramms durch Tintenfrass teilweise zerstört*
[h] *auf Rasur, unter* e *noch* le *erkennbar*
[i] *rote und grüne Wollfäden erhalten.*

## BFW 210.

*Otto nimmt das Zisterzienserkloster R i d d a g s h a u s e n in seinen Schutz und verbietet, dessen Grenzen, die es bereits unter seinem Vater besaß, zu verletzen und zu mindern.*

*1198 (nach Juli 12, wohl Oktober – Dezember)*

*Meibom sen., Chronicon Riddagshusense S. 18 (m[1]) = Meibom sen., Chronicon Riddagshusense ed. II. S. 19, = Iongelinus, Notitiae abbatiarum lib. III, S. 32, = Meibom sen., Chronicon Riddagshusense, in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 350, = Chronicon Riddagshusense, ed. Zimmermann, S. 26 in deutscher Übersetzung. – Meibom sen., Apologia pro Ottone IV. S. 106 (m[2]) = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Opuscula historica S. 409 Nr. 1 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 158 Nr. 1 = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 760 Nr. 269. – Künftig bei Jarck, UB Riddagshausen Nr. 26 aus m[1]m[2].*

*Paullini, Chronicon S. 11 (Erwähnung). – Leuckfeld, Antiquitates Poeldenses S. 145 (Erwähnung). – Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1296 (Erwähnung mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 779 Nr. 34. – Campe, Reg. Blankenburg-Campe 1, Nr. 102 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – BFW 210.*

*Der Edition liegen die beiden Fassungen Meiboms zugrunde, wobei jener aus dem Jahre 1605 (m[1]) bis auf wenige Ausnahmen der Vorzug gegeben wurde. Die Varianten der zweiten Fassung von 1624 (m[2]) sind in den Anmerkungen verzeichnet.*

Otto[a] quartus[b] Romanorum rex et semper augustus. Ad hoc nos divinitate propitia ad fastigium regalis dignitatis credimus esse promotos, ut ecclesias dei gladio acceptæ potestatis a violentorum oppressione defensando tueamur, eas præsertim, quas sub patronatu et defensione piæ memoriæ patris nostri positas arctius et familiarius nobis constat esse obligatas. Unde nos universitati fidelium constare volumus, quod nos dilectum nostrum[c] cœnobium[c] in Riddagshusen[d] sub defensionis nostræ patrocinium suscipientes[e] regali auctoritate nostra districte prohibemus, ne aliquis[f] eiusdem cœnobii terminos in pratis, pascuis et silvis invadere et[g] imminuere, convellere aut[h] immutare præsumat. Quod si quis præsumserit[i], gratiæ nostræ offensam se noverit incursurum, quia omnes terminos, quos idem cœnobium sub patris nostri protectione quiete possedit, integros ei in perpetuum constare decrevimus[j]. Porro ut hoc ratum et inconvulsum in posterum perseveret, præsentem paginam sigilli nostri impressione iussimus insigniri et idoneorum testium subscriptione roborari[k], quorum nomina hæc[l] sunt[l]: Borchardus præpositus de Sancto

---

[a] *davor Invocatio* In nomine sanctæ et individuæ trinitatis *m[2]*
[b] *folgt* dei gratia *m[2]*
[c–c] cœnobium nostrum *m[2]*
[d] Riddageshusen *m[2]*
[e] suscipietes *m[2]*
[f] aliqui *m[1]*
[g] *fehlt m[2]*
[h] et *m[2]*
[i] *so m[1]m[2]*
[j] decernimus *m[2]*
[k] corroborari *m[1]*
[l–l] sunt haec *m[2]*

Blasio, Walterus de Baldensele, Conradus de Hagene, Balduinus[m] advocatus, Basilius de Osterrode[n], Anno de Blankenborg[o]. Actum ab incarnatione domini[p] MCXCVIII.

[m] Baldewinus *m²*
[n] Osterode *m²*
[o] Blanckenborg *m²*
[p] *folgt* anno *m²*.

# BFW 211.

*Otto nimmt die Bürger von B r a u n s c h w e i g in seinen Schutz und befreit sie von allen Abgaben und Zöllen innerhalb des Reiches.*

*Braunschweig, 1199 Januar*

*Original, 410 + 35 x 300 mm, im Stadtarchiv zu Braunschweig, A I 1 Nr. 1 (A). – Zweites Original, 533 (–540) + 56 x 301 mm, ebenda, A I 1 Nr. 1a (A[1]).*

*Aus A oder dessen Abschriften:*
*Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 760 Nr. 270 aus A. – Hänselmann, UB Braunschweig 2, S. 12 Nr. 30 aus A mit Varianten nach A[1].*

*Urk. aus dem Stadt-Archiv zu Braunschweig, Tafel III (Abb.). – Katalog Heinrich der Löwe 1, S. 375 Nr. *F 2 (Abb.).*

*Aus A[1] oder dessen Abschriften:*
*Warhafftiger Abdruck S. 340 = Limnaeus, Iuris publici imperii Romano-Germanici tom. 3, S. 169 (lib. VII, cap. IX, Nr. 10) = ed. II., lib. VII, cap. IX, Nr. 10, = ed. III., lib. VII, cap. IX, Nr. 10, = Hempel, Staats-Rechts-Lexicon 4, S. 804. – Lünig, Reichs-Archiv 14b, S. 219 Nr. 1. – Bünting – Letzner – Rehtmeyer, Braunschweig-Lüneburgische Chronica 1, S. 435 aus A[1]. – Leyser, Historia comitum Wunstorpiensium ed. II., S. 22.*

*Urk. aus dem Stadt-Archiv zu Braunschweig, Tafel II (Abb.). – Garzmann, Ausgewählte Urk. S. 584 Abb. 3 (Abb., mit Erwähnung S. 572). – Steinführer, Bestände S. 2 Abb. 18 (Abb.).*

*Meibom sen., Notae ad Gerhardi Stederburgensis Historiam, in: Meibom iun., Scriptores Germanicarum tom.1, S. 441(Erwähnung). – Schaten, Annalium Paderbornensium pars 1, S. 921 (Erwähnung mit auszugsweiser Wiedergabe der Zeugenreihe nach A[1]) = ed. II. S. 645. – Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1297 (Erwähnung mit Wiedergabe der Zeugenreihe nach A[1]). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 781 Nr. 3. – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 136 Nr. 3. – Ernst, Histoire de Limbourg 3, S. 258 Anm. 2 (Erwähnung mit Wiedergabe der Datierung). – Wauters, Table chronologique 3, S. 108 (mit Wiedergabe der Datierung). – Campe, Reg. Blankenburg – Campe 1, Nr. 105 (mit Wiedergabe der Datierung und der Zeugenreihe nach A[1]). – Janicke, UB Hildesheim 1, S. 518 Nr. 541. – Germania sacra NF 20, S. 469 mit Anm. 100 (Erwähnung). – Dolle, UB Plesse Nr. 35 (mit Wiedergabe der Corroboratio, Datierung und Zeugenreihe aus A[1] mit Varianten von A und Drucken). – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 85 Nr. 6 (mit Anführung der Zeugen). – BFW 211.*

*Die beiden Originale wurden im Zweiten Weltkrieg infolge ihrer Auslagerung stark beschädigt. Im untenstehenden Text wurden jene Textstellen der ersten Ausfertigung (A[1]), die durch die Beschädigungen zerstört sind, in eckige Klammern gesetzt. Der fehlende Text lässt sich aus den Fotos in: Urk. aus dem Stadt-Archiv zu Braunschweig einwandfrei ergänzen.*

# Otto[a] divina f[av]ente [cle]mentia[b] [Ro]manor[um] rex et [semper] augustus # universis regni fidelibus in perpetuum. Regie [ma]iestatis [e]xcellentia devotos ac subiectos imperii ex assuetę[c] pietatis benivolentia propensius diligere consuevit et, ne ullorum hominum inquietationibus[d] molestentur, suę[e] protectionis munimine co[n]fovere. Quapropter devotionem ac fidei sinceritatem familiarium burgensium nostrorum de Bruneswic progenitori nostro felicis memorie Henrico[f] duci Saxonie exhibitam [atte]ndentes multimoda quoque obsequia nobis et fratribus nostris ab eis impensa memorie revocantes personas eorum et res in nostrę[g] serenitatis defensionem suscipimus[h] eosque [a]b omni exa[c]tione ac

---

[a] *davor initialenmäßig verziertes Zeichen, vielleicht* I, *A[1]*
[b] clemencia *A[1]*
[c] assuete *A[1]*
[d] inquietacionibus *A[1]*
[e] sue *A[1]*
[f] Heinrico *A[1]*
[g] nostre *A[1]*
[h] suscepimus *A[1]*

teloneo per universos imperii fines regali munificentia liberos et absolutos esse volumus. Decernimus ergo, ut nulla deinceps persona hu[mi]l[i]s vel alta, secularis vel ecclesiastica, in nostra iurisdictione constituta prefat[os bur]gens[es] nostros i[n] aliqua [exact]ione vel teloneo fatigare presum[at] vel huic nostre constitutioni[i] ausu temerario contraire. Ut autem he[c] nostre auctoritatis pagina[j] perpetuum robur obtineat, sigilli nostri munimine ipsam insigniri precepimus. Acta sunt hec apud [B]runeswic[k] anno dominice incarnationis M°C°LXXXXVIIII°, mense ianuario, regni n[ostri] anno primo, indictione secunda[l]. Testes: Heribertus[m] abbas Werdinensis, Henricus[n] dux Saxonie et palatinus comes Reni[o], Symon comes de Tikeneburg[p], Henricus[q] iunior de Limburg, Cunradus[r] de Rode[s], Ludingerus[t] de Waldenbruke[u], Ludolfus de Stenwrde[v], Iohannes de Naus, Gerardus de Wassenberg, Tidericus Ternink[w], Helmoldus[x] de Plesse, Bernhardus de Horstmere, Symon Aquensis, Ludolfus de Asbeke [et] frater eius Balduinus[y], Fridericus de Volcmarrode, Iordan de Blankenburg, Bertram[us] de Velthem, Ludolfus de Velthem et alii plures.

(SP.D.)[z]

---

[i] constitucioni *A[1]*
[j] *folgt* in *A[1]*
[k] Bruneswich *A[1]*
[l] *in A von der Hand, die A[1] schrieb, in freigelassenem Raum nachgetragen*
[m] *davor* Harbertus Hildensheimensis episcopus, Widekindus abbas Corbeiensis *A[1]*
[n] Heinricus *A[1]*
[o] *folgt* Bernardus comes de Wilpa *A[1]*
[p] Tikneburg *A[1], folgt* Wilhelmus frater regis Ottonis *A[1]*
[q] Heinricus *A[1]*
[r] Conradus *A[1]*
[s] Rodhe *A[1]*
[t] Ludengerus *A[1]*
[u] Waldenbruche *A[1]*
[v] Steinwrde *A[1]*
[w] Terninc *A[1]*
[x] Hellemoldus *A[1]*
[y] Baldewinus *A[1]*
[z] *ursprünglich an grünen und roten Seidenfäden, heute rote Seidenfäden beiliegend A, Fragment an grünen Seidenfäden A[1].*

## BZ 33.

*Otto gibt bekannt, die Brüder des im Gebiet seines Verwandten, des Grafen B(alduin) von Flandern, gelegenen Zisterzienserklosters T e r  D o e s t und deren Güter in seinen Schutz genommen und sie im gesamten seiner Gerichtsbarkeit unterstehenden Gebiet, besonders in Kaiserswerth, von allen Abgaben und Zöllen befreit zu haben.*

*Brüssel, 1200 Januar 30*

*Original im Archiv des Grootseminarie Ten Duinen zu Brügge, Archief ter Duinen – ter Doest, charter Nr. 262 (A).*

*Ramackers in: NA 50, S. 622 Nr. 2 aus A.*

*(van de Putte), Inventaire S. 10. – Walter S. 197 Nr. 5. – BZ 33.*

O(tto) dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis regni fidelibus et omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, gratiam suam et omne bonum. Notum vobis esse volumus, quod nos fratres de Thosan in terra dilecti ac fidelis consanguinei nostri B(alduini) comitis Flandrie commanentes et bona eorum in protectionem et conductum nostrum accepimus et quod ipsos in omni iurisdictione nostre regie potestatis et precipue apud Werdene ab omni exactione et theloneo liberos et absolutos dimisimus[a]. Volumus igitur et districe precipimus, ne quisquam contra hoc preceptum nostrum eos in aliqua exactione vel theloneo attemptet gravare. Quod si quis fecerit, sciat indubitanter se offensam et indignationem nostram incursurum[b]. Dat. apud Brusellum anno dominice incarnationis millesimo[c] ducentesimo, tercio kalendas februarii[d].

(SP.1.)[e]

---

[a] d *infolge Faltung beschädigt A*
[b] n *und erste* ur *stark abgerieben A*
[c] e *stark abgerieben A*
[d] e *verb. A*
[e] *Fragment des Wachssiegels an Pergamentstreifen.*

## BFW 207.

*Otto teilt dem Schultheiß und allen Ministerialen und Bürgern von Aachen mit, dass er nach dem Beispiel Kaiser Friedrichs (I.) die genannten Bediensteten (*ministri*) der Marienkirche zu A a c h e n von jeder öffentlichen Abgabe befreit und der zivilen Gerichtsbarkeit der Kirche unterstellt habe, und befiehlt ihnen, die Befreiungen der Genannten zu beachten.*

*(wohl Brüssel, 1200 Januar 30)*

*Original, 95 (–100) + 6 (–11) x 150 mm, im Landesarchiv Nordrhein-Westfalen zu Duisburg (Abt. Rheinland), Aachen, St. Marien, Urk. 23 (A).*

*Lacomblet, UB Niederrhein 2, S. 15 Nr. 26 aus A, zu 1209. – Bresslau, Diplomata Centum S. 76 Nr. 53 aus A. – Winkelmann, König Philipp S. 545 Nr. 2 aus A. – Meuthen, Aachener Urk. S. 243 Nr. 52 aus A.*

*Beeck, Aquisgranum S. 38 (irrig zu Otto III.). – Wauters, Table chronologique 3, S. 314 (zu 1209 Jänner–Oktober 4). – Wauters, Table chronologique 7, S. 407. – Below in: HZ 58, S. 206 (Erwähnung mit Textauszug ). – Hermandung, Zunftwesen S. 24 (mit kurzem Textauszug). – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 718. – Eberstadt, Ursprung des Zunftwesens S. 174 (mit kurzem Textauszug). – Schirmeyer in: Zs. des Aachener Geschichtsvereins 46, S. 225 mit Anmerkung 6 und S. 226 Anmerkung 1 (mit Textauszug). – Meuthen in: Rheinische Vierteljahrsblätter 39, S. 46 (mit Textauszug Anmerkung 114). – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 51 (mit Wiedergabe einzelner Textstellen und Anführung der Zeugen). – BFW 207.*

Otto dei gratia Romanorum rex et semper augustus fidelibus suis sculteto ac universis ministerialibus et burgensibus de Aquis gratiam suam et omne bonum. Quanto regalis dignitatis honor et gloria in ecclesia intemerate virginis Marie in Aquis pre ceteris consistit, tanto ampliori favore et gratia regali munificentia eam amplecti et manuteneri convenit. Predecessoris itaque nostri Friderici Romanorum imperatoris exemplo ac nostra speciali benivolencia decernimus, ut ministri eiusdem ecclesie, videlicet campanarii, pistor, cocus, brassator, claustrarius, fenestrarius, ab omni exactione publica liberi sint et inmunes non obstante eo, quod si forte aliquando per aliquam insolenciam ab eis aliquid fuerit extortum. Iudicium quoque civile, si prefati ministri ab aliquo conveniantur, ecclesie reservamus. Vestre igitur universitati precipiendo mandamus, quatinus iamdictos ministros á supradicta exactione liberos observetis nec eos decetero gravare presumatis. Vobis enim honor et felicitas augetur, cum ecclesia dei á vobis in honore servatur.

(SP.1.)[a]

---

[a] *an roten, grünen und weißen Seidenfäden.*

- .

*Otto befreit die Güter der Kirche von H a m b o r n  besonders hinsichtlich der Zölle von den Abgabenforderungen all jener, die seiner Jurisdiktion unterstehen.*

*1200*

*Abschrift aus der 2. Hälfte des 16. Jh. im Landesarchiv Nordrhein-Westfalen zu Duisburg (Abteilung Rheinland), Bestand Kleve-Mark, Akte 1226, fol. 36r (D). – Zwei Abschriften in Johannes Turck, De antiqua Cliviae origine, ebenda, C III Nr. 9, fol. 54r (E) und fol. 160r (F).*

*Horstkötter, UB Hamborn 1, S. 40 Nr. 3a aus D mit deutscher Übersetzung.*

*Hopp, Kurtze Beschreibung S. 107 (Erwähnung zu 1208 und Otto III.) = ed. II. S. 118 = Hop, Korte beschryving (niederländische Übersetzung) S. 136.*

Otto dei gratia Romanorum rex semper augustus omnibus suis fidelibus graciam suam[a] et omne bonum. Notum esse volumus omnibus has litteras inspecturis, quod nos divinę remunerationis intuitu omnia bona, quę ad Hauenburnensem[b] ecclesiam spectare noscuntur, tam in tholoneo[c] quam in aliis rebus sibi concessis libera esse decrevimus[d] ab omni petitionis exactione ab his, qui[e] nostrę sunt[f] iurisdictioni[f] subiecti, nihilque[g] ab eis deinceps[g] et in omne tempus exigatur[h]. Dat.[i] MCC.

---

[a] fehlt *EF*
[b] Hauerburnensem *EF*
[c] thelonio *E,* telonio *F*
[d] decernimus *EF*
[e] quæ *EF*
[f–f] iurisdictionis sunt *EF*
[g–g] nihil deinceps ab eis *D,* nihilque deinceps ab eis *F*
[h] *folgt* etc. *EF*
[i] *folgt* anno *E,* anno domini *F.*

## BFW 214.

*Otto überträgt dem Augustinerchorherrenkloster H a m e r s l e b e n mit Zustimmung seiner Brüder Heinrich, Herzog von Sachsen und Pfalzgraf bei Rhein, und Wilhelm von Lüneburg drei Mansen zu* Hesekestorp*, die ihm zuvor die Brüder Anno, Bodo und Friedrich (von Ampleben) resigniert haben.*

*1200 (wohl Mitte Juli – Ende Dezember)*

*Abschrift vom Anfang des 17. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, VII C Hs. 81, p. 52 Nr. 27 (D). – Abschrift Heinrich Meiboms d. Ä. vom Anfang des 17. Jh. in der Gottfried Wilhelm Leibniz Bibliothek (Niedersächsische Landesbibliothek) zu Hannover, Ms. XIX, 1096, p. 52 (E).*

*(Scheidt), Cod. dipl. zu Mosers Einleitung S. XXVI. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 29 Nr. 29 aus E mit Varianten aus Abschrift in der Universitäts- und Landesbibliothek zu Kassel. – Zöllner, Urk. Hamersleben S. 144 Nr. 32 aus DE und weiteren Abschriften.*

*Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 29. – BFW 214.*

Otto dei gratia Romanorum rex et semper augustus presentibus et futuris in perpetuum. Universis volumus innotescat[a], quod de voluntate et consensu fratrum nostrorum Heinrici[b] ducis Saxonie et comitis palatini Rheni et Wilhelmi principis de Luneborch[c] tres areas cum tribus mansis, qui sunt in Hesekestorp[d], quas in nostra resignaverunt presentia Anno, Bodo, Fridericus fratres, contulimus cenobio Hamerslevensi[e] in perpetuum possidendas.

Actum est hoc anno ab incarnatione domini MCC, regni nostri VI[f]. Huius[g] rei testes sunt[g]: Albertus[h] abbas[h], Guncelinus dapifer, Balduinus[i] de[j] Dalem, Bertramus et Luidolphus[k] de[l] Veltheim[m], Balduinus et Luidolphus[n] de[o] Esbike[p], Luidolphus[q] advocatus et alii quam[r] plures[r].

---

[a] *so DE, statt* innotescere
[b] Henrici *E*
[c] Luneborg *E*
[d] Hegersleuen *E*
[e] Hamersleuiensi *E*
[f] *wohl* 4. *E*
[g–g] Testes sunt *E*
[h–h] abbas Adelbertus *E*
[i] Baldinus *D*
[j] in *E*
[k] Ludolfus *E*
[l] in *E*
[m] Velthem *E*
[n] Ludolfus *E*
[o] in *E*
[p] Esbeke *E*
[q] Ludolfus *E*
[r–r] *fehlt E.*

## BFW 216.

*Otto beurkundet, seine Brüder Heinrich Pfalzgraf bei Rhein und Wilhelm veranlasst zu haben, eidlich zugunsten der erzbischöflichen Kirche von Köln auf alle Lehen, Eigengüter, Ministerialen und Dienste zu verzichten, die Erzbischof Philipp von Köln vom ehemaligen Herzogtum ihres Vaters Herzog (Heinrichs) von Sachsen erhalten hatte, und nennt Bürgen, welche die Einhaltung der Zusicherung beschworen und bei Bruch der Vereinbarungen dem Erzbischof Hilfeleistung zugesagt haben.*

*Weißenburg (Wissembourg), 1201 Februar 3*

*Original, 415 (–427) + 38 x 246 (–256) mm, im Historischen Archiv der Stadt Köln, Best. 210 (Domstift), U 2/56 (A). – Abschrift vom Anfang des 14. Jh. im Liber privilegiorum ecclesiae Coloniensis ebenda, Best. 295 (Geistl. Abteilung) 79, fol. 55r–55v (C).*

*Gelenius, Vindex libertatis S. 27 = Ludewig, Vollständige Erläuterung 2, S. 982 Anmerkung ****, = Lünig, Reichs-Archiv 19, S. 252 Nr. 1, = Gallia Christiana 3, Sp. 136 Nr. 2, = Brosius, Juliae Montiumque comitum annalium tom. 2, S. 12, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 762 Nr. 272 = Campe, Reg. Blankenburg – Campe 1, S. 67 Nr. 109. – Seibertz, UB des Herzogthums Westfalen 1, S. 152 Nr. 111 aus Abschrift in einem Liber Privilegiorum ecclesie Coloniensis, wohl C oder Historisches Archiv der Stadt Köln, Best. 210 (Domstift) Nr. RH 3. – Lacomblet, UB Niederrhein 1, S. 396 Nr. 566 aus A. – Friedländer, Einlager S. 157 Nr. 3 aus A. – Wilmans – Philippi, Kaiserurk. der Provinz Westfalen 2/1, S. 360 Nr. 258 aus A.*

*Kaiserurk. in Abb. Lfg. 10, Tafel 24a (Teilabb.) mit Beschreibung S. 452.*

*Schaten, Annalium Paderbornensium pars 1, S. 929 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe) = ed. II. 1, S. 651. – Potgieser, Tractatus S. 310 (mit Textauszügen). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 790 Nr. 2. – Fischer, Geschlechts-Register S. 87 § 203 und S. 125 § 304. – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 137 Nr. 1 (zu 1200) und Sp. 139 Nr. 1 (zu 1201). – Wersebe in: Neues vaterländisches Archiv 1830, Bd. 1, S. 83 Anmerkung 179. – Erhard, Reg. historiae Westfaliae 2/2, Nr. 2430 (mit Anführung einiger Zeugen). – Stramberg, Rheinischer Antiquarius 2/6, S. 7 (Erwähnung mit Anführung einiger Bürgen). – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 908 (mit Anführung einiger Bürgen und Zeugen). – Aander-Heyden, Geschichte Elverfeldt 1, Nr. 246. – Böhmer – Will, Reg. Mainzer Erzbischöfe 2, S. 124 Nr. 8. – Röhrich, Adolf I. S. 48. – Korth in: Westdeutsche Zs. für Geschichte und Kunst, Ergänzungsheft 3, S. 128 Nr. 40. – Knipping, Reg. der Erzbischöfe von Köln 2, Nr. 1596 (mit Textauszug sowie Anführung der Bürgen und Wiedergabe der Zeugenreihe). – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 721. – Frick, Quellen Bad Neuenahr Nr. 269 (mit Anführung einiger Zeugen). – BFW 216.*

*In den Faltungen entstanden stellenweise Risse und Löcher, die immer wieder Buchstabenverluste zur Folge haben, welche mittels eckiger Klammern gekennzeichnet wurden.*

(+) # In nomine sancte et individue trinitatis. # Otto[a] dei gratia Romanorum rex[b] et semper augustus omnibus Christi fidelibus imperpetuum. Notum facimus tam futuris quam presentibus[c], quod nos pro fideli et preclaro servicio dilecti ac fidelis principis nostri Adolphi venerabilis Coloniensis[d] archiepiscopi et totius Coloniensis ecclesię nobis sepius exhibito dilectos fratres nostros Henricum comitem palatinum Rheni et Wilhelmum ad hoc induximus, quod universa illa bona, que Philippus quondam Coloniensis archiepiscopus de ducatu quondam patris nostri illustris ducis Saxonie sive in allodiis sive in feodis seu in ministerialibus aut in servis optinuerat, de bona voluntate Coloniensi ecclesię dimiserunt perpetualiter in pace sine conditione qualibet possidenda iuramento firmantes, quod neque per se neque per suos Coloniensem ecclesiam super eorundem bonorum possessione nullo umquam tempore debeant

---

[a] *Initiale* O *durch kleines Loch etwas beschädigt*
[b] re *durch Riss in der Faltung etwas beschädigt*
[c] *über* re *Loch im Pergament*
[d] *über* C *Loch im Pergament*

molestare ponentes etiam obsides[e] tales: comitem de Lininken, comitem Cv%onradum de Regensteyn, Georgium comitem de Witha, Henricum de Ysenburch, qui iuraverunt[f], quod si predicti fratres nostri contra constitutionem istam venire attemptaverint de bonis, que a palatino comite Rheni tenent in feodo, ecclesię Coloniensi contra palatinum servient, quousque eos ad satisfactionem inducant. His etiam tales adiuxerunt[g] Gyselbertum de Brunshorn, Henricum de Mirwalt, Thietmarum de Vlogelinken maresalcum[h], Wernherum dapiferum, Ivsarium pincernam, Henricum de Wonnenberch, qui iuraverunt, quod si fratres nostri contra hoc sacramentum venire temptaverint, Coloniam accedant ad vocationem Coloniensis ecclesię archiepiscopi omni cessante contradictione, inde sine licentia Coloniensis ecclesię nullatenus recessuri. Ut igitur hec rata permaneant et inconvulsa, presentem paginam conscribi[i] et sigilli nostri munimine confirmari fecimus precipientes districte, ne prenominati fratres nostri aut aliqui eorum nomine huic constitutioni contraire presumant. Testes sunt: Sifridus Mv%og(untinus) electus, Herimannus Monasteriensis episcopus im[peri]alis[j] aule c[anc]ellarius[k], Brvno Bunnensis prepositus, Henricus comes Seynensis, Symon comes de Tekenburch, Gerhardus[l] comes de Are, Henricus[m] comes de Cessele, Godefridus comes Arnesbergensis, Adolphus comes de Monte, Bernhardus de Wilepa, Burchardus comes de Aldenburch, Herimannus de Lippa, Godesalcus[n] d[e P]irremv%ont[o], Godefridus de Eppensteyn, W%olframus comes Rheni, Rv%otgerus de Merheym, Rv%otgerus [de Bremet][p], Wernherus de Bonlant et fratres[q] suus Philippus, Herimannus advocatus Colon(iensis), Herimannus de Aluetre [maresa]lcus[r], Otto de Sconenburch, Reymarus de Rothe, Cv%onradus de Wilre, Symon Aquensis et alii quam plures. A[ct]a[s] sunt hec anno dominice incarnationis M°C°C°. Dat. apud Wizenburch III° nonas februarii per manu[s][t] Herimanni venerabilis Monasteriensis episcopi imperialis aule cancellarii.

(SP.D.)[u] (SP.D.)[v] (SP.1.)[w] (SP.D.)[x]

---

[e] *im Zwischenraum zum folgenden Wort ein kleines Loch im Pergament*
[f] iu *verb.*
[g] *so A*
[h] *so A, erster Schaft des erstem* m *wohl verb.*
[i] s *infolge Faltung beschädigt*
[j] peri *durch Loch im Pergament fast zur Gänze zerstört,* alis *wohl auf Rasur*
[k] anc *infolge Faltung teilweise zerstört*
[l] *zweites* r *infolge Faltung zerstört*
[m] *ab hier von derselben Hand mit hellerer Tinte und feinerer Feder*
[n] *so A*
[o] P *sowie* e *am Schluss des vorhergehenden Wortes durch Loch in der Faltung zerstört*
[p] *durch Loch infolge Faltung zerstört, Oberschaft des* d *noch sichtbar*
[q] *so A statt* frater
[r] *durch Abreibung infolge Faltung teilweise zerstört*
[s] ct *infolge Faltung fast zur Gänze abgerieben*
[t] *(wohl rundes Schluss-)*s *infolge Faltung zerstört*
[u] *grünes Seidenband erhalten, an dieser Stelle hing das Siegel Pfalzgraf Heinrichs*
[v] *an dieser Stelle hing am noch vorhandenen grünen Seidenband das Siegel Bischof Hermanns von Münster*
[w] *naturfarbenes Wachsfragment an grünem Seidenband*
[x] *grünes Seidenband erhalten, an dieser Stelle hing vermutlich das Siegel Wilhelms von Lüneburg.*

## BFW 219.

*Otto restituiert dem Elekten Johannes von Cambrai die dessen Vorgänger Bischof Roger von Kaiser Friedrich (I.) aufgrund eines Hofgerichtsspruches gewährte Freiheit und Herrschaft über Bürger und Stadt ungeachtet gegenteiliger Urkunden, besonders des den Bürgern erteilten Privilegs Friedrichs, es sei denn, sie könnten vor ihm den Beweis erbringen, dass sie es aufgrund eines richterlichen Urteils erhalten haben.*

*Köln, 1201 September 26*

*Abschrift des 13. Jh. in der Médiathèque municipale zu Cambrai, Ms. 1152 (1029) fol. 98v–99v (B). – Abschrift in einem Rotulus von 1300 VIII 8 in den Archives départementales du Nord zu Lille, 4 G 1 Nr. 2, stark abgerieben (C). – Abschrift des 15. Jh. in den Archives départementales du Nord zu Lille, 4 G 844, fol. 1v–2r Nr. 2 (D). – Abschrift des 17. Jh. von Henri-Denis Mutte ebenda, 3 G 540, p. 355 Nr. 54 (E).*

*Böhmer, Acta S. 206 Nr. 230 aus Abschrift Bethmanns von BCD.*

*Wauters, Table chronologique 3, S. 160. – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 913. – Böhmer – Will, Reg. Mainzer Erzbischöfe S. 126 Nr. 15. – Knipping, Reg. der Erzbischöfe von Köln 2, Nr. 1603. – Frick, Quellen Bad Neuenahr Nr. 271. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 8 (mit Wiedergabe einzelner Textstellen und Anführung der Zeugen). – BFW 219.*

*Als Vorurkunde diente das Diplom Friedrichs I. vom 21. Mai 1182 für Bischof Roger von Cambrai (DF. I. 825).*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Quia labilis est humana memoria, oportet[a] res gestas scripture * committere, ne forte per antiquitatem temporis a * memoria possint elabi. Noverit igitur universitas vestra, quod, cum dilectus * fidelis[b] * noster Iohannes Cameracensis electus, de cuius nobis canonica electione constiterat, fuisset a nobis de regalibus sollempniter[c] investitus, humiliter postulavit a nobis, ut illam ei et ecclesie sue restitueremus libertatem, quam habuit[d] Rogerus * episcopus predecessor suus et obtinuit per sententiam antecessoris nostri Friderici[e] felicis memorie imperatoris et principum suorum apud Maguntiam in curia sollempni[f]. Nos igitur civium insolentiam et grave attendentes Cameracensis ecclesie detrimentum de consilio principum nostrorum plenam ei et successoribus suis, sicut petiit, concessimus libertatem ordinandi de civitate et civibus non obstante quocumque privilegio vel scripto contra predictam libertatem ab aliquo predecessorum nostrorum obtento et specialiter illo, quod predictus dominus Fridericus eisdem civibus pro communia sub nomine pacis dicitur concessisse, nisi forte predicti cives legittime[g] in presentia nostra probaverint illud sibi rationabiliter et per sententiam fuisse concessum. Ut autem hec omnia pretaxato electo et successoribus eius in perpetuum rata permaneant et illibata[h] serventur, presentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione fecimus communiri. Si quis autem hanc nostram concessionem infringere[i] vel aliquo modo violare presumpserit, banno regali subiaceat. Testes quoque

[a] opportet *B*
[b] filius *D*
[c] solempniter *D,* solemniter *E*
[d] *mit überflüssigem Kürzungsstrich über* t *B*
[e] Frederici *E*
[f] solempni *D,* solemni *E*
[g] legitime *B*
[h] illabata *B*
[i] infrigere *B*

# In nomine sancte et individue trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # Iustum est et pium et regalem decet benignitatem, ut non solum nostris verum etiam omnibus iuste ac rationabiliter petentibus assensum facilem prebeamus et maxime unde ecclesia[a] dei accipit incrementum. Inde est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Lvdolfus de Volkmerrothe[b] in ecclesiis nostris sancti Blasii et sancti Cyriaci Bruneswic[c] canonicus benedictionis memoriam sibi comparare volens divina inspiratione inductus feodum, quod a manu ecclesie tenuit et in plures personas iure feodali derivatum fuerat per laicales personas, quod in perpetuum in libertatem ecclesie redire non poterat, argento suo redemit eo pacto, ut predictum feodum rediret ad usus et libertatem sancti Blasii. Petivit autem a nobis, ut regali munificentia predicta bona, scilicet duos mansos in villa Vrethe sitos et duos in orientali parte civitatis nostre Bruneswic et duos ortos in aquilonari parte capelle sancte Marie et sancti Iohannis evvangeliste, que in ecclesia sancti Blasii sita est, assignaremus ea forma, ut in perpetuum[d] sacerdos idoneus predictam capellam in divinis provideret et choro sancti Blasii in perpetuum deserviret. Verum quia devotio petentis nobis est visa rationabilis, eam clementer admisimus. Ceterum ut hec nostra donatio stabilis et inconvulsa omni evo permaneat, presentem paginam huius rei testimonium ferentem sigilli nostri impressione fecimus insigniri omnem malignandi aditum usque quaque precludentes. Actum anno dominice incarnationis M$^{o}$CC$^{o}$VI$^{o}$, indictione nona, anno regni nostri nono. Testes: Albertus abbas sancti Egidii, Volpertus prepositus sancti Cyriaci, Heruicus decanus sancti Blasii et fratres eiusdem ecclesie universi; laici: Bernardus de Wilipa, Walterus de Baldensele, Bernardus de Dorstat, Haolt de Biwende, Guncelinus de Wulferbutle dapifer noster, Baldewinus advocatus noster, Willikinus marscalcus noster, Heruicus de Vttesem, Hervicus de Scowen, Bertrammus de Velthem, Ludolfus de Bortfelde, Eilardus de Oberge et alii quam plures. Datum per manum notarii nostri Stephani in maiori ecclesia Minde et in ecclesia sancti Sviberti Werthe canonici; feliciter.

---

[a] a *aus* e *verb.*
[b] l *durch Rasur des oberen Bogens und des unteren Schrägschaftes aus* k *verb.*
[c] *davor wohl* in *radiert*
[d] t *durch Rasur wohl aus* u *verb.*

(SP.1.)[e]

e *an roten geflochtenen Seidenschnüren.*

## BFW 237.

*Otto gewährt auf Bitten ihres Propstes Johannes den Chorfrauen der Kirche St. Johannes Evangelist zu Katlenburg jährlich eine halbe Mark aus den Gütern der Kirche in Wedtlenstedt, die Graf Dietrich von Katlenburg dem Kloster übertragen hatte.*

*1207 (wohl Braunschweig, Mitte/Ende Mai – Juli 12)*

*Abschrift von ca. 1425 im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 26 Urk. Nr. 261 (C). – Abschrift aus der zweiten Hälfte des 15. Jh. ebenda, VII B Hs. 267, fol. 95v (D). – Abschrift von ca. 1500 im Stadtarchiv zu Braunschweig, G II 15 Nr. 1, fol. 14v–15r (E). – Abschrift aus der ersten Hälfte des 16. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, VII B Hs. 268, fol. 106r–106v (F).*

*F(...) in: Braunschweigische Anzeigen 1745, Sp. 1719 aus Kopialbuch des 17. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel = Lüntzel, Diöcese Hildesheim S. 390 Nr. 37 (Auszüge). – Winkelmann, König Philipp S. 560 Nr. 20 aus Kopialbuch des 17. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel. – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 93 Nr. 11 (mit Anführung der Zeugen). – Gieschen, UB Katlenburg S. 84 Nr. 6 aus CDEF.*

*Braunschweigische Anzeigen 1753, Sp. 98 f. (zu 1200). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 149 Nr. 7. – BFW 237.*

In nomine sancte et individue trinitatis[a]. Otto divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Regalem decet magnificentiam omnium ecclesiarum utilitatibus invigilare et divine recompensationis intuitu eas pio[b] compassionis affectu ab iniustis inquietationibus[c] defensare[d]. Noverint igitur universi Christi[e] fideles, ad quos presens pagina pervenerit, quod comes Theodericus de Katelenborch[f] pro remedio anime sue et progenitorum suorum ecclesiam in Wedlemstidde[g] cum omnibus bonis suis[h] nunc conquisitis[i] et in futurum conquirendis[j] legittimo[k] iure possidendam contulit ecclesie sancti Iohannis evangeliste[l] in Katelenborch[m], ut in perpetuum predicte ecclesie cum plenaria subiectione esset alligata ea conditione, ut sacerdos in Wedlemstidde[n] stipendiis sibi assignatis sit contentus[o], cetera omnia utilitatibus deo famulantium[p] in ecclesia Katelenborch[q] deserviant[r]. Mediante quoque petitione dilecti et[s] familiaris nostri Iohannis prepositi in Katelenborch[t] concessimus, ut annuatim in anniversario

---

[a] trinitas *D*
[b] pie *C,* pro *E*
[c] inquietantibus *C*
[d] defansare *D*
[e] Cristi *D*
[f] Katelenburch *D,* Kathelnborch *E,* Kattelnborch *F*
[g] Wettelmestede *D,* Wettlemstede *E,* Wettelemstede *F*
[h] *fehlt D*
[i] conquesitis *DF*
[j] conquerendis *F*
[k] legitimo *F*
[l] ewangeliste *F*
[m] Katelenburch *D,* Kathlenbo[rch] *E,* Kattelnburch *F*
[n] Wettellmestede *D,* Wetlemstede *E,*Wettelemstede *F*
[o] *folgt* et *F*
[p] famulatui *CE*
[q] Katelenburch *D,* Katelnburch *E,* Kattenlnburch *F*
[r] *fehlt E*
[s] *fehlt E*
[t] Katelenburch *D,* Katelnborch *E,* Kattelnborch *F*

comitis Theoderici de eisdem prediis dimidia marca cedat refectionibus sanctimonialium. Ceterum ut hoc[u] factum nostrum nulli prorsus[v] sit ambiguum, presentem paginam huius rei testimonium ferentem sigilli nostri impressione signavimus omnem malignandi[w] aditum usque quaque[x] precludentes. Huius rei testes sunt: clerici[y] nostri: Herwicus Brunevicensis[z] ecclesie decanus, Ludolfus[aa] eiusdem ecclesie custos ac ceteri canonici Fredericus[bb] de Velthem, Anno de Volckmerode[cc], Zacharias; laici quoque: ministeriales nostri Berthrammus[dd] de Velthem, Ludolfus[ee] de Bortfelde[ff], Silardus[gg] de Oberge, Wilhelmus de Helinge[hh] ac alii quam plures[y]. Acta sunt hec anno dominice[ii] incarnationis[ii] M°CC°VII° [jj], indictione[kk] decima, anno regni nostri IX° [ll].

[u] hec *F*
[v] prorssus *E*
[w] malignantium *E*
[x] usque quo *C*, usque quoque *E*
[y–y] etc. *C, danach fehlt die Zeugenreihe*
[z] Brunswicensis *EF*
[aa] Ludolphus *EF*
[bb] Ffredericus *D,* Fridericus *EF*
[cc] Volckemrode *E,* Volckenrode *F*
[dd] Bertramus *E,* Bertram *F*
[ee] Ludolphus *E*
[ff] Bortsuelde *E*
[gg] Lisand *E,* Lilandt *F*
[hh] Holinge *EF*
[ii–ii] domini *C*
[jj] M°CC° *D,* MCCVII° *F*
[kk] *verderbt E, wohl* imhne
[ll] octavo *C,* IX *E,* VIIII *F.*

## BFW 238.

*Otto schenkt auf Bitten Propst Ottos von Marienwerder, sowie Simons und Bernhards von Heere der Kirche von Marienwerder eine Manse aus seinen Erbgütern in Garmissen und nimmt die Kirche in seinen Schutz.*

*1207 (wohl Braunschweig, Juli 12 – September 23)*

*Abschrift vom Anfang des 13. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Hannover, Dep. 31 Nr. 1 (B). – Abschrift des 15. Jh. in Kopialbuch VI, 11 Nr. 968, fol. 552, ebenda (C), heute verloren, davon Abschrift aus der 2. Hälfte des 17. Jh. in der Niedersächsischen Staats- und Universitätsbibliothek zu Göttingen, 2° Cod. Ms. Hist. 1 Bd. XI, fol. 228v (C′) und zwei Abschriften des 18. Jh. ebenda, 2° Cod. Ms. Hist. 1 Bd. XXI, fol. 187r–187v (C′′) und in der Gottfried Wilhelm Leibniz Bibliothek (Niedersächsische Landesbibliothek) zu Hannover, Ms. XXIII 773, fol. 15r–15v (C′′′).*

*Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 779 Nr. 287 (s). – Janicke, UB Hildesheim 1, S. 589 Nr. 618 aus Cs (j). – Dolle, UB Plesse S. 82 Nr. 40 aus B mit Varianten aus C′′sj.*

*Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 149 Nr. 6. – Büsching in: Wöchentliche Nachrichten für Freunde der Geschichte, Kunst und Gelahrtheit des Mittelalters 3, S. 208. – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 30. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 35 Nr. 39 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 93 Nr. 11 (mit Anführung der Zeugen). – BFW 238.*

# Otto[a] divina favente clementia[b] Romanorum rex et semper augustus[a]. # Regie maiestatis decet celsitudinem omnium ecclesiarum utilitatibus invigilare et earum paupertatem in meliorem statum reformare[c] et peticiones racionabiles[d] virorum religiosorum pie et misericorditer exaudire. Quapropter notum facimus tam presentis quam futuri[e] temporis Christi fidelibus, quod nos ad peticionem Ottonis viri probati et sancte conversationis prepositi in Insula sanctę Marie, Symonis etiam[f] et Bernhardi[g] de Herre mansum unum de hereditate nostra situm in Gerboldessem[h] iam dicte ęcclesię de[i] bona dedimus voluntate[i] et ipsam ecclesiam in nostram accepimus protectionem. Ut igitur hec donatio rata stabilisque omni evo permaneat et ne per nos aut successores nostros infringatur[j], presentis scripti firmamento et sigilli nostri inpressione[k] fecimus communiri omnem malignandi aditum usque quaque precludentes. Actum[l] anno dominice incarnationis[l] M°CC° septimo, indictione decima[m], anno regni nostri decimo[n]. Testes: magister Heinricus[o] scolasticus sancti Gereonis in Colonia, Heinricus decanus[p] in Gladebach, Iohannes

---

[a–a] *erste Zeile mit der gesamten Intitulatio in Elongata BC′′′,* Otto – clemencia *C′ und* Otto divina *C′′ durch Schrifttype hervorgehoben*
[b] clemencia *C′C′′C′′′j*
[c] informare *C′C′′C′′′js*
[d] ronabiles *mit Kürzungszeichen über* o *B*
[e] *danach Rasur wohl von* s *B*
[f] eciam *C′C′′C′′′js*
[g] Bernardi *C′C′′C′′′js*
[h] Garboldessem *C′C′′C′′′js*
[i–i] dedimus voluntarie *s*
[j] *von erster Hand mit feinerer Feder auf Rasur B*
[k] impressione *C′C′′C′′′js*
[l–l] Actum – inca *von erster Hand auf Rasur B*
[m] X *C′C′′C′′′js*
[n] X *C′C′′C′′′js*
[o] Henricus *C′C′′C′′′js*
[p] dicanus *B*

prepositus Frideslarie[q], Herwicus[r] decanus sancti Blasii in Bruneswich et canonici eiusdem ęcclesię, Volbertus prepositus sancti Ciriaci et sui confratres; laici: Bernhardus[s] comes de Wilpa, comes Adolfus de Dasle, Helmoldus de Plesse, Guncelinus de Wlferbutle[t], Bertrammus de Velthem[u], Ludolfus de Bortuelde[v], Eilardus[w] de Oberge[x] et alii. Dat.[y] per manum notharii[z] nostri Stephani in maiori ecclesia Minde et[aa] in ecclesia Suiberti[bb] canonici[aa]; feliciter.

---

[q] rie *verb. C´, nur* r *verb. C´´C´´´*
[r] w *verb. C´,* Herwinus *C´´*
[s] Bernardus *C´C´´C´´´js*
[t] Wulferbutle *js,* Wulferbutte *C´C´´´,* tle *aus* tte *verb. C´´*
[u] Velhem *B,* t *wohl von erster Hand über der Zeile eingefügt*
[v] o *aus* e *verb. B,* Bortfelde *C´C´´C´´´js*
[w] Eylardus *C´C´´C´´´js*
[x] Oberghe *C´C´´C´´´js*
[y] Datum *C´C´´C´´´js*
[z] *wohl* notaris *B,* h *sofort über der Zeile eingefügt und letztes* i *aus* s *verb.,* notarii *C´C´´C´´´js*
[aa–aa] *fehlt B*
[bb] Sviberti *C´.*

## BFW 239.

*Otto beurkundet den zwischen ihm und Erzbischof Albrecht von Magdeburg abgeschlossenen Vertrag, mit dem er diesem die Übertragung von Haldensleben, seiner in der Mark Brandenburg und in der Wische gelegenen Erbgüter und weiterer angeführter Besitzungen und Rechte sowie die Gewährung von Geld- und Hilfeleistungen verspricht.*

*(Sommerschenburg, wohl 1208 Juli)*

*Original, 135 + 19 x 397 mm, im Landesarchiv Sachsen-Anhalt zu Magdeburg, U 1, XII Nr. 2 (A).*

*Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 787 Nr. 294 aus stark beschädigter Abschrift des 15. Jh. in Magdeburg, Cop., Nr. 6, zu 1209. – Sagittarius in: Allgemeines historisches Magazin 2, S. 106 §9 aus derselben Abschrift. – M. in: Ledebur, Allgemeines Archiv für die Geschichtskunde des preussischen Staates 16, S. 169 aus A = Riedel, Cod. dipl. Brandenburgensis 1/17, S. 436 Nr. 21 zu 1209. – MGH Const. 2, S. 30 Nr. 26 aus Foto von A in den Kaiserurk. in Abb., zu 1208 Anfang Juli.*

*Kaiserurk. in Abb. Lfg. 10, Tafel 21f. (Abb.) mit Beschreibung S. 445. – Hucker in: Katalog Aufbruch in die Gotik 2, S. 32 f. Nr. II.1 (Abb. mit Kommentar).*

*Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 154 Nr. 20 (zu 1209). – Wolf, Versuch S. 14 (zu 1209, Erwähnung). – Schultes, Directorium diplomaticum 2, S. 467 Nr. 88 (zu 1209). – Heinemann, Cod. dipl. Anhaltinus 1, Nr. 773 (mit Textauszug, zu 1209 Mai 19, Braunschweig). – Arnstedt in: Geschichtsblätter für Stadt und Land Magdeburg 5, S. 33 (mit Textauszug zu 1208 nach Juni 21). – Arnstedt in: Zs. des Harz-Vereins 4, S. 179 (Erwähnung mit Textauszug). – Frey, Schicksale S. 91. – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 2, Nr. 329 (zu 1208). – Schmidt in: Geschichts-Blätter für Stadt und Land Magdeburg 16, S. 149 f. (mit Textauszügen). – Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Reg. 1, Nr. 260 (mit Textauszug). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1366. – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 731 (Erwähnung). – BFW 239 (zu 1208).*

O(tto) dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus[a] hoc scriptum intuentibus gratiam suam et omne bonum. Recognoscimus et presentibus litteris profitemur[b], quod inter nos ex una parte et inter dominum Albertum Magedeburgensem archiepiscopum ex alia parte admissa est compositio in hunc modum: conferemus ecclesie Magedeburgensi Haldesleue cum omnibus attinentiis suis et omnem proprietatem, quam pater noster habuit in marchia Brand(enburgensi) et in terra, que Wisch vocatur. Dedimus quoque fideiussores, quod proprietatem istam stabiliemus ecclesie in omni iurisdictione, ubi bona sita sunt, et secundum iusticiam warentabimus eam de ipsis bonis cum pleno consensu heredum nostrorum, et super hoc dabimus privilegium nostrum ecclesie Magedeburgensi. Item nos et fratres nostri renuntiabimus omni iuri, quod diximus nos habere in castro Somerscenburg et in omnibus attinentiis ipsius. Renuntiabimus preterea omnibus feodis, que pater noster tenuit ab ecclesia Maged(eburgensi), in quibus dicebamur ius habere. Item nos dabimus privilegium ecclesie, quod numquam in bonis ecclesie contra voluntatem archiepiscopi vel successorum suorum faciemus exactionem vel sumemus hospitium nec umquam monetam vel teloneum iuxta consuetudinem imperatorum, quam in curiis observabant, in civitatibus archiepiscopi occupabimus. Ecclesiam in nullo officio pregravabimus. Dabimus preterea privilegium ecclesie, quod numquam in ecclesia Magedeburgensi et subfraganeorum ipsius reliquias accipiemus archiepiscopi vel episcopi decedentis. Castrum Lewenberg non concedemus alicui hominum,

[a] *darunter drei kleine Löcher A*
[b] p *gebessert A*

nisi forte archiepiscopo vel ecclesie concedamus. Item si ecclesia Maged(eburgensis) per archiepiscopum[c] vel per aliquem successorum[d] suorum[e] vel per se ipsam in monte, qui vocatur Merenret, castrum voluerit erigere et habuerit super hoc consensum comitis Sifridi de Blankenburg et comitis Heinrici de Reginsten, nos ad edificationem iuvabimus ecclesiam. Si vero contrarium fuerit comitibus memoratis, nos tamen propositum ecclesie non impediemus ullo modo. Item quoscumque de ministerialibus, qui bonis Haldesleue attinent, archiepiscopus inducere poterit, ut tamquam ministeriales ecclesie fidelitatem sibi faciant, cum bona voluntate nostra et fratrum nostrorum erit et illis bona sua iure ministerialium concedet. Aliis vero bonis eisdem attinentibus concedet tamquam hominibus ecclesie bona sua. Donationi quoque, quam Heinricus imperator fecit ecclesie de bonis in Lutere, non renuntiat archiepiscopus, sed nos amice per sua servicia monebit, ut ratam servemus[f] eandem. Preterea in nullo loco ecclesie[g] pertinenti ponemus de novo teloneum vel monetam. Ceterum nos iuvabimus ecclesiam Maged(eburgensem) ad edificationem suam secundum consilium archiepiscopi. Dabimus insuper archiepiscopo tria milia marcarum, ex quibus mille solvemus in vigilia nativitatis domini, secundas mille in festo sancte Walburgis[1] tunc proximo, tertias mille in festo sancte Margarete[2] tunc[h] proximo. Item dabimus in curiam archiepiscopi quingentas marcas, quas solvemus in proximo festo pentecostes[3]. Fratribus archiepiscopi comiti Heinrico et comiti Guntero concedemus civitatem Saleuelt sub hac forma, ut, quandocumque nos[i] ipsis solverimus[j] mille marcas, libera sit civitas[k] nobis[l], et sic cum[m] archiepiscopo[m] in nostro servitio permanebunt. Ceterum cum nos tantam concordiam habuerimus cum principibus, quod archiepiscopo videbitur[n], quod comitem Adolfum possimus iuvare, nos si amice per preces non poterimus, per guerram iuvabimus eum ad recuperationem tam puerorum[o] quam terre sue, nec umquam contra ipsum malum aliquod intendemus. Item si Burcardum in Brieszna[p] apud ducem iuvare non possumus amice, nos de curia in Glowerp et duabus villis[q] et omnibus attinentiis ipsarum faciemus ei gratiam et iusticiam, qualem exspectabat ab imperatore Heinrico. Item si pueros domini Ricardi de Cherewist apud ducem iuvare non possumus, nos super tertia parte civitatis Cherewist faciemus eis gratiam et iusticiam, quam pater eorum exspectabat ab imperatore Heinrico. Ericus de Wentscleue in possessione bonorum de Oscleue erit, donec super hoc[r] consilium archiepiscopi

---

[c] a[r]c *auf Rasur wohl von* aliq, *dann nochmals radiert und verb.,* r *kaum mehr lesbar,* von erster Hand *danach* h *und* iepum *mit Kürzungsstrich über der Zeile hinzugefügt*
[d] *erstes* c *durch Rasur der Unterlänge wohl aus* g *verb. A*
[e] *auf Rasur A*
[f] m *verb. A*
[g] *von erster Hand über der Zeile eingefügt A*
[h] *davor überflüssig* t *A*
[i] *auf Rasur A*
[j] m *wohl aus* t *verb., danach* us-*Haken hinzugefügt*
[k] ciutas *A*
[l] *auf Rasur A*
[m–m] cum arch *auf Rasur A*
[n] *ursprünglich* udebitur*, durch Hinzufügung eines Schaftes am Wortbeginn in* uidebitur *verb. A*
[o] *zweites* u *durch kleines Loch etwas beschädigt A*
[p] i *über der Zeile eingefügt A*
[q] *über der Zeile eingefügt A*
[r] *über der Zeile eingefügt A*

sequamur. Item promitemus[s], quod archiepiscopum semper pre aliis principibus in nostris consiliis familiarem habebimus et assistemus ei contra omnem principem, qui suam ecclesiam indebite voluerit gravare, ita quod si illum amice non poterimus avertere, potenter avertemus. Hec universa debebimus iuxta consilium archiepiscopi stabilire et ipse nobis prestabit fidei sacramentum et serviet nobis tamquam domino suo regi. Si vero super hereditate fratrum nostrorum et puerorum suorum ipsi promissum nostrum servare noluerint, nos super hoc consilium archiepiscopi faciemus et in eius amicicia manebimus[t].

(SP.D.)[u]

---

[s] *so A*
[t] *hier bricht der Text ab*
[u] *Siegel sowie Befestigungsschnüre und Teil der Plica mit den Einschnitten abgeschnitten.*

[1] *1. Mai*
[2] *13. Juli*
[3] *17. Mai.*

***BFW 241.** ***unsicher***

*Otto weist am Tag seiner Königswahl (*hodie in regem electus*) dem Rheingrafen W o l f r a m zur Vergütung seiner Dienste 250 Mark Kölner Pfennige aus dem Zoll zu Boppard zu.*

*(Frankfurt am Main), 1208 ca. November 11*

*In der Urkunde des Rheingrafen Wolfram vom (11. November) 1208, ed. Beyer – Eltester – Goerz, UB Mittelrhein 2, S. 277 Nr. 238, heißt es:* … ex CCL marcis Coloniensium denariorum, quas mihi dominus noster Otto hodie in regem electus ex thelonio in Bopardia in solutionem servitiorum meorum libere assignavit, … – *BFW 241.*

## BFW 243.

*Otto bestätigt Herzog Ludwig von B a y e r n und dessen Erben das Herzogtum Bayern, überträgt ihm den Hof Mering mit Einkünften von 200 Mark und die Reichslehen der Mörder Philipps von Schwaben.*

*Frankfurt (am Main), 1208 November 15*

*Original, 242 + 31 (–35) x 411 mm, im Bayerischen Hauptstaatsarchiv zu München, Kurbayern Urkunden 1833 (A).*

*Scheidt, Origines Guelficae 3, praef. S. 33 angeblich aus A = (Lori), Geschichte des Lechrains 2, S. 6 Nr. 7 = (Arndt), Sammlung von Staatsschriften 4, S. 212 Nr. 18, = (Bachmann), Vorlegung der Fideicommissarischen Rechte Urkunden S. 41 Nr. 18. – Aettenkhover, Kurzgefaßte Geschichte S. 157 Nr. 1 aus Abschriften. – Fichtl, Exceptiones S. 26 Nr. 2 aus A. – Geschicht- und Gesetzmäßige Anmerkungen Beylagen S. 8 Lit. E. – Mon. Boica 29/1, S. 542 Nr. 593 aus A. – Wittmann, Mon. Wittelsbacensia 1, S. 9 Nr. 3 aus A = Ay, Altbayern S. 72 Nr. 3 (Teildruck).*

*Katalog Aus 1200 Jahren (1979) S. 91 Abb. = Katalog Aus 1200 Jahren (1986) S. 91 Abb. – Katalog Aufbruch in die Gotik 2, S. 34 Abb. II.2. – Seibert, Otto IV. und das Herzogtum Bayern S. 36 Abb. 3. – Katalog Otto IV. S. 68 Abb. 2.*

*Fischer, Erbfolgs-Geschichte 1, S. 29 (mit Textauszug). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 151 Nr. 11. – Lang, Reg. rerum Boicarum 2, S. 30. – Böhmer, Wittelsbachische Reg. S. 5. – Muffat, Beiträge S: 66. – Wilmans, Westfälisches UB 3, Nr. 49. – Meiller, Reg. archiepiscoporum Salisburgensium Nr. 105* (mit Textauszug). – Winkelmann, Philipp von Schwaben S. 475 Anm. 2 (Erwähnung mit kurzem Textauszug). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 40 (mit Textauszug). – Oefele, Geschichte der Grafen von Andechs Nr. 627 und S. 98 Anmerkung 1 (mit Textauszug). – Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Reg. 1, Nr. 263 (mit Wiedergabe der Datierung). – Janicke, UB Hildesheim 1, S. 592 Nr. 621 (mit Wiedergabe der Datierung). – Posse, Cod. dipl. Saxoniae regiae 1/3, Nr. 126 (mit Textauszug). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1373. – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 157. – Baumann in: AZ 10, S. 52 (Erwähnung mit Textauszügen. – Hessel – Krebs, Reg. der Bischöfe von Straßburg 2, Nr. 767. – Hofmann, Urkundenwesen Nr. 20. – Katalog Staufisches Erbe S. 15 Nr. 5. – Schalles-Fischer, Pfalz und Fiskus Frankfurt S. 617. – Katalog Bayern. Kunst und Kultur Nr. 157. – Katalog Aus 1200 Jahren (1979) S. 90 Nr. 43 = Katalog Aus 1200 Jahren (1986) S. 90 Nr. 43. – Katalog Wittelsbach und Bayern 1/2, Nr. 95. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 37 (mit kurzem Textauszug). – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1232. – Katalog Aufbruch in die Gotik 2, S. 33f. Nr. II.2. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 149. – BFW 243.*

# Otto # quartus dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Notum facimus ętati presentium et posteritati futurorum Christi fidelium, quod nos inspecta devotione, quam circa promotionem[a] nostram illustris vir Lodewicus dux Bawarorum fidelis[b] et dilectus noster erit omni tempore habiturus, regia munificentia donamus et presentis paginę privilegio confirmamus tam ipsi quam universis sibi successuris heredibus ducatum Bawarię cum universis terris et possessionibus, quas idem dux adhuc vivente antecessore nostro in manu sua et possessione tenuit, tam cum hominibus[c] quam cunctis eis pertinentibus. Insuper concedimus eisdem curtem Moringen, quę olim illustrissimi genitoris nostri extitit, cum pertinenciis eius et partem illam, quę contingit filias quondam Ph(ilippi) regis, simul eidem duci et heredibus suis tradimus et donamus per excambium vel alio quolibet modo dispondituri, quod dictę regis filię nominatam hereditatis suę porcionem grato assensu in manus nostras resignabunt. Sic quoque dispositum est et statutum, ut dictus dux cum curte memorata â nobis teneat ducentas marcas in liberis reditibus, et si de hac summa quicquam defuerit, nos de aliis reditibus nostris in Bawaria defectum illum supplebimus. Si autem in bonis ipsis aliquid de summa prescripta superfuerit, illud in nostros usus cedet et cum fratribus nostris H(einrico) palatino comite Rheni et W(ilhelmo) duce taliter ordinavimus, quod de

---

[a] *erstes* m *aus Buchstaben mit Ober- und Unterlänge verb.*
[b] s *durch Rasur aus einem Mittelschaft verb.*
[c] *erstes* i *aus schrägem Mittelschaft, wohl für* a, *verb.*

bonis et hominibus quondam incliti patris nostri adversum ducem Bawarię et heredes eius numquam actionem habebunt. Item feoda, quę interfectores regis Ph(ilippi) marchi[d] Hyst[ri]ę[e] et palatinus comes de Witlingispahc ab imperio tenuerunt, sepedicto duci et heredibus suis concedimus et confirmamus nemus, quod vocatur Bazhart, cum castro Nwenburc ad opus ducis omni iure conservaturi, sicut ipse dux nos instruere poterit et docere. Ad cuius rei certam evidentiam et perpetuam in posterum firmitudinem fide data promisimus et iurare fecimus in animam nostram comitem Adolfum de Schowinburc, Cunradum de Dicka[f], Bernhardum de Hurstimar nobiles viros et fidelem nostrum Gunzilinum dapiferum, quod cuncta, quę premissa sunt, inviolabiliter curabimus observare, et cum sigillo nostro sigilla principum, quę postulavit, huic cartę iussimus adhiberi.[g]

Datum apud Vrankinfort anno dominicę incarnationis millesimo C°C°VIII, indictione XII[a], XVII kalendas decembris.

(SP.D.) (SP.D.) (SP.) (SP.) (SP.D.) (SP.D.)[h] (SP.) (SP.D.) (SP.D.) (SP.) (SP.)

---

[d] *so A statt* marchio
[e] ri *infolge Faltung zerstört*
[f] a *infolge Faltung stark abgerieben*
[g] *Der Druck bei Scheidt bietet danach und vor dem Datum folgende Zeugenreihe:* Huius rei testes sunt et sigilla sua apposuerunt: Euerhardus Salisburgensis Archiepiscopus. Magdeburgensis Archiepiscopus. Hartbertus Dei gratia Hildemensis Episcopus. Cunradus Dei gratia Frisingensis Episcopus. … Henricus Argentinensis Episcopus. … Conradus Spirensis Episcopus. … Episcopus Patau. … Fridericus Dux Lotharingie. … Hermannus et Fridericus Marchiones de Baden. … Landgrau. Thuring. … Theodericus Marchio. …
[h] *an dieser Stelle hing an noch vorhandenen gelben und roten Seidenfäden vermutlich das königliche Wachssiegel Ottos.*

## BFW 244.

*Otto überträgt dem Zisterzienserkloster Walkenried acht Holländerhufen im Ried bei der Rothenburg, die Erzbischof Siegfried von Mainz dem König zum Besitztum des Klosters gleichsam als dessen besonderem Schutzherrn geschenkt hat.*

*Mainz, 1208 November 20*

*Original, 427 (–444) + 40 (–45) x 384 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 25 Urk. Nr. 41 (A).*

*Sudendorf in: Vaterländisches Archiv des Historischen Vereins für Niedersachsen (1843) S. 407 Nr. 3 aus Diplomatarium Walkenredense des 14. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel. – UB Niedersachsen 2/1, S. 59 Nr. 69 Auszug aus demselben Diplomatarium. – Dolle, UB Walkenried 1, S. 115 Nr. 66 aus A.*

*Hesse in: Mittheilungen aus dem Gebiet historisch-antiquarischer Forschungen 3, S. 30 Nr. 21 (Erwähnung). – Muffat in: Gelehrte Anzeigen der k. bayerischen Akademie der Wissenschaften 40, Sp. 322 (zu November 22). – Muffat, Beiträge S: 66 (zu November 22). – Goerz, Reg. der Erzbischöfe zu Trier S. 28. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 35 Nr. 41 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe, Rekognition und Datierung). – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1057. – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 2, Nr. 313 (mit Wiedergabe der Datierung). – Böhmer – Will, Reg. Mainzer Erzbischöfe 2, S. 138 Nr. 96. – Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Reg. 1, Nr. 264 (mit auszugsweiser Wiedergabe der Datierung). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1375. – Spier in: Harz-Zeitschrift 22/23, S. 92 Nr. 36. – Letzner, Walkenrieder Chronik, ed. Reinboth, S. 39 (zu Dezember 1). – Kunde, Zisterzienserkloster Pforte S. 347 Nr. 35. – Falck, Mainzer Reg. 1, Nr. 107 (mit Anführung der Zeugen und Rekognition, sowie Wiedergabe der Datierung). – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 152. – BFW 244.*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # Divinę remunerationis intuitu ęcclesiarum dei commodis et profectibus inherere volumus et personas deo militantes in suis desideriis feliciter promovere. Quapropter universis imperii fidelibus presentis ętatis et posteritatis successurę notum facimus, quod vir nobilis comes Burchardus de Mannisfelt octo mansos Hollandenses sitos in harundineto prope Rotinburc, quos ab eo tenuerunt Burchardus de Hohinstein et Herwicus de Liebinrode, dilecto principi nostro Lodiwico[a] illustri duci Bawarię resignavit. Ipse vero dux per fidelem nostrum Geuehardum burcgravium Magdeburgensem prefatos octo mansos domino Sifrido venerabili Magunt(inę) sedis archiepiscopo, quia eos ab ęcclesia Magunt(ina)[b] in feudo tenebat, resignavit[b]. Quo facto ipse archiepiscopus in perpetuam proprietatem sepefatos mansos cum omni iure suo monasterio de Walkinriet[c] possidendos in manus nostras[c] tamquam speciali eiusdem loci advocato contradidit et nos benignitate regia memorato monasterio in manus Heinrici[d] abbatis ad[d] sustentationem fratrum ibidem deo militantium contulimus. Ut autem donatio eadem tam per nos quam per archiepiscopum facta firma semper sit et inconvulsa perseveret, hanc divalem paginam exinde conscriptam sigilli nostri charactere iussimus communiri statuentes et regia auctoritate districte precipientes, ut nulli umquam personę humili vel altę, ęcclesiasticę sive seculari, licitum sit supradictum monasterium in illis inquietare[e] possessionibus vel eas[e] suis usibus vendicare. Quod si quis ausu temerario facere presumpserit, iram tremendi iudicis nostręque sublimitatis offensam se nequaquam dubitet graviter

[a] Lodiw *mit Kürzungszeichen über* w
[b–b] *durch Wachsabdruck beschädigt*
[c–c] *durch Wachsabdruck beschädigt*
[d–d] *durch Wachsabdruck teilweise beschädigt*
[e–e] *durch Wachsabdruck beschädigt*

incursurum et in vindictam transgressionis suę centum libras auri examinati componat, dimidium camerę nostrę, reliquum passis iniuriam persolvendum. Huius rei testes[f] sunt: Iohannes archiepiscopus Treuirensis, Conradus[g] Cameracensis episcopus, comes Albertus de Euirstein, comes Burchardus de Lutirberc, comes Adolfus de Schowinburc, Hermannus et Heinricus comites de Hartispurc, comes Fridericus de Bichilingen, Albertus de Arnstein, Heinricus marscalcus de Kallindin, Gunzilinus dapifer de Wolftirbutil, Waltherus pincerna de Schipen, Didericus, Heinricus[h], Hermannus capellarii et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi. # (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus regalis aulę cancellarius vice domini Sifridi Maguntini archiepiscopi tocius Germanię archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis millesimo C°C°VIII°, indictione XII^a^, regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso, anno regni eius primo. Datum apud Maguntiam per manus Gvalteri regalis aulę prothonotarii XII kalendas decembris.

(SP.1.)[i]

---

[f] *danach ein kleines Loch im Pergament*
[g] *danach fehlt* Spirensis episcopus, Iohannes
[h] ein *durch Wachsabdruck beschädigt*
[i] *an roten und grünen Seidenfäden.*

## BFW 246.

*Otto nimmt nach dem Vorbild seiner Vorgänger das Augustinerchorherrenkloster B e r c h t e s g a d e n in seinen Schutz und bestätigt ihm die von diesen verliehenen Rechte, insbesondere das Forstrecht und das Berg- und Salzregal im genannten Forstgebiet, die freie Vogtwahl sowie die Salzquelle zu Reichenhall.*

*Worms, 1208 November 23*

*Original, 576 (–605) + 35 (–40) x 426 (–452) mm, im Bayerischen Hauptstaatsarchiv zu München, Fürstpropstei Berchtesgaden Urk. 27 (A).*

*Mon. Boica 29/1, S. 544 Nr. 594 aus A.*

*Stillfried – Märcker, Mon. Zollerana 1, S. 30 Nr. 80. – Uhler, Untersuchungen Berchtesgaden Nr. 54 (Erwähnung). – BFW 246.*

*Es handelt sich um die Wiederholung einer etwa dreieinhalb Jahre zuvor von Philipp von Schwaben ausgestellten Urkunde für Berchtesgaden (DPh. 96, VU).*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum[a] rex et semper augustus. # Copiosum eternę retributionis promeremur beneficium, si ęcclesiarum dei profectibus diligenter intendere curaverimus et circa commodum earum curam et operam impendere efficacem. Quapropter universis Christi fidelibus presentis ęvi et futuri duximus innotescendum, quod nos antecessorum[b] nostrorum * Romanorum imperatorum et regum opera pietatis commendantes et eorum vestigia imitari cupientes divinę remunerationis intuitu et pro salute nostra cenobium Berhtersgamensium cum omnibus personis deo ibidem famulantibus et universis eiusdem loci appendiciis et possessionibus in nostram recepimus protectionem et omnia, quę idem cenobium[c] temporibus antecessorum nostrorum imperatorum et regum possedit et nunc possidet quęve in posterum dante domino poterit adipisci, firma ei et illibata decernimus permanere. Specialiter autem et nominatim confirmamus eisdem fratribus forestum, quod circa cellam undique protenditur, et ea, quę intra terminos ipsius foresti, quę erant imperii in venationibus, piscationibus, pascuis, pratis cultis et incultis et quę in salis vel in cuiuslibet metalli venis subterraneis inveniri aut elaborari possunt, salinam quoque in loco, qui dicitur Goldinbahc, et salinam, quę est inter Touâl et locum, qui dicitur Riuê, et omnia, quę habent intra terminos foresti designatos privilegio ab antecessore nostro Friderico divę memorię Romanorum imperatore collato cum omni iure eiusdem foresti, quod comes Engilbertus suique parentes longis retro temporibus per terminos subtus notatos possederant, post eos etiam comes Beringarius de Sulzbahc, qui idem forestum prefatę ecclesię plus quam triginta annis ante imperium memorati imperatoris Friderici tradiderat, firma eis eorumque[d] omni tempore permaneant. Termini autem, quibus ipsum forestum cingitur, hii sunt: primus incipiens in rivulo, qui dicitur Diezbahc, et inde in medium alveum fluminis, qui dicitur Sala, descendens pertingit ad villam Walwes ad abietem in cimiterio stantem et inde transmeans ad adiacentem paludem, quę dicitur Vilzmos, pervenit ad villam, quę dicitur Anêua, ubi fontes decurrunt in fluvium Salzahe, et ab inde ascendendo per medium

---

[a] *Cauda des* R *auf Rasur verb.*
[b] c *auf Rasur von* s
[c] m *verb.*
[d] *danach fehlt* successoribus*, vgl. VU*

alveum fluvii pertingit ad superiorem Schreinpahc, inde scandens Varmnecki et usque Swalwen pervenit ad verticem, qui Gelihc appellatur, inde in ortum rivi Chunispahc pertransiens vertices montium O%vzinsperc et Bockisrucki per medias valles et montes, inde venit ad verticem Viskunkel, inde per medium montium cacumina, sicut aquę hinc et inde decurrunt, revertitur ad ortum rivi Diezpahc, per quem, sicut ab utraque parte ad ipsum aquę decurrunt, ad predictum flumen Sale descendendo[e] finitur. Advocatiam quoque ipsius loci tam â fundatorum heredibus quam ab aliquo hominum, nisi quem prepositus et fratres utiliter duxerint eligendum, usurpari modis omnibus inhibemus. Porro si is, qui electus fuerit, gravis eis et inutilis extiterit, ipsum repellendi et meliorem in locum eius substituendi liberam eis concedimus facultatem. Omnia quoque, quę liberalitate imperatorum, largitione principum, oblatione fidelium predictę ęcclesię collata sunt vel in posterum fuerint collata, specialiter vero aquam in fonte Hallis, quam comes Geuehardus filius comitis Beringarii de Sulzpahc sub presentia et auctoritate imperatoris Friderici eidem cenobio sex annis ante obitum suum contulit[f] manu potestativa, regali auctoritate ipsi ęcclesię et fratribus confirmamus. Solita quoque * clementię nostrę auctoritate omnia eiusdem ęcclesię novalia â porta, qua silva versus Hallis clauditur, usque in rivum, qui dicitur Riutmagie, et ultra in rivum Wizpahc cum omnibus colonis suis ab omni iure comitum et iudicum eximimus et liberos esse concedimus et, ut â prefatę ęcclesię preposito tam in secularibus quam in spiritualibus regantur, iubemus. Insuper, ne aliquis ducum vel comitum vel quorumlibet iudicum super prefata aqua Hallis, quam, ut dictum est, comes Geuehardus ipsi ęcclesię tradidit, vel quam imperiali largitione possident vel super omnibus, quę in nostram specialiter accepimus defensionem, propter cuiusquam querimoniam in iudiciis eos inquietare presumat, interdicimus, quoniam iustum est, ut, quę regali sanctione confirmata sunt, regali etiam nichilominus iudicio, si quid querimonię natum fuerit, terminetur. Nulli igitur omnino hominum licitum sit super prefatis possessionibus sepedictum cenobium inquietare aut hanc confirmationis nostrę divalem paginam revocare in irritum. Quod qui fecerit, centum librarum auri componat, dimidium fisco nostro, reliquum monasterio passo iniuriam. Huius rei testes sunt: Iohannes Cameracensis episcopus, Heinricus palatinus comes Rheni, comes Burchardus de Mannisfelt, comes Hartmannus de Wirtinberc et comes Lodwicus frater eius, Conradus burcgravius de No%vrinberc, Heinricus de Niffên, Helmoldus de Plessin, Heinricus marscalcus de Kallindin, Waltherus pincerna de Schipen et alii quam plures.

# Sicnum[g] domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi. # (M.) Ego Conradus Spirensis episcopus regalis aulę cancellarius vice domini Sifridi Maguntini archiepiscopi et tocius Germanię archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis millesimo C$^{o}$C$^{o}$VIII$^{o}$, indictione XII$^{a}$, regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso, anno regni sui XI$^{mo}$. Dat. Wormatię per manum Gualteri regalis aulę prothonotarii VIIII kalendas decembris.

(SP.D.)[h]

---

[e] c *aus* e *verb.*
[f] *folgt Rasur eines Interpunktionszeichens*
[g] *so A*
[h] *rote Seidenfäden erhalten.*

## BFW 247.

*Otto bestätigt der Stadt S p e y e r die ihr von den Kaisern Heinrich V. und Friedrich I. gewährten Rechte.*

*Speyer, 1208 Dezember 2*

*Original, 496 (–510) + 42 (–47) x 419 (–431) mm, im Stadtarchiv zu Speyer, 1 U Nr. 2 (A).*

*Mon. Boica 29/1, S. 548 Nr. 595 aus A. – Hilgard, Urk. Stadt Speyer S. 27 Nr. 25 aus A. – Dolle, UB Plesse S. 84 Nr. 41 aus A.*

*Lehmann, Chronica S. 577 (mit Anführung der Zeugen und deutscher Übersetzung des Eschatokolls) = ed. II. S. 577 = ed. III. S. 510 = ed. IV. S. 510. – Remling, Geschichte der Bischöfe zu Speyer 3, S. 143 Nr. 126 (mit Wiedergabe der Invocatio, Intitulatio, Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 36 Nr. 42 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Ehlers, Metropolis Nr. 84. – BFW 247.*

*Als Vorurkunde diente die Urkunde Friedrich Barbarossas für die Stadt Speyer vom 27. Mai 1182 (DF. I. 827).*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # Maiestas regalis[a] exigit et auctoritas, ut, sicut sua facta rata et inconvulsa permanere desiderat, ita suorum antecessorum gesta et privilegia modis omnibus confirmet et scriptorum munimine corroboret. Inde est, quod nos privilegium antecessoris nostri Heinrici imperatoris quinti, quod ipse pro remedio animę patris sui * Heinrici imperatoris quarti in die exequiarum ipsius Spirensi contulit civitati, in fronte maioris templi aureis literis[b] sollempniter depictum expressam et prominentem continens ymaginem renovamus et regali auctoritate corroboramus, quemadmodum etiam Fridericus divę memorię Romanorum imperator illud corroboravit, et, ut remota omni ambiguitate ius privilegii in perpetuum habeat, utpote multorum principum, ut ibidem legitur, fultum testimoniis, firmissima sanctione decernimus. Sicut enim prefati imperatores suis privilegiis omnes Spirensis civitatis habitatores, undecumque venerint vel cuiuscumque conditionis fuerint, â consuetudine nefanda et nequissima, quę vulgo vocatur bůthel[c], suosque heredes prorsus exemerunt et, ne aliqua persona maior vel minor, non advocatus, non eorum naturalis dominus illis morientibus de eorum suppellectili quicquam auferre presumeret, finaliter interdixerunt, et ut omnes liberam habeant potestatem suis heredibus bona sua relinquendi vel pro anima sua dandi vel cuicumque personę dare voluerint, firmissime statuerunt, ita et nos adiuncto novo maiestatis nostrę privilegio ab omnibus predictis exemptos eadem libertate iugiter gaudere[d] volumus. Iuxta quoque interpretationem inclitę recordationis imperatoris Friderici, sicut in privilegio ipsius expressum est, iam dictos cives Spirenses ab hoc iure, quod ho%vbitreht dicitur, * prorsus * eximimus statuentes, ne umquam aliqua persona ęcclesiastica vel secularis super hoc eos infestare attemptet, sive in civitate sive extra sit constituta. Preterea nos per omnia sequentes privilegium prefati imperatoris Heinrici predecessoris nostri eosdem cives ab omni theloneo, quod in civitate tunc temporis dari solebat, liberos statuimus et â solutione nummorum, quos vulgo banpfenninc et illorum, quos scozpfenninge appellaverunt, et piperis, quod de

---

[a] e *und* s *(wohl aus* e*) verb.*
[b] *so A*
[c] bv%otheil *VU*
[d] *unter* a *kleines Loch in der Faltung*

navibus exigi[e] solebat, eos absolutos pronunciamus. Volumus etiam, ut nullus civium eorundem extra urbis ambitum advocati sui placitum cogatur requirere, et ut nulli[f] exactioni extra civitatem factę de rebus suis mobilibus vel inmobilibus subiaceat. Nullus prefectus aut alicuius domini nuncius ad servicium domini sui â panificibus vel â macellariis seu ab aliquo genere hominum in civitate rem aliquam mobilem vel sese moventem presumat illis invitis auferre. Nullus umquam vinum, quod appellatur banwîn, presumat vendere aut alicuius civis navem ad opus domini sui illo invito accipere. Statuimus quoque, ut ab hiis, qui res proprias propriis sive conductis navibus transvehunt, nichil[g] omnino exigatur. Monetam quoque nulla potestas in levius aut in deterius inminuat aut aliqua ratione nisi communi civium consilio permutet. Nullus ab eis theloneum in toto episcopatu aut in locis fiscalibus, id est ad utilitatem imperii singulariter pertinentibus, extorqueat. Si quis curtem aut domum per annum et diem sine contradictione possederit, nulli hoc interim scienti ultra inde respondeat. Causam in civitate iam lite contestata[h] non episcopus aut aliqua potestas extra civitatem determinari compellat. Argentinę thelolonеum[i] de navi non plus quam tredecim denarios dare cogantur. Ut autem hec nostrę maiestatis confirmatio in omne evum rata et inconvulsa permaneat, presentem inde paginam conscribi iussimus et sigilli nostri impressione communiri. Si quis vero ausu temerario eam presumpserit violare vel aliquo modo attemptare, centum librarum auri puri pro pena fisco imperialis camerę persolvat. Huius rei testes sunt: Sifridus Maguntinus archiepiscopus, Wolframmus abbas de Wizinburc, Walerammus dux de Lempurc, comes Fridericus de Liningen, comes Burchardus de Mannisfelt, Helmoldus de Plessen, Godefridus de Eppinstein, Wernherus et Philippus fratres de Bonlandia, Heinricus marscalcus de Kallindin, Gunzilinus dapifer et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi. # (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus regalis aulę cancellarius vice domini Sifridi Magunt(ini) archiepiscopi et tocius Germanię archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis millesimo C°C°VIII°, indictione XII[a], regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso, anno regni eius duodecimo. Dat. apud Spiram per manum Waltheri regalis aulę prothonotarii IIII non. decembris.

(SP.D.)[j]

---

[e] *danach Rasur eines Buchstabens*
[f] *langes* i *wohl aus kurzem* i *verb.*
[g] *zweites i wohl durch Rasur aus* e *verb.*
[h] *so A statt* contestatam *VU*
[i] *so A,* lo *durch Zeilenwechsel irrtümlich verdoppelt*
[j] *rote und grüne Seidenfäden erhalten.*

# BFW 248.

*Otto (bestätigt) den Bürgern von W o r m s die von seinen Vorgängern gewährten Privilegien betreffend die Bestätigung des Stadtfriedens sowie die Befreiung vom Zoll zu Frankfurt, Boppard, Hammerstein, Dortmund, Goslar, Angeren, Duisburg und Kaiserswerth und untersagt Zweikämpfe zwischen Wormser Bürgern und Auswärtigen.*
*Speyer, 1208 (Ende November/Anfang Dezember)*

*Original, 518 (–524) + 38 (–44) x 500 mm, im Stadtarchiv zu Worms, Abt. 1 A I, Urk. Nr. 8 (A).*

*Moritz, Historisch-Diplomatische Abhandlung, Appendix Documentorum S. 153 Nr. 6 aus A = Hoffmann, Vermischte Beobachtungen 1, S. 117 Nr. 6. – Bresslau, Diplomata Centum S. 136 Nr. 86 aus A. – Boos, UB Stadt Worms 1, S. 87 Nr. 110 aus A.*

*Fees, Urk. Stadtarchiv Worms Tafel 7 (Urkundenabb.).*

*Stälin, Wirtembergische Geschichte 2, S. 334. – Scriba, Reg. Hessen 3, Nr. 1207. – Goerz, Reg. der Erzbischöfe zu Trier S. 28. – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1058 (mit Anführung einiger Zeugen). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 143. – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 159. – Lau, UB Frankfurt 1, Nr. 34 (mit Textauszug). – Rübel, Dortmunder UB Erg.bd. 1, Nr. 82 (mit Textauszug). – Hessel – Krebs, Reg. der Bischöfe von Straßburg 2, Nr. 768. – Scholz-Babisch, Quellen zur Geschichte des klevischen Rheinzollwesens 1, Nr. 13 (mit Textauszug). – Ehlers, Metropolis S. 307 Nr. 84 (mit Anführung der Zeugennamen). – BFW 248.*

*Als Vorurkunden dienten DH. IV. 267 (VU I) und eine Urkunde Heinrichs V. vom 30. November 1114 (DH. V. †138; VU II).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # /**I**/ Regie celsitudinis et pietatis est fidelium suorum devotionis et servitutis constantiam dignis respicere beneficiis, * ut * se non modica remuneratione * gaudeant et utilitate honoratos, qui pura voluntate et unito omnium voto regie sublimitati et Romano imperio se iugiter reddiderunt astrictos. Inde est, quod nos super fidelitate et sincera devotione civium nostrorum de Wormatia habita consideratione eorum plurima servicia antecessoribus nostris hilariter exhibita et ipsorum circa Romani imperii promotionem vigilem sollerciam respicere volentes, privilegia a divis augustis nostris predecessoribus eis concessa tam de pacis ipsorum confirmatione quam etiam de thelonei exemptione, quod lingua theutonica interpretatum est zol, * in omnibus locis regno Romano assignatis, videlicet Frankenvort, Bobarten, Hamerstein, Drutmunde, Goslarie, Angeren, Dusburc, Werde, sicut domini imperatoris Heinrici quarti autenticum privilegium eis traditum continet[a]. /**II**/ Volumus, statuimus et firmiter precipimus, ut ab omni theloneo[b] in memoratis locis in perpetuum sunt absoluti et, ne quis extraneus aliquem de prefatis civibus nostris vel aliquis civium aliquem extraneum non possit aliqatenus[c] in duello impetere, alia quoque iura qualiacumque et bonas consuetudines privilegiatas eis confirmamus omnes posteros nostros Romano inperio[d] post nos successuros diligentius rogantes, ut sicut ipsi facta sua cupiunt illibata servari, ita huius nostri privilegii firmitatem fidelibus Wormatie habitatoribus munitam servare curent et illesam. /**I**/ Qui si, quod absit, nos in hoc facto nostro infirmaverint, se[e] * quod fecerint, in

---

[a] *so A, danach zu ergänzen etwa* confirmamus
[b] on *durch Fleck beschädigt*
[c] *so A*
[d] *so A*
[e] *so A, danach* et *zu ergänzen, vgl. VU I*

hoc debilitari credant. /**II**/ Ut igitur hec nostre auctoritatis traditio, quam ad cetera Wormatiensium privilegia et alia ipsorum iura servanda et confirmanda eis contulimus, stabilis et inconvulsa omni evo permanere debeat, signo nostro corroboravimus[f] et subtus nostri inpressione sigilli iussimus insigniri ascriptis testibus, qui viderunt et audierunt: Sifridus Moguntine sedis archiepiscopus, Iohannes Treuerensis archiepiscopus, Cameracensis episcopus, Argentinensis episcopus, abbas de Wizenburc, Wirzeburgensis episcopus; laici: frater noster Heinricus palatinus comes Reni, marchio de Baden, Ludewicus et Hartmannus comites de Wirtenberc, comes Fridericus de Liningin, Cunradus hirsutus comes et filii sui, Godefridus comes de Spanh(eim) et alii quam plures clerici et laici. (M.)

Dat. anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octavo, indictione XI[a], per manum cancellarii nostri Spirensis episcopi Cunradi et per manum prothonotarii nostri Walteri /**I, II**/ in nomine domini apud Spiram actum; feliciter.

(SP.D.)[g]

---

[f] obo *in der Faltung*
[g] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 249.

*Otto beurkundet, dass ihm Abt Heinrich die Vogtei über das Kloster E n g e l b e r g und dessen Besitzungen übertragen hat, und verspricht, diese selbst auszuüben und niemandem ohne Zustimmung des Abtes und des Konvents als Lehen weiterzugeben oder zu veräußern.*

*Straßburg, 1208 Dezember 11*

*Original, 195 (–201) + 8 (–18) x 165 (–172) mm, im Stiftsarchiv zu Engelberg, B. 4 (A).*

*Neugart, Episcopatus Constantiensis 1/2, ed. Mone, S. 522 Nr. 3 unter Auslassung der Arenga aus A. – Vogel in: Der Geschichtsfreund 51, S. 7 Nr. 31 aus A.*

*(Liebenau), Versuch einer Darstellung des Stiftes Engelberg S. 136 Nr. 22 und S. 55 mit Anmerkung 1 (Erwähnung). – Quellenwerk zur Entstehung der Schweizerischen Eidgenossenschaft 1/1, Nr. 224. – BFW 249.*

*Es handelt sich um eine nahezu wortwörtliche Wiederholung der am 23. Februar 1200 ausgestellten Urkunde König Philipps (DPh. 37).*

Otto[a] quartus dei gratia Romanorum rex semper augustus. Si ecclesiarum et personarum deo famulantium quieti pariter et commoditatibus curaverimus intendere, salutis nostre incrementum sentiemus et a retributore omnium bonorum non ambigimus feliciter remunerari. Cum itaque ecclesiam, que nuncupatur Mons Angelorum, viri magnifici antecessores nostri Romanorum imperatores sive reges et sub eis viri illustres sub eorum semper habuerint protectione, universis imperii fidelibus presentis etatis et posteritatis successure notum facimus, quod accedens ad presentiam nostram apud Argentinam fidelis noster Heinricus memorati loci * abbas, videlicet Montis Angelorum, commisit nobis et per manum suam recepimus advocatiam abbatie et omnium possessionum sibi adtinentium, ut ammodo sub omnimoda tuicione nostra ipsam tenere debeamus. Promisimus econtra abbati et omnibus successoribus suis, ut advocatiam eandem teneamus ad manus nostras et numquam occasione aliqua aut ex necessitate ipsam alicui persone conferre debeamus in feudo, statuentes, ut nullatenus licitum nobis esse possit a potestate nostra eam alienare vel etiam cui[b] committere procurationem eius ex parte nostra tenendam nisi alicui ex officiatis nostris, quem abbas et fratres eius a nostra postulaverint maiestate et qui commoditatibus eorum et utilitati visus fuerit, expedire. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam hanc[c] paginam[d] exinde conscriptam sigilli nostri iussimus communiri inpressione[e].

Datum[f] apud Argentinam anno dominice incarnationis M^o^CC^o^VIII^o^ [g], tercio idus decembris, indictionie[h] XII^a^.

(SP.1.)[i]

---

[a] O *mit dunklerer Tinte etwas vergrößert und mit Binnenlinie verziert verb.*
[b] *so A,* cuiquam *VU*
[c] *Bogen von* h *auf Rasur wohl von* p
[d] g *mit dunklerer Tinte verb.*
[e] *wohl vor* communiri *(so VU) irrig ausgelassen und von anderer Hand mit dunklerer Tinte nahzeitig nachgetragen*
[f] Dat *auf Rasur*
[g] *übergeschriebene* o *mit dunklerer Tinte nachgetragen*
[h] *so A, irrig aus* indictionis *(so VU) verb.*
[i] *naturfarbenes Wachssiegel an roten und gelben Seidenfäden.*

## BFW 252.

*Otto widerruft auf die Klage und Bitten des Bischofs Johannes von Cambrai das von Kaiser Friedrich (I.) den Bürgern der Stadt gewährte Privileg und übergibt die Stadt mit allem Recht sowie voller Regierungs- und Verfügungsgewalt dem Bischof und seinen Nachfolgern.*

*Augsburg, 1209 Januar 11*

*Original in den Archives départementales du Nord zu Lille, 3 G 9/90 (A).*

*Huillard-Bréholles 1/2, S. 403 als Insert in der Urkunde Friedrichs II. von 1215 VII 29 (DF. II. 317) aus Abschrift des 13. Jh. in der Médiathèque municipale zu Cambrai. – MGH DF. II. 317 als Insert in dieser Urkunde.*

*Böhmer, Wittelsbachische Reg. S. 5. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 43 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 3, S. 579 Nr. 313 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 144. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1395. – Perret, UB St. Gallen 1, Nr. 237. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 38 (mit Wiedergabe einzelner Textstellen und Anführung der Zeugen). – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1233. – Clavadetscher, Bündner UB 2 (neu), Nr. 521. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 159. – BFW 252.*

*Als Vorurkunde diente in erster Linie die Urkunde Barbarossas für Bischof Roger von Cambrai vom 21. Mai 1182 (DF. I. 825, VU I), vereinzelt wurden auch Formulierungen aus Ottos eigener Urkunde BFW 219 für den Elekten von Cambrai vom 26. September 1201 übernommen (VU II).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clemencia Romanorum rex et semper augustus. # /I/ Quia labilis est humana memoria[1] et turbe rerum non sufficit[1], predecessorum nostrorum scilicet imperatorum seu regum diva sanxit auctoritas res gestas scripture testimonio committere, quas labencium temporum antiquitas ab humana memoria consuevit subtrahere. Quorum nos imitabile secuti exemplum posterorum memorie decrevimus transmittere, quod fidelis et dilectus princeps noster Iohannes Cameracensis episcopus * graves regie maigestati[a] querimonias de civibus suis Cameracensibus frequenter proposuit, quod occasione cuiusdam /II/ scripti, quod inclyte memorie predecessor noster dominus Fridericus imperator eisdem * nomine pacis indulsit, iura episcopi et libertatem ecclesiarum in eadem civitate evacuare et infringere non desistunt usque adeo, quod eorum malicia in tantum invaluit adversus ipsum episcopum et ecclesias in Cameraco sitas, quod merito sue pravitatis episcopi sui excommunicacionem incurrerunt, quam per triennium et amplius contumaciter /I/ sustinuerunt. Et licet venerabilis pater noster dominus Innocentius papa postmodum eandem sentenciam confirmasset et per provincias Francie auctoritate sua denunciatam ore proprio promulgasset, ipsi nichilominus per tantum tempus in sua contumacia persistentes ad satisfactionem redire minime curaverunt. Insuper cum totus civitatis clerus eorum oppressiones ferre non valens et excommunicationis contagium ex chohabitacione pertimescens cogeretur per idem triennium exulare, sacerdotes apostotas[b] et excommunicatos in iniuriam dei omnipotentis et elusionem ecclesiastice iurisdicionis divina sibi publice fecerunt in ecclesiis celebrare. Unde dictus episcopus /II/ humiliter et devote maigestati[c] regie supplicavit, ut scriptum illud, quod malicie civium malignandi prestat materiam et fomentum, revocaremus et tam ipsi quam ecclesiis suis in eadem civitate concederemus plenariam libertatem. Nos igitur * adtendentes

---

[a] *so A*
[b] *so A statt* apostatas*, dabei erstes* o *wohl aus* e *verb.*
[c] *so A*

devotionem et fidelitatem memorati episcopi principis nostri et intolerabilem eorundem civium insolenciam chohercere volentes necnon indempnitati ipsius episcopi successorumque ipsius ac cleri tocius in perpetuum providere de regie liberalitatis clemencia et principum nostrorum consilio predictum scriptum, ne per ipsum de cetero dictis civibus vel aliis in ipsum episcopum et clerum malignandi detur occasio et, si quod aliud rescriptum prefati episcopi vel ecclesiarum libertati inveniatur adversum, auctoritate regia revocamus et viribus penitus carere decernimus ipsamque civitatem Cameracensem cum omni iure, regimine et plenaria dispositione tam ipsi episcopo quam successoribus suis concedimus nulla iurisdicione prefatis civibus nomine communie vel consuetudinum, quas pacem nominant, reservata. /I/ Statuimus igitur *, ut preter alia iura sibi competencia memorato episcopo suisque successoribus in predicta civitate Cameracensi libere pro sua voluntate prepositos suos instituere liceat et scabinos discretos et bone opinionis viros et, cum ei placuerit, querelas civitatis audiet et terminabit vel prepositis suis * audiendas et decidendas relinquet. /II/ Ut autem hec omnia | /I/ pretaxato Cameracensi episcopo eiusque successoribus in * evum rata permaneant et illibata, | /I, II/ presentem exinde paginam conscribi et sigilli nostri munimine fecimus consignari. Si quis autem hanc nostre concessionis seu confirmacionis divalem paginam infringere vel aliquo improbitatis ausu ei contradicere presumpserit, banno regali percussus in sue presumptionis penam /I/ mille libras auri purissimi componat, quarum * medietas fisco nostro, reliqua vero medietas iniuriam passo persolvatur episcopo. Testes autem huius rei sunt: Wolfgerus patriarcha Acquilegensis, Otto Frisingensis episcopus, Manegoldus Pattauiensis episcopus, Cvnradus Brixinensis episcopus, Engelhardus Zixensis episcopus, Fridericus Tridentinus episcopus, Meinhardus Curiensis episcopus, Sifridus Augustensis electus, Ludewicus dux Bawarie, Otto dux Meranie, Gebehardus burggravius de Maideburc, comes Burkardus de Mannesfeld, comes Albertus de Eberstein, Heinricus marscalkus de Kallendin, Gunzelinus dapifer de Wolferbuttel, pincerna de Schipphe, Adam decanus Cameracensis, Gerardus archidiaconus, Robertus camerarius, Heinricus canonicus Cameracensis, Baldewinus capellanus, Iacobus Rothnan(…) et alii quam plures.

Acta sunt autem hec anno dominice incarnacionis MºCCºVIIIº, regnante domino[d] Ottone glorioso Romanorum rege anno regni eius XIº.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi[d]. # (M.)[e]

Ego Cvnradus Spirensis episcopus et regalis aule cancellarius vice domini Sifridi Maguntine sedis archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii recognovi.

Dat. apud Augustam III idus ianuarii, indictione XII.

(B.D.)[f]

---

[d–d] domino – invictissimi *durch (vermutlich Feuchtigkeits-)Flecken teilweise mehr oder weniger beschädigt*
[e] *wohl aus Platzgründen nicht rechts von der Signumzeile, sondern über zwei Zeilen reichend am linken Rand zu Beginn der nächsten Zeile*
[f] *Goldbulle laut Abschrift, heute verloren.*

*[1–1] Seneca, De beneficiis VII 28, 2.*

## BFW 253.

*Otto bekundet, mit Zustimmung und auf Rat der am Hoftag zu Augsburg anwesenden Fürsten die Bürger von Cambrai mit dem königlichen Bann belegt zu haben, nachdem Bischof Johannes von Cambrai den Beweis erbringen konnte, dass sie seit Jahr und Tag exkommuniziert seien, ohne Abbitte geleistet zu haben.*

*Augsburg, 1209 Januar 12*

*Abschrift des 13. Jh. in der Médiathèque municipale zu Cambrai, ms. 1152 (1029) fol. 102v–103r (B). – Abschrift von 1300 VIII 8 in den Archives départementales du Nord zu Lille, 4 G 1 Nr. 2 (C). – Abschrift des 15. Jh. ebenda, 4 G 844, fol. 3r Nr. 4 (D). – Abschrift des 18. Jh. von Henri-Denis Mutte ebenda, 3 G 548, fol. 103r–103v (E). – Abschrift Wilhelm Arndts von 1867 XI 5 im Archiv der MGH, A 168 (F).*

*(Mutte), Mémoire pour l'archevêque de Cambrai, pièces justificatives S. 27 Nr. 17 aus E = Böhmer, Acta S. 207 Nr. 231.*

*Eichhorn, Episcopatus Curiensis S. 44 (Erwähnung zu Januar 13). – Wauters, Table chronologique 3, S. 305. – Demay, Inventaire des sceaux 1, S. 4 Nr. 20. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 44 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 3, S. 580 Nr. 314. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 144. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1396. – Kos, Gradivo 5, Nr. 140. – Perret, UB St. Gallen 1, Nr. 238. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 39 (mit Wiedergabe einzelner Textstellen und Anführung der Zeugen). – Clavadetscher, Bündner UB 2 (neu), Nr. 521a. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 160. – BFW 253.*

Otto[a] dei gratia Romanorum rex et semper augustus[a] universis fidelibus imperii presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Notum fieri volumus tam presentibus quam futuris, quod cum dilectus et fidelis princeps noster Iohannes Cameracensis episcopus post multas querimonias[b] de civibus suis Cameracensibus regie magestati[c] propositas in curia aput[d] Augustam sollemniter[e] celebrata secundum ius curie probasset in auditorio nostro, quod idem[f] cives sui per annum et diem in excommunicatione sine satisfactione perstitissent, nos de consensu et consilio principum nostrorum, qui presentes affuerunt, per sententiam dictos cives banno regali subiecimus et denunciavimus esse[g] proscriptos. Quod ne per diuturnam temporis successionem a memoria posterorum elabatur[h], presentem paginam appensione sigilli nostri et testium subscriptorum adnotatione[i] fecimus communiri. Testes autem sunt hii: Wulgerus[j] patriarcha Aquilegensis[k], Otto Frigiensis, Conradus[l] Brixinensis[m], Engilhardus[n] Zizensis[o], Rainerus[p] Curiensis, Geuardus Tergestinus, Fridericus Tridentinus episcopi,

---

[a–a] Otto – augustus *in fetter Textura hervorgehoben D, in etwas größerer Schrift E*
[b] queremonias *C*
[c] maiestati *BCDE*
[d] apud *BCD*
[e] sollempniter *BC,* solemniter *D*
[f] iidem *BCE*
[g] fehlt *E*
[h] labatur *E*
[i] annotatione *BC*
[j] Walgerus *C*
[k] Aquileg. *B,* Aquelegensis *D,* Aquilegiensis *E*
[l] Conrardus *C,* Cunradus *E,* Counradus *F*
[m] Bricein *mit Kürzungsstrich über* ein *C,* Bricon. *B*
[n] Engilardus *BC*
[o] *am Rand abgerieben C, wohl* Circen *mit Kürzungsstrich*
[p] Renerus *B*

Ludewicus[q] dux Bawarie[r], Geuardus burcravius de Madenburc[s], comes Burcardus[t] de Mansuelt[u], Heinricus[v] de Calentin marescalcus[w], Gonselinus dapifer, Galterus[x] pincerna, Hainricus[y] camerarius.

Datum[z] Auguste[aa] per manum Conradi[bb] Spirensis episcopi regalis aule cancellarii anno dominice incarnationis M°CC°octavo, pridie[cc] idus ianuarii[dd].

---

[q] Lud. *B,* Leod *mit Kürzung an* d *C*
[r] Bauarie *BC,* Bauuarie *D*
[s] Medenburch *B,* Medenbruch *C,* Madinburc *D*
[t] Bucardus *BC*
[u] Manswelth *BC,* Mansvelt *F*
[v] Henricus *BC,* Lainricus *D,* Hainricus *E*
[w] marescallus *E*
[x] Galterius *E*
[y] Henricus *B und wohl C,* Lainricus *D*
[z] Dat. *B*
[aa] *laut F danach Rasur von wohl drei Buchstaben*
[bb] Conrardi *BC*
[cc] II *B*
[dd] *königliches Wachssiegel Ottos (SP.1.) an roten Seidenfäden laut B bzw. F.*

## BFW 254.

*Otto beurkundet mehrere von Bischof Friedrich von T r i e n t auf einem Hoftag zu Augsburg impetrierte Hofgerichtsurteile, wonach Kinder aus der Ehe zwischen einem kirchlichen Ministerialen und einer Freien der Ministerialität der Kirche angehören sollen, ein kirchlicher Ministeriale ohne Erlaubnis seines Herrn Erb- und Lehensgüter nicht entfremden oder veräußern, und niemand ohne Zustimmung des Königs einen Zoll errichten darf, und bestätigt nach Befragung von sieben Zeugen die vom Bischof über mehrere genannte Personen verhängte Acht.*

*Augsburg, 1209 Januar 13*

*Original, 352 + 22 (–26) x 176 (–183) mm, im Archivio di Stato zu Trient, Archivio del Principato Vescovile del Trento, Sezione Latina, capsa 1, Nr. 7 (A). – Notarielle Abschrift von 1209 XI 28 des Notars Ercetus (B), heute wohl verloren, davon Abschrift von ca. 1215 im Codex Wangianus minor im Archivio di Stato zu Trient, Serie Codici Nr. 41, fol. 19v Nr. 40 (B′).*

*Lünig, Reichs-Archiv 17, S. 916 Nr. 6. – Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 789 Nr. 295 = MGH Leges 2, S. 215. – (Bonelli), Notizie istorico-critiche 2, S. 515 Nr. 63 aus B′ mit Korrekturen aus A und Varianten der Abschrift im Codex Clesianus = Gründliche Ausführung S. 34 Nr. 6. – Hormayr, Werke 2, S. 58 Nr. 18 wohl aus A. – Kink, Cod. Wangianus S. 176 Nr. 77 aus B′. – MGH Const. 2, S. 35 Nr. 30 aus AB′ = Altmann – Bernheim, Ausgewählte Urk. ed. III. S. 315 Nr. 153* = ed. IV. S. 317 Nr. 153* = ed. V. S. 317 Nr. 153*, = Zeumer, Quellensammlung S. 34 Nr. 28, = Weinrich, Quellen S. 350 Nr. 86 mit deutscher Übersetzung. – Curzel – Varanini, Documentazione dei vescovi di Trento S. 364 Nr. 136 aus A. – Curzel – Varanini, Cod. Wangianus 2, S. 628 Nr. 47 aus B′ mit Varianten weiterer Überlieferungen und Drucke.*

*Curzel, Il codice Vanga S. 111 Nr. 9 (Abb.).*

*Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 818 Nr. 1. – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 150 Nr. 1. – Franklin, Sententiae curiae regiae Nr. 176, Nr. 255 und Nr. 337 (mit Textauszügen). – Dominez, Reg. cronologico di Trento Nr. 75. – Quellenwerk zur Entstehung der Schweizerischen Eidgenossenschaft 1/1, Nr. 226 (mit Textauszug). – Huter, Tiroler UB 2, S. 63 Nr. 586. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 40 (mit Textauszügen). – Castagnetti, Governo vescovile S. 164 (Erwähnung) . – Curzel, Il codice Vanga S. 110 Nr. 9. – BFW 254.*

# Otto # quartus dei gratia Romanorum[a] rex semper augustus. Ea, que facta sunt coram nobis in iudicio in presentia multorum principum, que ad utilitatem communem presentium et futurorum spectare videntur[b], puplico[c] scripto et autentico sunt committenda, ne et a memoria hominum elabantur et in consimilibus casibus facilius homines possint expediri. Constitutus igitur in presentia nostra[d] in sollempni curia apud Augustam in multorum hominum et aliorum principum presentia dilectus fidelis noster Fridericus Tridentinus episcopus quesivit in sententia, si ministerialis alicuius ecclesie duceret in uxorem aliquam mulierem liberam, si pueri inde suscepti vel esse debeant liberi vel esse debeant iuxta condicionem patris ecclesie ministeriales. Et dictatum est in sententia, quod pueri ex huiusmodi matrimonio nati esse debeant ipsius ecclesie ministeriales, cuius et pater est ministerialis, aliâs enim omnes ministeriales omnium ecclesiarum imperii deperirent. Item quesivit in sentententia[e], si aliquis ministerialis alicuius ecclesie[f] de bonis suis sive patrimonialibus sive feudalibus aliquid possit alienare vel in aliquam aliam

---

[a] *über* R *kleines Loch in der Faltung*
[b] ur *von erster Hand mit dunklerer Tinte, Tintenfleck über* r
[c] *so A*
[d] *über* t *kleines Loch in der Faltung*
[e] *so irrig A bei Zeilenwechsel nach* sen
[f] ecc *von erster Hand mit dunklerer Tinte verb.*

personam transferre sine[g] manu et domini sui[h] licentia et voluntate. Et dictatum est in sententia, quod hoc fieri non possit, quia sic ecclesie ad nimiam paupertatem redigerentur. Item quesivit in sententia, si aliquis sine regia licentia et auctoritate novum possit instituere thelloneum. Et data est super hoc sententia, quod nullo modo hoc fieri possit vel debeat[i], et si factum fuerit, irritum sit et inane. Item quesivit in sententia[j], si ipse episcopus Tridentinus aliquos pro suis facinoribus et excessibus banniret, si nos illud bannum confirmare deberemus. Et datum est in sententia, quod si ipse Tridentinus episcopus VII idoneis testibus probare posset aliquos homines pro excessibus et facinoribus suis bannisse, quod nos hoc bannum deberemus[k] confirmare. Cum igitur ipse Tridentinus episcopus hoc statim VII idoneis testibus probasset, nos bannum[l] suum regia auctoritate confirmamus. Proscribimus igitur et bannimus Adelbrettum et quosdam fratres suos, Arnoldum de Mez et[m] filium suum, Ru%odegerum de Iuvo[n], Heinricum Crassi, Heinricum de Porta, Andream et Berhtoldum de Burgo Novo, Heinricum de Pozano, Witoldum et Bonauenturam et filios Muscardi et omnes eorum complices. Mandamus igitur et precipimus sub districtu gratie nostre, ut nemo istos bannitos et proscriptos aliquo modo recipere audeat vel aliquod consilium vel auxilium eis impertiri. Quod qui facere presumpserit, in eadem se sciat esse pena et dampnatione.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°C°C°VIII°, regnante[o] domino Ottone quarto, glorioso Romanorum rege augusto. Datum apud Augustam idus ianuarii[p], indictione XII.

(SP.1.)[q]

---

[g] n *durch Fleck beschädigt*
[h] *langes Schluss*-i *von erster Hand aus* a *verb.*
[i] *über* t *kleiner Riss in der Faltung*
[j] tia *mit dunklerer Tinte verb., Tintenfleck über* ti
[k] er-*Kürzung an* b *durch Fleck beschädigt*
[l] *über* u *mit Kürzungsstrich kleines Loch in der Faltung*
[m] *durch Tintenfleck beschädigt*
[n] *folgt* V%olricum de Pizeno *(verb. aus* Bireno*) B´*
[o] *unter* g *kleines Loch in der Faltung*
[p] *unter erstem* a *kleines Loch in der Faltung*
[q] *an roten Seidenschnüren.*

## BFW 255.

*Otto beurkundet, dass er, als ihm Bischof Reinher von Chur die nach dem Tod Philipps (von Schwaben) freigewordene Vogtei übertrug, der Kirche von Chur alle angeführten von Philipp gewährten Rechte zugesichert und das der Churer Kirche von seinen Vorgängern Kaiser Friedrich (I.) und Kaiser Heinrich (VI.) gewährte Privileg erneuert habe.*

*Augsburg, 1209 Januar 13*

*Original, 109 + 9 (–17) x 279 (–290) mm, im Bischöflichen Archiv zu Chur, BAC, 012.0050 (A). – Abschrift von 1378 im Liber de feodis ebenda, BAC, 022.02, fol. 38r (C). – Abschrift von ca. 1455/62 im Cartular A ebenda, BAC, 021.01, fol. 123v (D).*

*Mohr, Cod. dipl. Cur-Rätien 1, S. 243 Nr. 173 aus A. – Mont – Plattner, Hochstift Chur Beilagen S. 8 Nr. 5. – Mohr, Cod. dipl. Cur-Rätien 4, S. 241 Nr. 189 in deutscher Übersetzung aus Abschrift einer notariellen Abschrift von 1394 XII 23. – Meyer-Marthaler – Perret, Bündner UB 2, S. 34 Nr. 523 aus A. – Clavadetscher, Bündner UB 2 (neu), S. 37 Nr. 522 aus A.*

*Guler von Wyneck, Raetia fol. 137r (Erwähnung). – Sprecher, Pallas Rhaetica S. 79 (Erwähnung). – Eichhorn, Episcopatus Curiensis S. 86 (Erwähnung, irrig zu Juni 24). – Kaiser – Büchel, Geschichte Liechtenstein ed. II. S. 127 f. (Erwähnung). – Perret, Liechtensteinisches UB 1/1, S. 76 Nr. 19 (mit Textauszug). – Perret, UB St. Gallen 1, Nr. 239. – Schnyder, Handel und Verkehr S. 126 Nr. 42a. – BFW 255.*

*Durch mehrere Flecken und Löcher verursachte Fehlstellen sind durch eckige Klammern gekennzeichnet und wurden nach den beiden ältesten bekannten Überlieferungen im Liber de feodis (C) und im Cartular A des Bistums Chur (D) ergänzt. Die geringfügigen Textparallelen zu einer Urkunde Friedrich Barbarossas (DF. I. 566 vom 15. Mai 1170) sind durch Unterstreichung kenntlich gemacht.*

# Ne g#esta # hominum # cum tempore simul evanescant, necesse[a] est ea scripti memoria[b] eternare. Noverit igitur tam presens etas quam eciam futura posteritas, qualiter ego Otto dei gratia Romanorum rex et semper augustus cum reciperem a venerabili Reinherio Curiensi episcopo post decessum domini Philippi vacantem Curiensem advocatiam, ipse episcopus pro utilitate Curiensis ecclesie quedam, que subscripta sunt et a domino[c] Philippo sive iuste sive aliter optenta fuerunt, excepit videlicet, quod omnes[d] officiarii curie et ad cameram necnon ad mensam eius pertinentes vel servientes[e] liberi[e] sint decetero et exempti ab omni precaria exactione, quam prius indebite solvebant. Excepit eciam familiam hospitalis Montis[f] Septimi ab eadem exactione. Item adiecit, ut reliqua familia Curiensis ecclesie novis et indebitis precariis nullatenus graventur, item ut claustra sancti Lucii et in Churwaldo cum omni familia sua consueta et debita gaudeant libertate, nec eciam aliquando precariis fatigentur. Ad hec eciam clericos suos et ministeriales a violenta hospitatione exemit et curtim canonicorum Curiensium de Ssiers[g] ab[g] omnibus precariis solvendis imperpetuum absolvit. Capellam quoque de Malans et eius institutionem sibi et successoribus[h] suis reservavit. Que omnia, ut suprascripta[i] sunt, de regali mansuetudine et pura voluntate

---

[a] *zweites* e *verb.*
[b] mem *durch Fleck etwas beschädigt*
[c] *gekürzt (*dno*), untere Buchstabenteile von* dn *durch Fleck etwas beschädigt*
[d] o *durch Fleck beschädigt*
[e–e] es lib *durch Fleck etwas beschädigt*
[f] s *verb.*
[g–g] *so A,* rs ab *durch Fleck leicht beschädigt*
[h] ri *durch Fleck beschädigt*
[i] *überschriebenes* a *über erstem* p *durch Fleck stark verblasst*

memorato [episcopo] et suis successoribus promisimus et volumus decetero inviolabilter observari. Demum eciam spopondimus renovare privilegium, quod antecessores nostri piiss[imi] imperatores Romani Fridericus et filius eius Heinricus Curiensi ecclesie pro obtinenda[j] eadem advocacia et aliis feodis contulerunt, videlicet quod predicta advocacia [nec pro] toto * nec pro parte occasione aliqua debet in aliquam personam feodaliter vel alienacionis nomine transferri. In quo eciam privilegio continetur, quod Curienses episcopi prorsus sunt exempti a[b] omni expedicione et visitacione curie, nisi de propria voluntate illam accedant. In signum vero huius exemptionis et nostre promissionis iussimus hoc scriptum sigillo nostro roborari. Dat. Auguste[k] in sollempni curia id(ibus) ianuarii, anno incarnationis dominice M$^{o}$CCVIIII, indictione XII$^{ma}$; feliciter amen; per[l] manum Walteri regalis aule protonotarii[l].

(SP.1.)[m]

---

[j] *erstes* n *wohl aus Bogen für* e *verb.*
[k] te *durch Fleck beschädigt*
[l–l] per – protonotarii *unter der Plica, von erster Hand mit hellerer bzw. stärker verblasster Tinte*
[m] *Siegelfragment an roten und grünen Seidenfäden.*

## BFW 256.

*Otto nimmt das Kloster St. Peter zu Salzburg mit allen Personen und Gütern in seinen Schutz und befiehlt, ihm keinen Schaden zuzufügen.*

*Augsburg, (1209) Januar 13*

*Original, 117 + 20 x 154 mm, im Stiftsarchiv der Erzabtei St. Peter zu Salzburg, Urk. Nr. 43 (A).*

*(Seeauer), Novissimum chronicon S. 253 aus A. – Sickel, Monumenta graphica Texte S. 91 aus A. – Hauthaler – Martin, Salzburger UB 3, S. 121 Nr. 623 aus A.*

*Sickel, Monumenta graphica Fasz. 6 Tab. 1.*

*(Berhandsky), Auszug S. 180 f. (Erwähnung). – BFW 256.*

Otto[a] quartus dei gratia Romanorum rex semper augustus universis presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Hiis, que ad pacem et tranquillitatem sancte dei ecclesie pertinere cognoscuntur[b], pio et studioso effectu intendere cupientes per hoc presens scriptum ad noticiam omnium vestrum ac singulorum volumus pervenire, quod nos ecclesiam sancti Petri in Salzpurch cum omnibus personis deo ibi famulantibus necnon aliis omnibus personis eidem ecclesie quocumque iure adtinentibus et cum universis bonis suis mobilibus et immomilibus[c] sub nostram regiam suscepimus protectionem. Mandamus igitur et sub districtu gratie nostre firmissime precipimus, ut nemo sit, qui aliquo ausu temeritatis ipsam ecclesiam sancti Petri vel in personis, sicut supramemoratum est, vel in rebus gravare vel molestare presumat aut aliquod ei dampnum vel iacturam irrogare. Quod qui facere contumaciter adtemptaverit, sub persone et rerum periculo[d] iram et indignationem nostre regie maiestatis se sciat incurrisse.

Datum apud Augustam idus ianuarii, indictione XII.

(SP.1.)[e]

---

[a] *davor und danach jeweils ein Punkt auf mittlerer Höhe der Zeile zur Hervorhebung des Herrschernamens*
[b] *überflüssiger Kürzungsstrich über* co
[c] *so A*
[d] *Binnenraum des* o *durch zerflossene Tinte ausgefüllt*
[e] *an roten Seidenfäden, beschädigt.*

## BFW 257.

*Otto nimmt die Kirche von A q u i l e i a auf Bitten des Patriarchen Wolfger und ihres Kapitels in seinen Schutz und bestätigt ihr die genannten Besitzungen und Rechte.*

*Augsburg, 1209 Januar 13*

*Zwei notarielle Abschriften von 1457 aus einem heute verlorenen Transsumpt (C) im Archivio diocesano zu Udine, Archivio capitolare, Ms. 42, fol. 7v–9r (C′) und ebenda, Ms. 43, fol. 7v–9r (C′′). – Abschrift aus der Mitte des 15. Jh. im Archivio di Stato zu Udine, Patriarcato d'Aquileja, busta 2, fasc. 5, fol. 1r–1v (D). – Notarielle Abschrift von 1493 VI 2 im Archivio di Stato zu Venedig, Consultori in iure 366/6, fol. 17r–18r (E). – Abschrift aus der Mitte des 16. Jh. in der Biblioteca Nazionale Marciana zu Venedig, Lat. IV c. 108 [= 2633], fol. 73r–75r (F). – Abschrift aus der ersten Hälfte des 18. Jh. in der Biblioteca civica Guarneriana zu San Daniele del Friuli, Cod. 259, p. 331–335 (G).*

*de Rubeis, Mon. ecclesiae Aquilejensis Sp. 663 Auszug mit Verweis auf Gleichheit mit DF. I. 685. – Buttazzoni in: L'archeografo triestino n. s. 2, S. 193 aus Abschrift im Museo provinciale zu Görz = Buttazzoni, Del patriarca Volchero S. 41.*

*Ughelli, Italia sacra 5, Sp. 72 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe) = ed. II. 5, Sp. 78. – Palladio, Historie del Friuli 1, S. 201 (Erwähnung). – Coronini de Cronberg, Tentamen genealogico-chronologicum S. 302 = ed. II. S. 193. – Resch, Annales ecclesiae Curienses § 136 (mit unvollständiger Wiedergabe der Zeugenreihe). – Liruti, Notizie 4, S. 194 (mit ~~mit~~ Textauszug). – Stälin, Wirtembergische Geschichte 2, S. 442. – Böhmer, Wittelsbachische Reg. S. 5. – Muffat, Beiträge S. 66. – della Bona, Strenna cronologica S. 60 (mit kurzem Textauszug und Anführung mehrerer Zeugennamen). – Manzano, Annali del Friuli 2, S. 221. – Bianchi in: Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen 21, S. 179 Nr. 21 (mit Textauszug) = Dimitz in: Mittheilungen des historischen Vereins für Krain 14, S. 97. – Ladurner in: Zs. d. Ferdinandeums III/14, S. 19. – Lefflad, Reg. der Bischöfe von Eichstätt 1, Nr. 355. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 45 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Bianchi, Indice Nr. 18. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 144. – Documenta ad Forumjulii spectantia, in: Atti e memorie della Società Istriana di archeologia e storia patria 8, S. 25 (mit Anführung der Zeugen). – Leicht, I diplomi imperiali S. 51 Nr. 67. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 182. – Kos, Gradivo 5, Nr. 142. – Heidingsfelder, Reg. Eichstätt Nr. 541 (mit Anführung mehrerer Zeugennamen). – Huter, Tiroler UB 2, Nr. 585 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Wiesflecker, Reg. der Grafen von Görz 1, Nr. 344 (mit Anführung der Zeugen). – Perret, UB St. Gallen 1, Nr. 240. – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1235. – Clavadetscher, Bündner UB 2 (neu) Nr. 523. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 161. – BFW 257.*

*Es handelt sich um eine wortwörtliche Wiederholung des DF. I. 685 vom 20. Juli 1177.*

(C.)[a] In[b] nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus[b] divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Ad eterne beatitudinis meritum et prosperum temporalis imperii gubernaculum ad regem regum credimus nobis proficere, si iustas spiritualium personarum petitiones circa ecclesiarum opportunitates clementer attendamus ipsarum iura confirmando nostreque[c] clipeo protectionis eas ab iniuriarum occursibus defensando. Noverit[d] igitur[e] Christi et imperii nostri fidelium presens[f] etas et futura, qualiter nos intuitu divine retributionis et simul ob petitiones dilecti ac[g] fidelis nostri principis[h] Wolfgeri[i] venerabilis Aquilegensis[j] ecclesie patriarche totiusque capituli sui eandem ecclesiam sancte

[a] *fehlt DEFG*
[b–b] In – qu *durch Majuskelschrift hervorgehoben C′*
[c] nostrique *F*
[d] noverint *D*
[e] sibi *D*
[f] *fehlt E*
[g] et *C′′F*
[h] *folgt* nostri *C′C′′DEF*
[i] *so G,* Volfergi *C′,* Volfredi *C′′,* Wolfgangi *D,* Wolfergi *E,* Vuolfergi *F*
[j] Aquilegiensis *C′D wie auch in der Folge stets* Aquilegiensi*(s),* Aquileiensis *C′′F wie auch in der Folge stets* Aquileiensi*(s)*

Marie sedis patriarchalis cum personis et possessionibus cunctisque bonis ac pertinentiis eius in nostre tuitionis patrocinium suscipimus eamque per omnia salvam et quietam consistere volumus. Universas ergo[k] possessiones et quelibet bona, que eadem ecclesia largitione regum vel imperatorum, concessione pontificum, oblatione fidelium vel alio quovis iuste acquisitionis titulo possedit aut in futurum rationabiliter adipsici poterit, regali nostra auctoritate ipsi ecclesie confirmamus et ut preposito fratribusque, qui nunc in eadem sunt ecclesia, eorumque successoribus firma semper et illibata permaneant, perpetua sanctione statuimus, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: villam de[l] Melereto cum omnibus finibus[m] et pertinentiis eius[n] scilicet[o] cum villa Sclauorum, que similiter[p] Meleretum dicitur, et Palmata et Roncha[q] et Ronchetas cum agris[r], vineis, pratis, pascuis[s], cultis et incultis, silvis et venationibus usque ad silvam sancti Laurentii et usque ad villam, que dicitur Cleulan, et usque ad villam, que dicitur Antonianum[t], et usque Feletas[u] et usque Bicinis et usque ad villam Sancti Stephani[v] et usque Tissan[w] et usque ad villam, que dicitur Presseriano[x], villam quoque de Castellone[y] et de Mursiano cum finibus et pertinentiis suis a villa Sancti Andree usque ad villam, que dicitur Gonarium[z], et usque ad silvam cum omnibus redditibus suis, cum vineis, agris, pratis, pascuis, cultis et incultis, paludibus et silvis, cum venationibus, cum aquis aquarumve decursibus, cum molendinis et piscationibus, villam etiam de Mariano et villam de Carlinis[aa] et villam Sancti Georgii et villam de[bb] Muciana[cc] cum omnibus redditibus suis una cum omnibus finibus et pertinentiis suis, cum campis, vineis, * pratis, cultis et incultis, cum aquis aquarumve decursibus ac molendinis et insulis a mari et a flumine, quod dicitur Cornium, usque ad aquam, que dicitur[dd] Aruuncus[ee], cum paludibus et piscationibus, cum silvis et venationibus; ecclesias baptismales Aquilegensis patriarchatus in omni iure et pacis quiete, sicut eas eadem ecclesia hactenus possedit et tenuit,

---

[k] quoque *G*
[l] et *D*
[m] *mittels Verweiszeichen am Rand nachgetragen C′*
[n] eius *aus* suis *verb. C′,* suis *C′′*
[o] simul *C′C′′DEF*
[p] *fehlt F*
[q] Ronca *G*
[r] aquis *D*
[s] pasculis *G*
[t] Anthonianum *D*
[u] Felettas *EG*
[v] Stefani *C′EF,* Steffani *D*
[w] Tisan *C′C′′E*
[x] Preseriano *C′C′′DEF*
[y] *wohl* Castellione *F*
[z] *wohl* Sonarium *D*
[aa] Carlins *F*
[bb] dictam *D*
[cc] Mutiana *G*
[dd] *fehlt D*
[ee] Armincus *D,* Aruuncus *mit überflüssigem Mittelschaft zwischen* uu *und* n *F*

cum capellis[ff] sibi pertinentibus, in foro Aquilegensi triginta[gg] stationes[hh], in portu Piri[ii] viginti[jj], quinquaginta mansos in Osellan[kk] cum ecclesiis et decimis, villam de Farra[ll] cum adiacentibus villis, videlicet villa de Petolan[mm] et Dransan et Sebredan[nn] et Villanoua[oo], Gradisca[pp] et Breuma[qq] cum omnibus pertinentiis suis a monte[rr], qui dicitur Garst, usque ad stratam[ss] Vngarorum[tt] et usque ad villam, que dicitur Hago[uu], cum ecclesiis et omnibus pertinentiis suis, pratis, silvis, vineis, pascuis, cultis et incultis, venationibus et piscationibus et omni[vv] iurisdictione, sicut predecessor noster dive[ww] memorie Otto imperator Aquilegensi ecclesie et canonicis tradidit; et in Carnea[xx] villam de Periules[yy] et villam de Nogarias et villam de Felas[zz] in monte Sancti Petri et montem de Tencha[aaa]et quatuor mansos apud villam de Aualle et villam de Batalia[bbb] et tres mansos apud Ignan et novem mansos[aaa] apud Pinzan et quindecim mansos apud Gruan et quendam montem apud[ccc] Venzon. Preterea sicut Purchardus[ddd] Aquilegensis ecclesie advocatus et postea Henricus[eee] placitum advocatie in manu patriarche Vlrici[fff] pro se et suis successoribus refutarunt[ggg] super omnibus bonis Aquilegensi ecclesie pertinentibus cum omnibus districtis, usibus et pertinentiis, ita et nos placitum, districtum et cetera huiusmodi iura eidem ecclesie regalis auctoritatis statuto confirmamus et stabilimus. Decernimus[hhh] ergo et nostre maiestatis[iii] edicto statuentes precipimus, quatenus nulla de cetero persona alta vel[jjj] humilis, ecclesiastica vel secularis, supradictam ecclesiam audeat[kkk] * perturbare[lll] aut eius possessiones auferre vel iniuste detinere et iuri aut honori ipsius

---

[ff] capitulo *F*
[gg] XXX[ta] *C´´,* XXX *DG*
[hh] *folgt* et *C´´*
[ii] Pirrhi *C´´*
[jj] XX[ti] *C´´*
[kk] Oselan *C´F,* Osselan *C´´*
[ll] Farta *D*
[mm] *mit Kürzungsstrich über* an *D,* Petolano *G*
[nn] Sabredam *F,* Sebreda *G*
[oo] Uillanoua *C´´F*
[pp] Gradischa *F*
[qq] *mit Kürzungsstrich über* a *D*
[rr] morte *D*
[ss] *so EF und VU, in E unterpunktiert, darüber wohl von anderer Hand* montem, montem *C´C´´DG*
[tt] Ungarorum *F*
[uu] Ago *EF*
[vv] *davor* cum *unterpunktiert E*
[ww] divinę *F*
[xx] Carnia *DG*
[yy] Perules *E,* Priules *F,* Peruiles *G*
[zz] Fellas *C´F,* Velas *D*
[aaa–aaa] Tencasos *C´C´´DG,* et – man *versehentlich ausgelassen, in E* et – man *unterpunktiert*
[bbb] Batalea *F*
[ccc] *fehlt D*
[ddd] Burchardus *C´C´´,* Burcardus *D,* Burkardus *G*
[eee] Hainricus *D,* Heinricus *G*
[fff] Vulrici *E,* Vuolrici *F*
[ggg] refutavit *E*
[hhh] decernentes *F*
[iii] magestatis *G*
[jjj] aut *D*
[kkk] *verderbt D, wohl* adeatis
[lll] perturbatis *D*

in[mmm] aliquo[mmm] detrahere vel ipsam in ullis[nnn] eius pertinentiis violenter vexare seu damnificare, sed omnia ei spectantia illibata, integra[ooo] et illesa conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus profutura, salva in omnibus imperiali iustitia et Aquilegensis patriarche canonico iure. Si quis autem huic nostre tuitioni, confirmationi, institutioni[ppp] et precepto ausu temerario aliquatenus contraire presumpserit[qqq], pena centum librarum auri purissimi sit condemnatus, quarum media pars fisco[rrr] *, residua pars preposito et canonicis * ecclesie persolvatur. Ut vero hec supradicta[sss] predicte ecclesie rata et inconcussa permaneant et ne oblivione[ttt] pereant, presentem privilegii huius paginam fecimus inde conscribi et nostre maiestatis[uuu] sigillo roborari. Huius rei testes sunt: Oddo Frisingensis episcopus, Manegoldus Patauiensis[vvv] episcopus, Hartwicus[www] Eistedensis[xxx] episcopus, Cunradus[yyy] Ratisponensis episcopus, Cunradus[zzz] Brixiensis[aaaa] episcopus[yyy], Reinhardus[bbbb] Curiensis episcopus, Fridericus[cccc] Tridentinus[dddd] episcopus, Iohannes[eeee] Cameracensis episcopus, Sifridus Augustensis electus, Ludewicus[ffff] dux Bawarie[gggg], Meinhardus[hhhh] comes Goricie[iiii], comes[jjjj] palatinus de Tuingen[kkkk], comes Albertus de Tirol(is)[llll], comes Vlricus[mmmm] de Eppan[nnnn], comes[oooo] Egeno de Vltimo[pppp], comes[qqqq]

---

[mmm–mmm] maligne *G*
[nnn] *so VU,* villis *F,* iustis *C´C´´DEG*
[ooo] intera *C´´*
[ppp] *fehlt G*
[qqq] presumpserint *D*
[rrr] fischo *C´´, folgt* nostro *D,* phisco *E*
[sss] *so F und VU,* suprascripta *C´C´´DEG*
[ttt] oblivioni *F*
[uuu] magestatis *G*
[vvv] Pattauiensis *G*
[www] Artuicus *C´C´´EF,* Hartinicus *D*
[xxx] Eystedensis *C´C´´EF,* Eistetensis *D*
[yyy–yyy] Conradus *EF,* Cunradus – Brixiensis episcopus *fehlt C´´*
[zzz] Conradus *DF*
[aaaa] Brixinensis *D*
[bbbb] Reinardus *C´DEF,* Reynardus *C´´*
[cccc] Fredericus *D*
[dddd] Tridentinensis *D*
[eeee] Ioannes *C´´E,* Ios *gekürzt F*
[ffff] Ludeuicus *C´C´´E,* Lodouicus *F*
[gggg] Bauarie *C´C´´DF,* Bauerie *E, erstes* e *über der Zeile in* a *korrigiert*
[hhhh] Meinardus *C´´DE,* Mainardus *F*
[iiii] Goritię *F*
[jjjj] Conr *mit Kürzungsstrich D*
[kkkk] Ving *mit Kürzungszeichen am Wortende C´C´´EF, wohl* Tunig *D*
[llll] Tirol *mit Kürzungsstrich durch* l *C´E,* Tyrolis *C´´,* Trees *D,* Tirolis *F,* Tyrol *G*
[mmmm] Vulricus *F*
[nnnn] Epan *D*
[oooo] Conr *mit Kürzungsstrich D*
[pppp] Ultimo *C´´, wohl* Wlno *mit Kürzungsstrich über* no *D*
[qqqq] Conr *mit Kürzungsstrich D*

Albertus de Eberstein[rrrr], Henricus[ssss] marscalcus[tttt] de Kalendin[uuuu], Gunzelinus[vvvv] dapifer, Waltherus[wwww] pincerna et alii quam plures.

Signum[xxxx] domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi[xxxx]. (M.)[yyyy]

Ego Cunradus[zzzz] Spirensis episcopus et regalis aule cancellarius vice domini Sifridi Maguntine sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii[aaaaa] recognovi[bbbbb].

Acta[ccccc] sunt hec anno dominice incarnationis M$^{o}$CC$^{o}$VIII$^{o}$ [ddddd], regnante domino Ottone quarto Romanorum[eeeee] rege glorioso, anno regni eius undecimo[fffff]; dat.[ggggg] apud Augustam idus[hhhhh] ianuarii, indictione XII$^{a}$ [iiiii].

---

[rrrr] Ebersten *C´C´´,* Erbesten *E,* Herbersten *F*
[ssss] Hainricus *D,* Heinricus *G*
[tttt] marschalcus *C´´,* marscalkus *G*
[uuuu] *so D, mit Kürzungsstrich über* in, Kalendm *mit* o *über* m *C´,* Klendm *mit* o *über* m *C´´,* Kalendim *mit* o *über* m *E, wohl* Kalendan *mit Kürzung an zweitem* n *F,* Kallendion *G*
[vvvv] Gunxelinus *C´C´´,* Gunselinus *D,* Gunxelmus *E,* Guielmus *F*
[wwww] Walterus *C´E,* Valterus *C´´,* Baltherus *D,* Vualterus *F*
[xxxx–xxxx] Signum – invictissimi *durch Majuskelschrift hervorgehoben C´E*
[yyyy] *fehlt DG*
[zzzz] Conradus *DF*
[aaaaa] archicancelarii *C´*
[bbbbb] rogavi *F*
[ccccc] hacta *F*
[ddddd] M$^{o}$CCVIII$^{o}$ *E,* 1208 *F,* MCCVIII *G*
[eeeee] Romano *D*
[fffff] XI *DG,* XI$^{o}$ *F*
[ggggg] datum *C´EFG*
[hhhhh] idibus *G*
[iiiii] XII *FG.*

MGH Digitale Vorab-Edition
Satzlauf: 2025-03-19T12:00

## BFW 258a.

*Otto beurkundet, dass er dem Patriarchen Wolfger und der Kirche von Aquileia Mark und Herzogtum Krain und Istrien übertragen habe, nachdem auf die Klage des Patriarchen das Hofgericht dessen rechtmäßige Ansprüche anerkannt und Herzog Ludwig von Bayern die Mark in Ottos Hände resigniert hatte.*

*Augsburg, 1209 Januar 13*

*Notarielle Abschrift von 1303 IV 25 (B), heute verloren, davon notarielle Abschrift aus der ersten Hälfte des 14. Jh. im Archivio di Stato zu Venedig, Miscellanea atti diplomatici e privati b. 10, Nr. 333 (B′).*

*Banić in: Historijski zbornik 75, Appendix 1 aus B′.*

*Palladio, Historie del Friuli 1, S. 202 (Erwähnung). – de Rubeis, Mon. ecclesiae Aquilejensis Sp. 664 (Erwähnung). – Frölich, Specimen archontologiae Carinthiae 2, S. 68 und S. 104 (Erwähnungen). – Liruti, Notizie 1, S. 78. – Liruti, Notizie 4, S. 196. – (Bianchi), Thesaurus ecclesiae Aquilejensis S. 235 Nr. 596 und Nr. 1161. – della Bona, Strenna cronologica S. 60. – Manzano, Annali del Friuli 2, S. 220 und S. 224. – Oefele, Geschichte der Grafen von Andechs Nr. 627 und S. 98 Anmerkung 2 (mit Textauszug). – Leicht, I diplomi imperiali S. 50 Nr. 65. – Heidingsfelder, Reg. Eichstätt Nr. 542. – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1234. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 150 und 162. – Vgl. BFW 258a.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clemencia Romanorum rex et semper augustus. Regalis excellencie titulos digne extollimus decenterque exornamus, cum nos ea, que in dampnum ecclesiarum redundare videntur, inhibemus et ab omni in evum ambiguitatis nota regie equitatis norma elidimus. Ad noticiam itaque omnium presentis etatis et in omni successure[a] posteritatis hominum transmitti volumus, quod, cum ob enormes excessus Henrici quondam marchionis Ystrie, quos ipse nomine criminis lese maiestatis in decessore nostro[b] domino Phylippo commisit, marchia Carniole et Ystrie cum comitatu et universis pertinenciis suis et tam feudum quam allodium et omnis honor suus in generali curia nostra Frankenfuort per sententiam principum sibi fuerunt abiudicata et ad dominium imperii marchia Ystrie libere et absolute sit addita, nos eandem marchiam nobis et imperio vacantem tunc dilecto fideli nostro Ludowico duci Bawarie iure feudali concessimus. Procedente vero tempore dilectus princeps noster Wolfkerus patriarcha Aquilegensis ad curiam nostram apud Augustam accedens in presencia principum questionem de predicta marchia nobis movit et, quod ex antiqua donatione Henrici regis augusti tercii ecclesie Aquilegensi pertineret, privilegiis auctenticis ecclesie sue collatis evidentissime in publico curie nostre presentibus principibus nobis demonstravit. Nos itaque manifestam sue assertionis advertentes veritatem, ne occasione nostra tanti honoris pariterque utilitatis beneficio privari videretur Aquilegensi ecclesie, ad instanciam precum nostrarum universorumque principum prefatus dux sepedictam marchiam sine omni conditione in manus nostras resignavit et nos eam ab omni impetitionis nota ab ipso absolutam Aquilegensi ecclesie cum omni honore et universis pertinenciis et omni iure imperiali libere et absolute possidendam in perpetuum donavimus, tradidimus atque concessimus et, sicut rite et racionabiliter in presencia principum nostrorum hanc donationem nostram a nobis factam recognoscimus, sic quoque eam presentis scripti nostri auctentico ipse ecclesie confirmamus statuentes et regio edicto firmiter precipientes, ut nulli unquam persone alte vel humili, ecclesiastice vel seculari licitum sit hanc nostre donationis seu

[a] siccessione *B′*
[b] vro *für* vestro *B′*

confirmationis divalem paginam infringere vel ei aliquo temeritatis ausu obviare. Quod qui facere presumpserit, in sue presumptionis penam mille libr(as) auri examinati componat, quarum medietas fisco nostro, reliqua vero medietas iniuriam passo persolvatur. Ut autem hec donatio seu confirmatio nostra in omne evum inviolabiliter observetur, presentem exinde paginam conscribi et bullam nostram auream apponendo precipimus consignari. Testes autem huius rei sunt: Oddo Frisingensis episcopus, Menegoldus Patauiensis episcopus, Artuicus Eistedensis episcopus, Conradus Ratisponensis episcopus, Conradus Brixiensis episcopus, Reinhardus Curiensis episcopus, Fridericus[c] Tridentin(us)[d] episcopus, Syfridus[e] Augustensis electus, Iohannes Cameracensis[f] episcopus, Ludeuicus dux Bauarie, Meynardus comes Goricie, comes palatinus de Tuingen, comes Albertus de Tyrol, comes Vlricus de Eppan, comes Egeno de Vlmo, comes Albertus de Eberstain, comes Burcardus de Manesueld, burggravius Madeburgensis, Stephanus decanus, Henricus archidiaconus, Fridericus de Cauriaco, Azelinus Taruisiensis, Bernardus de Strasowe, Vualterusbertoldus, Wolkerus de[g] Dorenberch, Iohannes de Zucula et alii quam plures.

Signum domini Ottonis Romanorum regis invictissimi.

Ego Conradus Spirensis episcopus et regalis aule cancellarius vice domini Syfridi Maguntinensis sedis archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octavo, regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso, anno regni eius XI. Dat. apud Augustam per manus Walteri prothonotarii idus ianuarii, indictione XII[a] [h].

---

[c] Fridricus *B´*
[d] Tridentin *mit Kürzungsstrich über* ntin *B´*
[e] Synridus *wohl statt* Syuridus *B´*
[f] Camcen *mit* er-*Kürzung über* m *und Kürzungsstrich über* cen *B´*
[g] do *B´*
[h] *laut B´ mit Goldbulle besiegelt.*

## BFW 259.

*Otto teilt allen Getreuen des Reichs in Italien mit, dass er den Patriarchen W o l f g e r von Aquileia zum Reichslegaten für die Lombardei, Tuszien, das Herzogtum Spoleto und die Marken Ancona und Romaniola ernannt hat, um die Reichsrechte wiederherzustellen, und befiehlt ihnen, ihn ehrenhaft zu empfangen und seine Entscheidungen in Reichsangelegenheiten anzuerkennen.*

*Augsburg, 1209 Januar 13*

*Abschrift in der Originalurkunde des Patriarchen Wolfger von Aquileia von 1209 IV 2 im Archivio storico comunale zu Pavia, Archivio del comune – parte antica, pergamene comunale n. 53 (B).*

*Civitatis Papiae reintegrandae ... iuris advocatio S. 58 aus B. – Böhmer, Acta S. 207 Nr. 232 aus B = MGH Const. 2, S. 33 Nr. 28. – Buttazzoni in: L'archeografo triestino n. s. 2, S. 203 aus B = Buttazzoni, Del patriarca Volchero S. 51.*

*Milani – Toscani, Regesto Nr. 78. – BFW 259.*

Otto dei gratia Romanorum rex et semper augustus dilectis fidelibus suis archiepiscopis, episcopis, marchionibus, comitibus, nobilibus, capitaneis, potestatibus, consulibus, civitatibus et earum communi omnibusque imperii fidelibus per Italiam constitutis gratiam suam et bonam voluntatem. Equitatis regie semitam diligenter investigare et subiectorum commodis providere sollicitudinis nostre congruum exigit propositum, dumque varietate negotiorum, quibus nos frequenter preocupari necesse est, exequi non valemus, vicem nostram discretis et idoneis viris delegare omnimoda ratione instauramur. Quocirca universitati vestre duximus intimandum, quod nos de prudencia karissimi principis nostri Wolfgeri patriarche Aquilegensis plurimum presumentes et quod imperio semper fidelissimus extiterit et nobis quoque perpetuo devotissimus esse debeat non inmerito perpendentes, ipsum pro communi omnium vestrorum tranquillitate et pace ad partes Italie destinavimus, et tam in Lonbardia quam per universam Tusciam necnon in ducatu Spoleti et marchia Anconitana et Romaniola[a] legationis nostre officio perfrui plenissimam sibi donavimus facultatem, volentes quoque, ut ipse absque alicuius inpedimenti molestia de hiis omnibus se intromittat, que ad imperialem spectare dinoscuntur iurisdictionem, et in ipsis commodum nostrum ordinet et disponat. Mandamus igitur vobis monentes et regia auctoritate firmiter precipientes, quatenus memorato principi nostro patriarche Aquilegensi per omnia intendatis et debiti honoris reverentia eum prevenientes super universis negotiis vestris, que cum imperio tractanda habetis, tamquam si nos presentes essemus, ad ipsum habeatis respectum certissime scituri, quod ipse in cunctis agendis nostris pro arbitrio suo et ad honorem imperii plenissimam habet facultatem. Et quicquit ex parte nostra fecerit vel cuiquam promiserit, nos ratum tenebimus et apud eminenciam nostram perenni gaudebit firmitate. Ad cuius rei certam evidenciam presentem paginam conscribi et aurea bulla nostra iussimus insigniri.

Dat. aput Augustam, idibus ianuarii, indictione XII[a].

---

[a] Romaniole *B*.

- .

*Otto belehnt Patriarch Wolfger von A q u i l e j a mit den Regalien und bestimmt, dass keine Gewohnheit damit begründet werden soll, dass er die Regalien in Deutschland und nicht wie üblich in Italien empfangen habe.*

*Augsburg, (1209) Januar 13*

*Abschrift des 15. Jh. im Archivio di Stato zu Venedig, Consultori in iure 345, fol. 7v–8r (C).*

*Banić, Fontes Istrie medievalis 4, doc. 1209_W4 aus C mit Abb.*

*Documenta ad Forumjulii spectantia, in: Atti e memorie della Società Istriana di archeologia e storia patria 8, S. 28 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe).*

*Der Text wiederholt wortwörtlich das am 11. Juni 1206 von Philipp von Schwaben ausgestellte DPh. 126.*

Otto dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Regalis magnificentie invariabilis equitas potestatis sue iura digne et laudabiliter exequitur, cum[a] unicuique id, quod sui iuris est, directo moderationis tramite recognoscit, immo largitur. Inde est, quod, cum habere videatur ratio, quod patriarche Aquileiensis ecclesie, eo quod sint[b] principes Italie, ad recipiendum ab imperio sua regalia in Allemaniam scitari non debeant, contigit[c] tamen quosdam ex ipsis in dictis partibus investiri. Dominus vero Volfcherius patriarcha, cum in generali curia apud Augustam[d] ad nos accederet et ad hec exigeretur, ut a nobis regalia sua susciperet, allegare cepit, quod ad id faciendum propter predictam rationem non esset in Alemania constringendum. Satis enim concessimus, cum[e] non debere constringi asseverantes tamen, quod si non vocatus[f] ab imperio[g] intraret Alemaniam, quod bene deberet ibidem regalia suscipere, quemadmodum quidam sui fecisse dinoscuntur predecessores. Ipse vero diu tamen renitens[h] tandem inclinatus[i] a nobis suscepit regalia postulans sibi dari privilegium, quod et fecimus in hunc modum, ne hoc factum suum per successionem temporum quandoque in commune deductum vel imperio vel ipsi Aquileiensi ecclesie preiudicaret vel aliquatenus utriusque * iuri derogaret. Ad huius itaque facti perennem[j] memoriam presentem paginam conscribi iussimus et regie maiestatis caracthere consignari statuentes et regia auctoritate precipientes, ne cuiquam hominum hanc recognitionem nostram licitum sit perperam interpretari vel ei aliquo temeritatis ausu obviare. Testes autem huius rei sunt: Trigestinus episcopus Geboardus, Siuridus[k] Augustiensis electus, Fridericus Tridentinus episcopus, Conradus Brixinensis[l] episcopus, Conradus Ratisponensis episcopus, Ludeuuicus[m] dux Bauarie, comes Maynardus, Bertrandus de Strazou,

---

[a] *hier wie auch sonst stets* quom *C*
[b] *am linken Rand dazu von derselben Hand* patriarche dicuntur principes Italie *C*
[c] contingit *C*
[d] Augstam *C*
[e] *über der Zeile korrigiert zu* eum *C*
[f] vocatur *C*
[g] *danach über der Zeile eingefügt* et *C*
[h] ni *ein Mittelschaft zuviel C*
[i] s *aus* r *verb. C*
[j] pertinen *mit Kürzungsstrich C*
[k] Siurindus *C, mit blasserer Tinte, aber wohl von derselben Hand eingetragen*
[l] Praxinensis *C*
[m] Ludeuuricus *C*

Vualterpertoldus, Folcher de Dorenb(erc)[n], Iohannes de Zucola, Rodulfus de Trechano, Henricus de Fontebono et alii quam plures.

Dat. apud Augustam, idibus[o] ianuarii, indictione XII.

[n] *wohl* Dorenbe *C, fehlt Kürzungsstrich an* b
[o] idus *C.*

## BFW 258.

*Otto bestätigt dem Patriarchen Wolfger von A q u i l e i a und dessen Nachfolgern in Wiederholung der Urkunde Kaiser Heinrichs VI. das Herzogtum Friaul und die Einkünfte aus der Blutgerichtsbarkeit sowie die zwischen den genannten Patriarchen und Grafen von Görz urkundlich getroffenen Vereinbarungen über die Vogtei und andere Fragen.*

*Augsburg, 1209 (Mitte Januar)*

*Original, 405(–415) + 40 x 275 (–283) mm, im Archivio di Stato zu Venedig, Miscellanea, Atti diplomatici e privati, busta 2, Nr. 62 (A).*

*Ughelli, Italia sacra ed. II. 5, Sp. 78 = Buttazzoni in: L'archeografo triestino n. s. 2, S. 201 = Buttazzoni, Del patriarca Volchero S. 49. – Winkelmann, Acta 1, S. 15 Nr. 23 aus A. – Banić, Fontes Istrie medievalis 4, doc. 1209_W1 aus A.*

*Banić, Fontes Istrie medievalis 4, doc. 1209_W1 (Abb. von A).*

*de Rubeis, Mon. ecclesiae Aquilejensis Sp. 664 (mit Textauzügen). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 828 Nr. 53. – Coronini de Cronberg, Tentamen genealogico-chronologicum ed. II. S. 194. – Liruti, Notizie 4, S. 194 (mit Textauszug). – Sinnacher, Beyträge 4, S. 41. – Böhmer, Wittelsbachische Reg. S. 5. – Muffat, Beiträge S. 66.– della Bona, Strenna cronologica S. 60. – Manzano, Annali del Friuli 2, S. 224 und S. 222(a). – Bianchi in: Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen 21, S. 181 Nr. 23 (mit Textauszug und Anführung mehrerer Zeugen). – Valentinelli, Reg. documentorum Germaniae Nr. 182 (mit Textauszug und Anführung mehrerer Zeugen). – Lefflad, Reg. der Bischöfe von Eichstätt 1, Nr. 356. – Bianchi, Indice Nr. 20. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 144. – Documenta ad Forumjulii spectantia, in: Atti e memorie della Società Istriana di archeologia e storia patria 8, S. 25 (mit Textauszug und Anführung der Zeugenreihe). – Leicht, I diplomi imperiali S. 50 Nr. 66. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1397. – Jaksch, Mon. historica ducatus Carinthiae 4/1, Nr. 1624 (mit Textauszug). – Kos, Gradivo 5, Nr. 143. – Heidingsfelder, Reg. Eichstätt Nr. 543 (mit Anführung mehrerer Zeugen). – Wiesflecker, Reg. der Grafen von Görz 1, Nr. 343 (mit Anführung mehrerer Zeugen). – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. +1236. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I +165. – BFW 258.*

*Es handelt sich um eine weitgehend wortwörtliche Wiederholung der Urkunde Heinrichs VI. vom 10. Januar 1193 (Böhmer – Baaken 272, VU).*

# Otto dei gracia Romanorum rex et semper augustus. # Regie maiestatis ordo requirit, ut omnium et maxime ecclesiarum iura protectione regia serventur illesa. Eapropter adtendentes clarissima merita et obsequia dilecti principis nostri Wolfgeri Aquilegensis patriarche, que persone nostre et imperio hactenus laudabiliter exhibuit et cottidie circa honoreem[a] et profectum imperii tota virtute noscitur exhibere, ducatum Fori Iulii cum omni iure et pertinenciis suis et sanguinolentum denarium, scilicet feritas, plagas, vulnera, homicidia, furta quoque et omnia maleficia, que ad correptionem et bannum principum spectare noscuntur, insuper etiam omnes transactiones et conventiones inter Pelegrinum patriarcham et Meinardum comitem et inter Wolricum patriarcham et Engelbertum[b] comitem super advocatia et aliis factas et privilegiis aut aliis autenticis scriptis roboratas sibi et successoribus eius in perpetuum regali[c] auctoritate confirmamus et presenti pagina nostro[d] sigillo roborata communimus sanctientes, quod nulli memorata iudicia vel aliqua ad ius ducatus spectancia nisi per eum aut successores suos liceat pertractare nullaque persona huic nostre confirmationi audeat contraire. Si quis vero hanc nostre confirmationis

[a] *so A*
[b] n *aus Bogen für* g *verb. A*
[c] *mit hellerer Tinte und feinerer Feder, aber wohl von derselben Hand, auf Rasur A*
[d] o *am Wortende wohl aus* a *verb. A*

paginam infringere attemptaverit, triginta libras auri purissimi, medietatem camere nostre et medietatem ecclesie Aquilegensi, pro pena componat confirmatione robur * obtinente tam nostra quam divi Henrici sexti imperatoris facta in antiquo suo privilegio eidem Aquilegensi ecclesie et super eisdem dato, quod hic de verbo ad verbum est renovatum. Acta sunt hec in presentia Sifridi Augustensis episcopi, Cu%onradi[e] Spirensis episcopi[f] regalis aule cancellarii, Hartwici Eistetensis[f] episcopi, Cunradi Ratisponensis episcopi, Manegoldi Pattauiensis episcopi, Cunradi Brixinensis episcopi, Iohannis Chameracensis episcopi, Engelhardi Cicensis episcopi, Friderici Tridentini episcopi, Gebehardi Tergestini episcopi, Ludewici ducis Bo%vwarie, comitis Gebehardi de Tollenstein, Burchardi Magdeburgensis burgravio[g], Heinrici marscalci et aliorum quam plurium testium.

Data anno domini millesimo CC°VIII aput Augustam, indictione XII.

(SP.D.)[h]

---

[e] n *aus Schaft mit Unterlänge für* r *verb. A*
[f–f] episcopi – Eistetensis *durch Faltung etwas beschädigt A,* Eistetesis *mit Kürzungszeichen,* te *vor* s *wohl aus* n *verb.*
[g] *so A*
[h] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 260.

*Otto bestätigt dem Podestà, den Konsuln und der ganzen Kommune von M a i l a n d ihre Rechte und Gewohnheiten, zeigt ihnen die Ernennung des Patriarchen Wolfger von Aquileia zum Reichslegaten für ganz Italien an und befiehlt ihnen, diesen ehrenvoll zu empfangen und zu unterstützen.*

*(Augsburg, 1209 Januar)*

*Abschrift vom Anfang des 13. Jh. im Archivio capitolare di S. Ambrogio zu Mailand, M 54, fol. 319r (B). – Abschrift aus der 1. Hälfte des 13. Jh. im Archivio di Stato zu Cremona, Archivio segreto del Comune, Pergamene 1916 (C). Abschrift aus dem 2. Viertel des 15. Jh. in der Biblioteca Ambrosiana zu Mailand, B 19 inf. (Statuta civitatis Mediolanensis), fol. 49v (D).*

*Corio, Historia di Milano (unpaginiert zum Jahr 1209) wohl aus B = ed. II. fol. 77v = Böhmer, Acta S. 208 Nr. 233 und S. 929 mit Varianten aus C = Buttazzoni, Del patriarca Volchero S. 53, = Corio, Historia di Milano ed. IV. S. 152 (aus ed. II.), = Lünig, Cod. Italiae dipl. 1, Sp. 395 Nr. 7 zu 1209 März, = Corio, Storia di Milano 1, ed. Magri, S. 345 mit italienischer Übersetzung S. 373 Anm. 4, = Corio, Storia di Milano 1, ed. Morisi Guerra, S. 304 (aus ed. I.). – Calchus, Historia patria S. 268 = ed. II. in: Graevius, Thesaurus antiquitatum Italiae 2/1, Sp. 294. – Dumont, Corps diplomatique 1/1, S. 138 Nr. 259 zu 1208 aus beglaubigter Abschrift von 1719 X 30 = Lünig, Cod. Italiae dipl. 3, Sp. 201 Nr. 2. – Coronini de Cronberg, Tentamen genealogico-chronologicum ed. II. S. 193 aus Historia manuscripta Bauzeri unvollst. zu 1209. – MGH Const. 2, S. 34 Nr. 29 aus BCD und Corio ed. II. – Baucer, Zgodovina Norika in Furlanije S. 228 Nr. 199 (unvollst., in slowenischer Übersetzung).*

*Corio, Historia di Milano ed. III. S. 181 (Erwähnung). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 822 Nr. 38 (nach Dumont zu 1208) und Sp. 824 Nr. 7 (nach Lünig, Cod. Italiae dipl. 1 zu 1209 März). – Giulini, Memorie di Milano 7, S. 569 und S. 226 (mit kurzen Textauszügen). – Giulini, Memorie di Milano ed. II. 7, S. 149 und 4, S. 164 f. (mit kurzen Textauszügen). – Bianchi in: Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen 21, S. 181 Nr. 24 (zu 1209 März). – BFW 260.*

O(tto)[a] dei gratia Romanorum rex semper augustus dilectis fidelibus suis potestati sive consulibus totique comuni M(ediolanensi)[b] gratiam suam et bonam voluntatem. Si a memoria nostra aliquo modo permitteremus elabi, quantam fidem quantamque dilectionem sub multa devotione nobis hactenus exhibuistis, honori nostre regie maiestatis multum videremur derogare. Sic enim alii, qui minus fideles et devoti nobis[c] fuerunt, ad obsequia nostra[d] tardiores efficerentur et nos meritis vestris condigne non responderemus. Sed hec a nobis absint. Tanta est enim fidei nostre[e] integritas et omnium factorum nostrorum summa[f] constantia, quod nos illorum obsequiorum, que a fidelibus nostris exhibentur, immemores numquam erimus, nisi prius meritis ipsorum[g] condigne respondeamus. Unde nos in armario pectoris nostri reposuimus et firmiter recondidimus multa et preclara obsequia, que vos a diebus nostre electionis fidelissime et devotissime[h] nobis exhibuistis. Recognoscimus enim, quod in nullis tribulationibus nostris, que, sicut deo placuit, nos quandoque tetigerunt[i], ab illa fide, quam erga nos a principio concepistis,

---

[a] Otto *D*
[b] Mediolanensi *CD*
[c] *fehlt BC*
[d] *über der Zeile eingefügt B*
[e] vestre *D*
[f] firma *D*
[g] illorum *C*
[h] si *über der Zeile eingefügt B,* me *auf Rasur*
[i] tetigit *D*

et ab[j] illa[j] devotione, quam semper nobis exhibuistis, nullo ingenio, nullo casu interveniente ab[k] obsequiis nostris avelli noluistis[l] et non[m] potuistis. Pro quo, quamdiu vixerimus, universitatem vestram universos quoque vos ac singulos diligimus et semper intendimus honorare omnia quoque iura vestra[n] et omnes consuetudines vestras[o] et omnem libertatem vestram vobis non solum non[p] imminuemus, immo inviolabiliter vobis conservabimus intacta et illesa[q], et super omnes civitates totius imperii in honore et in rebus vos semper volumus exaltare[r] et inter precipuos familiares et devotos nostros vos computabimus. Et quandocumque vel nuntii universitatis vestre vel quilibet ex vobis ad presentiam nostram venerit, benigne[s] eos accipiemus[t] et honorabimus[u]. Oblivisci etiam non possumus, quod vos[v] iam paccato imperio, quod diu turbatum fuerat, tam discretos et tam honestos nuntios vestros[w] cum muneribus vestris ad nos destinastis[x], quos nos, sicut decuit, et sub illa gratia et dilectione, qua vos semper fovimus et semper amplectemur[y], recepimus[z]. Munera quoque vestra tanto nobis fuerunt gratiora, quanto magis scimus illa ex affectu pure devotionis fuisse transmissa. Significamus ad hec vobis, quod nos[aa] dilectissimo principi[bb] nostro W(olfgero)[cc] patriarche Aquileigensi[dd] legationem totius Italie[ee] commisimus, volentes, ut ipse vice et loco nostro per totam Italiam[ff] offitio fungatur nostri et imperii legati, et quicquid ipse ibi de honore nostro et imperii tractaverit, nos per omnia ratum[gg] sumus habituri[hh]. Mandamus igitur et rogamus, ut vos ipsum patriarcham tamquam legatum nostrum honorifice suscipiatis et eum tamquam legatum[ii] nostrum et imperii honoretis, consilium sibi dantes et auxilium, ut ipse in legatione nostra sic procedat, sicut honori nostro et imperii videatur expedire. Et quicquid honoris[jj] sibi exhibueritis, nobis totum factum reputabimus.[kk]

---

[j–j] alia *D*
[k] *fehlt C*
[l] voluistis *B*
[m] *erstes* n *aus* p *verb. B*
[n] nostra *D*
[o] nostras *D*
[p] *fehlt B, über der Zeile eingefügt D*
[q] inlesa *B*
[r] *erstes* a *verb. B*
[s] *davor* etiam *B*
[t] recipiemus *CD*
[u] h *über der Zeile eingefügt B*
[v] nos *D*
[w] *fehlt BC*
[x] *zweites* s *über der Zeile eingefügt B*
[y] amplectimur *C*
[z] *zweites* e *wohl aus* i *verb. B*
[aa] *fehlt B*
[bb] pnci *mit* ri-*Kürzung über p B*
[cc] Vulfredo *C,* Ncolfrago/Vcolfrago *(?) D*
[dd] g *über der Zeile eingefügt B,* Aqlen *mit* qui-*Kürzung und Kürzungsstrich über* en *C,* Aquiliensi *D*
[ee] Ytalie *C*
[ff] Ytaliam *C*
[gg] tantum *D*
[hh] habiturum *B,* um *in* i *verb.*
[ii] *durch Verweiszeichen am Rand eingefügt B*
[jj] honori *D*
[kk] reputamus *CD; Goldbulle laut BD.*

## *BFW 467.

*Otto erteilt den Brüdern Galino, Burgundio, Pietro und Ruffino von A l l i a t e , sowie deren Neffen die alleinige Erlaubnis, Notare zu bestellen und ernennt sie zu Pfalzgrafen von Mailand.*

*(wohl zweite Hälfte 1208/Anfang 1209)*

*In der Urkunde Friedrichs II. für die Pfalzgrafen Rufinus und Heinricus von Lomello vom Februar 1219 (DF. II. 497) heißt es:* Cassamus etiam et irrita esse decernimus concessiones, privilegia et dona facta ab Octone quondam dicto imperatore alicui persone in preiudicium memoratorum comitum et dignitatum suarum et maxime Gallino de Alieate vel alicui persone de domo sua, civi Mediolanensi, de licentia sibi indulta super notariis ordinandis, non obstante aliqua temporis prescriptione, que ipsis comitibus posset preiudicium irrogare … *– BFW 467.*

# BFW 262.

*Otto gestattet dem Zisterzienserkloster Salem, Almosen, seien es bewegliche oder unbewegliche Güter, von seinen Getreuen, Ministerialen und Leuten anzunehmen.*
*Weingarten, 1209 Januar 27*

*Original, 164 + 14 (–17) x 195 (–202) mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Hannover, Cal. Or. 33., Kl. Salem Nr. 2 (A). – Abschrift vom Anfang des 13. Jh. im Badischen Generallandesarchiv zu Karlsruhe, 67/1162 („Codex Salemitanus“ I), p. 42–43 Nr. 21 (B).*

*Sartorius, Apiarium S. 49 § 23 = Lünig, Reichs-Archiv 18, S. 511 § 23. – Weech in: ZGORh 35, S. 105 Nr. 72 aus B = ders., Cod. dipl. Salemitanus 1, S. 105 Nr. 72.*

*Katalog Zeit der Staufer 3, Abb. 10 (Siegelabb.) und 1, S. 25 Nr. 36 (Beschreibung des Siegels). – Katalog Heinrich der Löwe 1, S. 332 Nr. E 1 (Abb. und Beschreibung des Siegels). – Katalog Otto IV. S. 343 (Abb. des Siegels) und S. 342 Nr. 24 (Beschreibung des Siegels).*

*Lünig, Reichs-Archiv 18, S. 491. – Neugart, Episcopatus Constantiensis 1/2, ed. Mone, S. 173. – BFW 262.*

*Stellen, die infolge eines Hochwasserschadens im Jahr 1946 heute nicht mehr lesbar sind und die auch aus vorhandenen Buchstabenteilen nicht mehr sicher erschlossen werden können, sind durch eckige Klammern gekennzeichnet. Sie ließen sich aus alten Fotos des noch unversehrten Originals ergänzen.*
*Als Vorurkunde diente eine Urkunde, die Philipp von Schwaben dem Kloster wohl im Jahr 1207 ausgestellt hatte (DPh. 137).*

O(tto) dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis hanc paginam intuentibus gratiam suam et omne bonum. [R]egalis excellentie inmensa benignitas, que provido circumspectionis examine singula me[tit]ur et moderatur, ad ea propensius exequenda moveri consuevit et inclinari, in quibus opera pietatis [et] misericordie feliciter noverit adinpleri. Qua de re cum nos universalem religionis ecclesiastice eminenciam paterno semper favore et amore amplexari velimus et ad cultum divinum ferventiori desiderio ipsos religionis homines beneficiorum collatione crebrius accendere, specialius tamen Salensem ecclesiam, de cuius hominibus deo ibidem iugiter famulantibus nobis constat disciplina et honestate, nostre largitatis munere semper volumus gaudere et incrementum accipere. Speciali igitur gratie nostre memoratam ecclesiam gaudere volentes privilegio concedimus et indulgemus ipsi ecclesie, ut ei licitum[a] sit a fidelibus nostris s[ive] ministerialibus sive quibuscumque hominibus nostris elemosinas accipere, quas qui[v]is illorum pro remed[io] anime sue sepedicte donare decreverit ecclesie sive mobilium sive inmolium[b] rerum, precipien[t]es per [n]ostre[c] confirmationis vigorem, * ut sic [d]onata perpetua * stabilitate et quiete [ipsi] ecclesie [permaneant, regio di]stricto st[at]u[e]ntes et p[r]ec[ipi]entes, [ne] ulli de ceter[o] persone ecclesiastic[e] vel secula[ri] hanc [nostre] confirmationis paginam fas sit infring[er]e vel ei aliquo ausu temeritatis con[tr]aire. Datum [a]pud Winigartin VI kal. februarii, anno incarnationis domini MºCCºVIIII.

(SP.1.)[d]

---

[a] *dritter Schaft des* m *stark verblasst*
[b] *so A statt* inmobilium
[c] nre *mit Kürzungsstrich stark verblasst*
[d] *an roten Seidenfäden.*

## BFW 263.

*Otto nimmt das Zisterzienserkloster S a l e m mit allen Personen und sämtlichem Zubehör in seinen Schutz, bestätigt ihm seine Besitzungen und befiehlt allen im Reich, dem Kloster keinen Schaden zuzufügen.*

*(wohl Straßburg, 1208 Dezember oder Weingarten, 1209 vor Januar 28)*

*Original, 79 x 143 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Hannover, Cal. Or. 33, Kl. Salem, Nr. 4 (A). – Abschrift vom Anfang des 13. Jh. im Badischen Generallandesarchiv zu Karlsruhe, 67/1162 („Codex Salemitanus“ I), p. 42 Nr. 20 (B).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 15 Nr. 24 aus B (zu 1209 Januar?). – Weech in: ZGORh 35, S. 104 Nr. 71 aus B = ders., Cod. dipl. Salemitanus 1, S. 104 Nr. 71. – Pitz, Papstreskript und Kaiserreskript S. 228 (Auszug).*

*Lünig, Reichs-Archiv 18, S. 491. – BFW 263.*

*Die durch Feuchtigkeitseinwirkung während des Leinehochwassers von 1946 unleserlich gewordenen Stellen sind durch eckige Klammern gekennzeichnet. Im Apparat der Wiener Diplomata-Abteilung werden Fotos aufbewahrt, die das Original noch unbeschädigt zeigen, wodurch der Buchstabenbestand gesichert ist. – Das fehlende Siegel hängt heute an einer Fälschung für Salem auf den Namen Heinrichs (VII.) (BFW 4215). – Das Diktat stimmt über weite Strecken mit jenem des BFW 250 für das Kloster Pairis überein.*

O(tto) dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis in regno suo constitutis gratiam suam et omne bonum. Ad maiestatis regie dignitatem noscitur pertinere super domos religionis manu[m][a] defensionis[a] extendere et ab ovili Christi omnem infestationem malignantium propulsare. Universitati igitur vestre [no]tum facimus, quod domum de Salem[b] Cisterciensis ordinis cum personis et rebus omnibus ad eandem domum pertinentibus in specialem protectionem[c] nostram recepimus statuentes, ut quascumque possessiones vel quecumque bona pre[d]icta domus inpresentia[rum][d] possidet aut in futurum[e] donatione fidelium poterit adipisci, firma et illibata domui[f] supradicte permaneant. Sub fidelitate ergo nobis debita vobis mandando [precipimus], quatenus prefate[g] domui dampna vel iniurias seu[h] aliqua gravamina inferre nullatenus pres[um]atis. Si quis autem super hac nostra regia protectione sepedictam domum temerariis vexationibus fatigare vel possessiones[i] aut res quaslibet auferri[j] presumpserit, indignationem regiam se noverit graviter incursurum[k].

(SP.D.)[l]

---

[a–a] *Kürzungsstrich für* m *und Oberlänge des folgenden* d *stark abgerieben*
[b] s *wohl verb. oder nachgezogen*
[c] *zweites* o *infolge Faltung stark abgerieben*
[d] in *infolge Faltung abgerieben*
[e] uru *infolge Faltung abgerieben, zweites* u *aus* r *verb.*
[f] *dritter Schaft des* m *infolge Faltung stark abgerieben*
[g] a *infolge Faltung abgerieben*
[h] e *infolge Faltung abgerieben*
[i] *viertes* s *infolge Faltung abgerieben*
[j] *ursprünglich wohl* auferre, *danach* i *angefügt und zweites* e *radiert*
[k] *überflüssiges Kürzungszeichen über letztem* u
[l] *ein waagrechter Einschnitt im Pergamentblatt.*

# BFW 250.

*Otto nimmt den Abt und das Zisterzienserkloster P a i r i s mit allem Zubehör in seinen Schutz und befiehlt allen im Reich, dem Kloster keinen Schaden zuzufügen.*
*(wohl Straßburg, 1208 Dezember oder Weingarten, 1209 vor Januar 28)*

*Original, 65 (–75) x 166 mm, in den Archives départementales du Haut-Rhin zu Colmar, 11 H 2/9 Nr. 2 (A).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 14 Nr. 21 aus A.*

*(Hugo), Sacrae antiquitatis monumenta tom. 2, S. 274 (Erwähnung). – Muller – Bornert, Pairis S. 350 Nr. D16. – BFW 250.*

O(tto) dei gratia Romanorum rex et semper augustus cunctis in Romano regno commorantibus[a] salutem[a] et gratiam suam. Ad maiestatis regie clementiam noscitur pertinere super domos religionis manum[b] defensionis[b] extendere et ab infestatione malignantium defensare. Universitati vestre volumus innotescat[c], quod[d] abbatem de Paris et domum eius atque omnia ad eandem domum pertinentia[e] in nostram suscepimus protectionem, ut pro nobis inibi Christo famulantes summi regis misericordiam[f] die noctuque devotius valeant invocare. Igitur sub fidelitate nobis debita vobis mandando precipimus, quatinus domui nominate nulla dampna vel iniurias inferatis et de illatis competentem satisfactionem facere studeatis. Hec autem omnia conservantes gratiam nostram acquirent, contempnentes[g] vero regiam indignationem se noverint incursuros.

(SP.D.)[h]

---

[a–a] tibus – sa *durch Fleck beschädigt*
[b–b] manum – defensi *durch Fleck beschädigt*
[c] *so A statt* innotescere, nno *durch Fleck beschädigt*
[d] *durch dunklen Fleck etwas beschädigt*
[e] pertin *durch Fleck beschädigt*
[f] d *infolge Faltung etwas abgerieben*
[g] *zweites* n *infolge Faltung etwas abgerieben*
[h] *durch zwei waagrechte Einschnitte im Pergament gezogener Pergamentstreifen erhalten.*

## BFW 264.

*Otto erneuert der Kirche zu B u c h a u die Schenkung und Bestätigung seines Vorgängers Kaiser Ludwigs (des Frommen) betreffend den Ort Mengen (-Ennetach) und die Kirche zu Saulgau, die alleinige Gerichtsbarkeit und die freie Wahl der Äbtissi, sowie die Beschränkung der Vogteigewalt und das Verbot der Veräußerung von Klostergut.*

*Ulm, 1209 Januar 29*

*Original, 479 + 34 (–42) x 402 (–416) mm, im Hauptstaatsarchiv zu Stuttgart, H 51 U 29 (A).*

*Wirtembergisches UB 2, S. 371 Nr. 544 aus A.*

*Memminger, Beschreibung Riedlingen S. 138 mit Anmerkung * (Erwähnung). – Stälin, Wirtembergische Geschichte 2, S. 442. – Stillfried – Märcker, Mon. Zollerana 1, Nr. 81 (mit Wiedergabe einiger Zeugennamen). – Mon. Zollerana 8, Nr. 18 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Helbok, Reg. von Vorarlberg und Liechtenstein Nr. 327 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 183. – Perret, UB St. Gallen 1, Nr. 241. – Seigel – Stemmler – Theil, Urk. Buchau Nr. 3 (mit Anführung der Zeugen). – BFW 264.*

*Als Vorurkunde diente die Fälschung auf den Namen Ludwigs des Frommen (819 VII 22: DLdFr. †161).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clemencia Romanorum rex et semper augustus. # Regalis excellencie tytulos digne extollimus decenterque[a] exornamus, cum nos ea, que a predecessoribus nostris regibus sive imperatoribus augustis rite et rationabiliter facta non tantum adprobamus, verum etiam de regali liberalitate[b] nostra aliquid ad usum ecclesiarum dei pariter et commodum de nostro adicimus. Notum sit igitur universitati tam presentis etatis quam in evum successure posteritatis hominum, quod lecta et intellecta donatione pariterque confirmatione predecessoris nostri Lvdowici dive memorie imperatoris augusti, quam ipse autentico instrumenti sui ecclesie Bv%ochaug(ie)nsi temporibus imperii sui libere contulit, sicut eandem donationem pariterque confirmationem digne et laudabiliter factam esse recognoscimus, sic quoque nos, qui diebus regni nostri omnia facta predecessorum nostrorum, que rationi nituntur, omnia ad honorem dei[c] et ecclesiarum autentici nostri munimine adprobanda pariterque confirmanda decrevimus, ipsam donationem seu confirmationem a memorato Ludewico[d] imperatore augusto inviolabiliter in evum observandam decernimus sigillatim omnes partiales constitutiones seu donationes suas in hac divali pagina nostra replicari volentes. Primum itaque memorate ecclesie, sicut ex autentico privilegii[e] predicti predecessoris nostri didicimus, donamus, concedimus atque confirmamus quandam villam in provincia Eriggaugie sitam, que appellatur Maingen, et ecclesiam in villa, que dicitur Su%olegen, cum * omnibus * pertinenciis, videlicet curtibus, edificiis, familiis et mancipiis, terris cultis et incultis, agris, campis, pratis, pascuis, silvis, decimis, aquis, aquarum * decursibus, molendinis[f], piscationibus. * Constituimus quoque et regia auctoritate precipimus, ut nullus publicus iudex neque dux neque comes * ex iudiciaria potestate ecclesias, curtes aut loca vel agros seu

[a] *letztes* e *wohl aus* o *verb. A*
[b] *zweites* a *aus* e *verb. A*
[c] d *aus Kürzungszeichen für* et *verb. A*
[d] *langes* i *aus* o *verb. A*
[e] *zweites (langes)* i *aus* e *verb. A*
[f] ni *durch Faltung abgerieben A*

reliquas possessiones memorate ecclesie nunc subiacentes vel quas deinceps iusto acquisitionis tytulo adepta fuerit, ad causas audiendas vel freda exigenda vel iudicia facienda, fideiussores tollendos aut homines etiam tam ingenuos quam et servos super terram ipsius monasterii commanentes distringendos nec ullas redhibitiones vel bannos aut illicitas occasiones requirendas seu ullum placitum publicum habendum nullis temporibus ingredi vel ea, que prelibata sunt, presumat exigere, et ut censuales homines sive familie, in quibuscumque locis constituti sint, pacem habeant et * nullius iudicio stent nec cuiquam bannum persolvant, * nisi coram abbatissa vel ipsius monasterii advocato, sed liceat supradicti monasterii abbatissis sub dominice emunitatis tuicione quieto ordine * omnia possidere. De advocatis autem, quos vel modo vel in evum successionis tempore habitura est ipsa ecclesia, ita constituimus atque precipimus, ut ipse advocatus in loco suprememorato vel eius pertinenciis nullum habeat ius placitandi vel aliquam iudiciariam potestatem[g] exercendi, nisi de mandato abbatisse evocatus advenerit et tunc voluntati * ipsius abbatisse paruerit. De sumptibus vero * advocato, cum ad habenda placita de vocatione abbatisse semel in anno venerit, non nisi duodecim equitaturis administretur. Nullum quoque placitum in possessionibus ecclesie ipse advocatus * preter voluntatem abbatisse constituat. Et quidquid[h] placitando acquisierit, inde due partes persolvantur abbatisse, tercia vero pars advocato remaneat. Item advocatus neminem de familia ipsius ecclesie sine consensu et conscientia abbatisse cogat ad iudicium, nullum * sine communi sententia sociorum suorum sueque condicionis dampnet vel choherceat contra ius debitum, nullum advocatum seu exactorem * constituat, nil privati muneris vel servicii a quolibet loco sive curte sive cellariis quasi ex debito et statuto sibi iure exigat, mansiones seu pernoctaciones uspiam frequentare caveat. Quod si ultra statutum nostrum et preceptum in aliquo loco voluerit placitare, ipse de tercia sua parte * sibi contingente provideat, quid ad sumptum[i] habere debeat, nisi forte ob aliquam specialem causam ab abbatissa illuc evocetur, a qua tunc decenter, quod opportet, sibi exhibeatur. Item quocienscumque abbatissam aliquam decedere in eadem ecclesia contigerit, nulla aliunde veniens ei substituatur[j], sed aliqua de gremio ipsius ecclesie, que ydonea videatur, tam sanctimonialibus quam clero et populo in nomine domini eligatur * . Cui electe summopere interdicimus, ne aliquas res prefati monasterii cuiquam in beneficio concedat vel aliquo modo ab usu sororum vel fratrum deo ibidem famulancium alienare presumat statuentes et regia auctoritate firmiter precipientes, ut nulli unquam advocato specialiter, nulli quoque persone alte vel humili, ecclesiastice vel secculari, licitum sit hanc nostre confirmationis divalem paginam infringere seu aliquo ei temeritatis ausu obviare. Quod qui facere presumpserit, centum libras auri purissimi componat, quarum medietas fisco nostro, reliqua vero medietas iniuriam passis persolvatur. Ut autem advocatus mandatum regium strictius observare cogatur, si ipse ea, que prelibavimus, aliquo modo infringere presumpserit, sicut etiam in autentico predecessoris nostri ei inhibitum fuit, in sue presumptionis penam advocatia[k] cum aliis commoditatibus nomine advocatie ei provenientibus ipsum privatum esse volumus et sine omni spe

---

[g] atem *auf Rasur A*
[h] *zunächst* qdd *mit* i *über* q, *zweites* d sofort *durch Anbringung einer Unterlänge mit Kürzungsstrich und überschriebenem* i *für* quid *ergänzt A*
[i] *Unterlängen von* s *und* p *abgerieben A*
[j] *Oberlängen des ersten* s *und von* b *abgerieben A*
[k] *über letztem* a *Rasur eines Kürzungsstriches A*

recuperationis perpetuo ipsum permanere decernimus. Hec itaque nostre confirmationis pagina ut in omne evum debito firmitatis robore inviolabiliter observetur, presentem exinde paginam conscribi et regie maigestatis karactere precepimus consignari. Testes autem huius rei sunt: comes Vlricus de Quiburc, comes Manegoldus de Rordorf, comes Hartmannus et comes Lv%odewicus frater suus de Wirtenberc, comes Cvnradus de Zolre, comes Hermannus de Sulze, comes Hugo de Monteforti[l], comes Heinricus de Wartstein, Heinricus dapifer de Walpurc, Heinricus marescalkus de Callendin, Heinricus de Smalnekke[m] et alii quam plures. # Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi. # (M.)[n] Acta sunt autem hec anno dominice incarnacionis M°CC°VIII°, regnante domino # Ottone qu#arto glorioso Romanorum rege, anno regni eius XI°. Ego Cvnradus Spirensis episcopus et regalis aule cancellarius vice domini Sifridi Maguntine sedis archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii recognovi.

Dat. per manus Waltheri regalis aule prothonotarii apud Vlmam IIII° kal. februarii, indictione XI. (SP.1.)[o]

---

[l] *langes* i *aus* e *verb. A*

[m] alnekk *durch Fleck beschädigt A*

[n] *rechts unten gebessert*

[o] *zwei Fragmente aus naturfarbenem Wachs in einem Lederbeutel an roten, grünen und weißen Seidenfäden heute der Urkunde beiliegend.*

## BFW 267.

*Otto beurkundet einen von Erzbischof Eberhard (II.) von Salzburg und Bischof Walther von Gurk zwischen dem Kloster R h e i n a u und den Brüdern Diethelm und Konrad von Krenkingen vermittelten Vergleich betreffend die Vogtei über das Kloster, mit dem die von den Vögten geforderten Leistungen auf das zur Zeit Friedrichs I. übliche Ausmaß beschränkt werden, und gewährt dem Abt und seinen Brüdern, sich bei Verstößen gegen diese Abmachung unmittelbar an ihn zu wenden.*

*Nürnberg, (1209) Februar 12*

*Original, 177 (–185) + 21 (–25) x 182 (–190) mm, im Staatsarchiv zu Zürich, C II 17 (Rheinau) Nr. 15 (A).*

*Muos, De jure advocatiae S. 97 Nr. 4 (Teildruck). – Zapf, Mon. anecdota 1, S. 475 Nr. 42 aus A. – Meyer von Knonau, Cartular von Rheinau S. 63 Nr. 50 aus A. – Escher – Schweizer, UB der Stadt und Landschaft Zürich 1, S. 241 Nr. 362 aus A.*

*Zapf, Mon. anecdota 1, Tab. III Nr. 6 (Siegelabb.).*

*Hohenbaum, Kurze Geschichte S. 83. – Zapf, Mon. anecdota 1, S. 374 (Erwähnung). – Meyer von Knonau in: Archiv für schweizerische Geschichte 1, S. 86 Nr. 25. – Neugart, Episcopatus Constantiensis 1/2, ed. Mone, S. 173 (Erwähnung). – Meiller, Reg. archiepiscoporum Salisburgensium Nr. 112. – Jaksch, Mon. historica ducatus Carinthiae 1, Nr. 422 und 4/1, Nr. 1625. – Nürnberger UB S. 85 Nr. 124 mit Ergänzung S. 655. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 41 (mit Wiedergabe einzelner Textstellen). – BFW 267.*

Otto[a] dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Ea, quę ad[b] pacem et bonum ecclesiarum consilio[c] principum et fidelium imperii rationabiliter ordinantur, ne processu temporum vel malicia seu labili hominum memoria deducantur in irritum vel aliquatenus infringantur, litterarum memorię dignum ducimus commendanda[d]. Quapropter notum facimus universis regni nostri fidelibus presentibus et futuris, quod fideles nostri Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus et Waltherus Gurciensis episcopus questionem illam, quam abbas et fratres de Rinowe habuerunt contra Diethelmum et Conradum fratres de Crenkingen super eo, quod gravia dampna nomine advocatię ipsis contra debitum inferebant, in hunc modum concordaverunt: Promiserunt itaque idem Diethelmus et Conradus, quod eô, quod sunt advocati abbatię de Rinowe, alia servitia non requirent vel accipient, quam ea vel talia, sicut tempore antecessoris nostri imperatoris Friderici accipere consueverunt homines ipsius imperatoris vel ipse imperator, qui tunc advocatiam eandem in manu sua tenuit, et super hec abbati aut fratribus vel hominibus ipsius monasterium nulla dampna inferent vel gravamina. Si vero ipsi fratres contra suam promissionem et hanc inter eos ordinatam concordiam agere presumpserint, nisi statim super hoc commoniti emendaverint, idem abbas et fratres sui super gravamine suo libere ad nos accedent[e] et nos debitam et plenam iusticiam ipsis de eisdem fratribus faciemus. Ut autem hec in perpetuum firmiter observentur, presentem inde paginam iussimus conscribi et maiestatis nostrę sigillo communiri. Dat. apud Nuremberc II[f] idus februarii.

(SP.1.)[g]

---

[a] *durch vergrößerte Buchstaben hervorgehoben*
[b] *davor verwischte Tintenspuren*
[c] *erstes* o *aus* e *verb.*
[d] *erstes* d *aus* e *verb.*
[e] n *verb.*
[f] *davor freier Raum in der Breite von etwa 3–4 Buchstaben, wohl* id(us) *radiert*
[g] *Siegelfragment an Hanfschnüren.*

## BFW 268.

*Otto erkennt gemäß einem Spruch des Hofgerichts Graf Meinhard von Abensberg, der sich die Vogtei über die Güter des Klosters Admont zu Elsendorf widerrechtlich angemaßt hatte, diese ab und überträgt sie seinem Marschall Heinrich (von Kalden).*

*Nürnberg, (1209 Februar, ca. 9–19)*

*Abschrift von ca. 1240 in der Stiftsbibliothek zu Admont, Cod. 475, fol. 107v Nr. 68 bzw. Nr. 128 (B). – Insert in einem Vidimus Erzbischof Eberhards II. von Salzburg, der Bischöfe Rüdiger von Passau und Friedrich von Eichstätt, sowie Herzog Ottos von Bayern von 1244 (C), 1865 verbrannt, davon Abschrift des 17. Jh. im Stiftsarchiv zu Admont, Ooo-26e/1, fol. 2r–2v (C′) und Abschrift Muchars von 1817 ebenda, A-113a, fol. 226r (C′′). – Insert in der Urkunde Herzog Friedrichs II. von Österreich von 1244 VIII 25 im Bayerischen Hauptstaatsarchiv zu München, Kloster Hohenwart Urkunden Nr. 2 (D). – Abschrift von ca. 1280 im Stiftsarchiv zu Admont, Liber Msc. III Nr. 158 (E), 1865 verbrannt, davon Abschrift Pachlers von 1667 ebenda, A-109, fol. 276v–277r (E′). – Abschrift Muchars von 1817 ebenda, A-113a, fol. 206r (F).*

*Freyberg, Sammlung historischer Schriften 3, S. 147 Nr. 1 aus Abschrift von ca. 1728 von D = Dollinger – Stark, UB Abensberg S. 10 Nr. 12, irrig zu 1244. – Mon. Boica 31/1, S. 470 Nr. 247 aus Abschrift von ca. 1728 von D. – Wichner, Geschichte Admont 2, S. 275 Nr. 112 aus BE′F, zu 1209, wahrscheinlich Mai, Würzburg. – Zahn, UB Steiermark 2, S. 149 Nr. 96 aus B, zu 1209 Juni, Würzburg. – Fichtenau – Zöllner, UB Babenberger 2, S. 302 Nr. 434 aus D und Wichner.*

*Meiller in: Notizenblatt 1843, Regesten des österreichischen Herzogs Leopold VII. Nr. 45 mit Textauszügen. – Meiller, Reg. zur Geschichte der Markgrafen und Herzoge Österreichs S. 102 Nr. 78 (zu 1209 Juni, Würzburg) mit Textauszügen. – Meiller, Reg. archiepiscoporum Salisburgensium Nr. 115 (zu 1209 Juni). – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 184. – Nürnberger UB Nr. 125. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 42. – BFW 268.*

O(tto)[a] dei gratia Romanorum rex[b] et semper augustus[a] Admuntensis[c] ecclesie universitati gratiam suam et omne bonum. Vestre omnium sanctitati[d] significare pium duximus, quod abbas vester utpote vir[e] deo[e] dilectus apud Nurinberch[f] in presentia nostri[g] querimoniam deposuit, quod comes Meinhardus de Abinsperch[h] tam vos quam ipsum in prediis vestris Elsindorf[i] sitis nomine advocatie[j] intolerabiliter gravaret, eodem[k] asserente[l] comite, quod advocatiam illam quandoque[m] ab archiepiscopo Salzpurgensi[n], quandoque[o] a duce Austrie ac[p] Stirie[q] in beneficio receperit[r]. Verum quia[s] ambo idem principes in iudicio

[a–a] Otto – augustus in Elongata *B*, Otto *C′C′′DE′*
[b] imperator *BE′*
[c] Admontensis *C′E′*
[d] *so alle Abschriften*
[e–e] deo vir *F*
[f] Nurninberch *B, erstes* n *durch Punkte getilgt,* Nürmberg *C′,* Nurinperch *C′′,* Nvrinberch *D,* Nürnperg *E′,* Nurinberc *F*
[g] *so alle Abschriften*
[h] Abensperg *C′,* Abinsperg *E′,* Abinsperc *F*
[i] Elsendorff *C′,* Elsendorf *E′*
[j] advocatię *F*
[k] eadem *F*
[l] afferente *BF*
[m] quouque *F*
[n] Salzburgensi *C′D,* Salisburgensi *E′, fehlt F*
[o] quouque *F*
[p] et *C′C′′DE′*
[q] Styrie *C′E′F*
[r] acceperit *E′*
[s] quum *F*

nostro fuere presentes et a nobis diligenter[t] requisiti predicto comiti eandem advocatiam umquam inbeneficiasse[u] negarunt[v], sententia[w] principum illi usurpatam violenter advocatiam prorsus abiudicavit[x]. Nos igitur ad instantiam precum[y] abbatis humiliter petentis favore tam archiepiscopi quam ducis supradicti eadem predia fideli nostro Heinrico[z] marscalco[aa] commisimus defensanda[bb], cenobio vestro tam ius quam gratiam regalem perpetualiter exhibere volentes[cc].

---

[t] obligenter *F*
[u] *davor* se *E´*
[v] negarent *F*
[w] *fehlt F, stattdessen Auslassungsstriche*
[x] abdicavit *F*
[y] predicti *F*
[z] Henrico *E´*
[aa] marschalco *C´DF,* marschallo *E´*
[bb] defendenda *E´*
[cc] *hängendes Thronsiegel Ottos laut F.*

## BFW 270.

*Otto übergibt auf Bitte seiner Ministerialen und Bürger von Nürnberg dem D e u t s c h o r d e n s h o s p i t a l zu J e r u s a l e m die Kirche St. Jakob zu Nürnberg sowie das von Otnand von Eschenau und dessen Erben resignierte Reichsgut* Karlshouin *und nimmt die Kirche mit allen Gütern und Hörigen in seinen Schutz.*

*Bamberg, (1209) Februar 20*

*Abschrift des 14. Jh. im Geheimen Staatsarchiv Preußischer Kulturbesitz zu Berlin, XX HA OF 66, p. 183 (C). – Abschrift von 1392 im Sächsischen Hauptstaatsarchiv zu Dresden, 10004 Kopiale, Nr. 1324, fol. 26r (D).*

*Hennes, Cod. dipl. ordinis Theutonicorum 2, S. 1 Nr. 2 wohl aus D. – Nürnberger UB S. 87 Nr. 127 aus D.*

*Voigt, Geschichte des Deutschen Ritter-Ordens S. 33 (Erwähnung). – Frey, Schicksale S. 117 (Erwähnung). – Schrötter, Deutschordenshaus S. 57 (Erwähnung). – Tenner, Ritterordensspitäler S. 52 f. (Erwähnung). – Militzer, Entstehung der Deutschordensballeien S. 116 (Erwähnung). – Krämer, Dämonen S. 67 (Erwähnung). – BFW 270.*

Otto quartus dei gracia[a] Romanorum rex et semper augustus. Desiderium, quod ad[1] religionis propositum spectare[1] dinoscitur, libenti animo nos decet admittere et loca divino mancipata obsequio[b] feliciter promovere. Eapropter omnibus inperii[c] fidelibus presentibus et futuris notum facimus, quod nos divine retribucionis intuitu ad instantem peticionem ministerialium ac civium nostrorum de Nu%erenberg dedimus[d] in perpetuam proprietatem hospitali sancte Marie Theutunicorum[e] in Ierusalem[f] ecclesiam sancti Iacobi in ipsa civitate Nu%erenberg cum omnibus bonis, que inpresenciarum possidet aut in posterum dante[g] domino[g] poterit adipisci, insuper predium de Karlshouin[h], quod inperio[i] attinebat[j], per Otnandum[k] de Eskenawe[l] et heredes suos, qui illud in[m] feodo[n] habuerunt, nobis resignatum memorato hospitali libere contradidimus possidendum ipsam ecclesiam cum omnibus bonis et mancipiis suis sub regalem proteccionem nostram recipientes. Ad cuius rei indicium presentem kartam conscriptam sigillo nostro iussimus communiri.

Datum Babenberg[o] X[p] kal.[q] marcii, indiccione XII[r]; feliciter[s] amen[s].

---

[a] g *bzw.* gra *mit Kürzungszeichen CD*
[b] obsequiis *D*
[c] imperii *D*
[d] *fehlt D*
[e] Theutonicorum *D*
[f] Iherusalem *D*
[g–g] *fehlt C*
[h] Karlishouin *D*
[i] imperio *D*
[j] actinebat *D*
[k] Otmandum *D*
[l] Eskinowe *D*
[m] ibi *D*
[n] feudo *D*
[o] Bamberg *D*
[p] X° *D*
[q] kll *bzw.* kln *mit Kürzungsstrich durch die Oberschäfte CD*
[r] XII[a] *D*
[s–s] *fehlt D.*

[1–1] *Petrus Venerabilis, Epistulae 141, ed. Constable, Bd. 1, S. 349 Z. 6 f.*

## BFW 269.

*Otto beurkundet einen Spruch des Hofgerichts, demzufolge nicht dem Herrscher, sondern allein dem Erzbischof von* Salzburg *die Investitur des Bischofs von Gurk mit den Regalien zustehe.*

*Nürnberg – 1209 Februar 20*

*Original, 545 + 38 (–42) x 364 (–376) mm, im Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien, AUR 1209 II 20 (A).*

*Böhmer, Acta S. 209 Nr. 234 aus Transsumpt von 1431 im Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien. – Hirn, Kirchen- und reichsrechtliche Verhältnisse 79 Nr. 2 aus A mit 5. kal. – Schwind – Dopsch, Ausgewählte Urk. S. 41 Nr. 25 aus A und Transsumpt von 1431. – Jaksch, Mon. historica ducatus Carinthiae 1, S. 322 Nr. 423 aus A und Transsumpt von 1431. – Hauthaler – Martin, Salzburger UB 3, S. 122 Nr. 624 aus A und Abschrift in den Salzburger Kammerbüchern.*

*(Kleinmayrn), Nachrichten S. 250 (Erwähnung mit kurzem Textauszug in Anm. d). – Ankershofen in: Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen 14, S. 141 Nr. 677 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Meiller, Reg. archiepiscoporum Salisburgensium S. 194 Nr. 113 (mit Textauszügen, teilweiser Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Lefflad, Reg. der Bischöfe von Eichstätt 1, Nr. 357. – UB der Stadt und Landschaft Zürich 12, S. 32 Anm. 1. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1398. – Jaksch, Mon. historica ducatus Carinthiae 4/1, Nr. 1626. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 185. – Heidingsfelder, Reg. Eichstätt Nr. 545. – Nürnberger UB, S. 86 Nr. 126 (mit Textauszügen und Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 43 (mit Textauszügen und Anführung der Zeugen). – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1237. – BFW 269.*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # Regalis excellentię nostrę decet equitatem subiectorum commodis curam diligentem impendere et causas seu etiam lites, quociens coram nobis emerserint, quo pacto decidantur, scripturę amminiculo perpetuare, ut in posterum omni careat ambiguitate, quod prius â plurisque deduci solebat perverse in questionem. Eapropter noverit universorum imperii fidelium presens ętas et successura posteritas, quod, cum apud No%vrinberc imperialem locum sub frequentia principum curiam sollempnem celebraremus, Waltherus venerabilis Gurcensis episcopus unâ cum ęcclesię suę familia cleri et populi in nostra constitutus presentia exposuit nobis, quod ęcclesia Gurcensis eo modo fundata esset et dotata, quod ad imperium et nos necnon ad successores nostros Romanorum imperatores[a] et reges solummodo respectum habere deberet in hiis, quę ad regalium pertinent concessionem. Dilectus itaque princeps noster Euirhardus Salzpurgensis archiepiscopus proposuit exadverso, quod memorata Gurcensis ęcclesia ab antecessore suo Geuehardo felicis memorię auctoritate regia taliter creata esset et de prediis, decimis et parrochiis inprimis suę fundationis annis ditata, quod electio episcopi et concessio sive investura[b] regalium ac consecratio ad ipsum suosque successores nullo mediante pertinerent ostendens illud multis rationibus: primo per privilegium Heinrici quarti Romanorum regis, in quo expressum invenimus et manifeste contineri Gurcensem ęcclesiam taliter fundatam esse, quod electio episcopi et concessio sive investura[c] regalium ac consecratio ad Salzpurgensem archiepiscopum pertineret; secundo per sententiam Friderici Romanorum imperatoris apud Augustam[d] antiquitus promulgatam; tercio possessionem longissimam sive concessionem circa investituram regalium vivo testimonio comprobavit. Intellectis vero singulis, quę ab

[a] *diplomatisches Kürzungszeichen durch Riss in der Faltung beschädigt*
[b] *so A,* e *wohl aus geradem Mittelschaft verb.*
[c] *so A*
[d] g *verb.*

utraque proponebantur, atque super hiis principum sententiam requirentes Engilhardus venerabilis Nuenburgensis episcopus talem protulit sententiam, quod archiepiscopus Salzpurgensis suique successores concessionem sive investituram regalium in Gurcensi ęcclesia habere debeat, quam tantorum principum videlicet Heinrici quarti Romanorum regis et Friderici imperatoris scriptis autenticis et vivo testimonio comprobasset. Quam sententiam universi principes in nostra tunc constituti presentia equam et semper observandam uno ore firmiter proclamarunt. Nos itaque deo nobis auxiliante in cunctis agendis nostris iusticię semitam tenere cupientes hiis et aliis, quę dicta fuerunt, auditis et presertim quia iam dictus Gurcensis episcopus coram nobis est confessus, quod nec ipse nec antecessores sui regalium investituram â Romanorum regibus vel imperatoribus aliquo tempore recepisset, Gurcensem ęcclesiam matris suę Salzpurgensis ęcclesię cum omni iure investiturę regalium subicimus potestati, ipsi episcopo suisque successoribus circa questionem regalium perpetuum silentium imponentes. Ut autem hec omnia rata[e] semper et illibata permaneant, hanc divalem paginam exinde conscriptam sigilli nostri charactere iussimus communiri. Testes huius rei sunt: Mangoldus Pattauiensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus, Hertwicus Eistedensis episcopus, Cono abbas Elwacensis, Bernhardus dux Karinthię, comes Hartmannus de Wirtinberc, comes Lodwicus frater eius, Rapoto et Heinricus comites de Ortinberc, comes Albertus de Dilngen, Bertholdus de Niffên, Luitoldus de Reginsperc, Conradus de Krenchingên, Heinricus marscalcus de Kallindin, Heinricus dapifer de Walpurc, Waltherus pincerna et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi. # (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus regalis aulę cancellarius vice domini Sifridi Magunt(ini) archiepiscopi tocius Germanię archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis millesimo C°C°VIIII°, indictione XIII[a], regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso, anno regni eius XII°. Dat.[f] apud No%vrinberc X° kalendas marcii.

(SP.D.)[g]

---

[e] *zweites* a *verb.*
[f] Dat. – marcii *mit Abstand von ca. 5 Wörtern zum vorhergehenden Text etwa in der Mitte der Zeile eingetragen*
[g] *rote, grüne und weiße Seidenfäden erhalten.*

## BFW 271.

*Otto bestätigt dem Zisterzienserkloster E b r a c h die durch Kaiser Heinrich VI. vorgenommene Restitution des Gutes Schwabach mit der dazugehörigen Pfarre und nimmt beide in seinen Schutz.*

*Rothenburg (ob der Tauber), (1209) Februar 24*

*Original, 257 + 33 (–37) x 282 (–295) mm, im Staatsarchiv zu Würzburg, Kloster Ebrach Urkunden 1209 Februar 24 (A).*

*Conclusiones Beylage 2, Privilegia imperatorum S. 5 Nr. 46. – Falckenstein, Chronicon Svabacense ed. II. S. 18 Anm. t. – Sinold von Schütz, Corpus historiae Brandenburgicae diplomaticum 1/4, S. 55 Nr. 23 (zu 1201) aus einer heute nicht mehr nachweisbaren Abschrift in der Registratur der Stadt Schwabach (vgl. Goez, Cod. dipl. Ebracensis S. XLVIII). – Falckenstein, Antiquitatum Nordgaviensium Cod. dipl. 4, S. 44 Nr. 26 aus A = Falckenstein, Urkunden und Zeugnisse S. 44 Nr. 26. – Mon. Boica 29/1, S. 551 Nr. 596 aus A. – Goez, Cod. dipl. Ebracensis S. 243 Nr. 115 aus A.*

*Posse, Siegel 1, Tafel 25 Nr. 1 Abb. des Siegels (rekonstruiert aus BFW 271 und BFW 236) und 5, S. 27 Nr. 1 (Beschreibung).*

*(Sölner), Brevis notitia (1738) S. 69 Nr. 6 = (Sölner), Brevis notitia (1739) S. 83 Nr. 6. – Lang, Reg. rer. Boicarum 2, S. 35. – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 2, Nr. 333. – Weller, Hohenlohisches UB 1, Nr. 29. – Wagner, Schwabach S. 68 Nr. 126. – Kaspar, Chronik Ebrach S. 27 Nr. 6. – Vorrath, Kloster Ebrach S. 45 (Erwähnung). – Eigler, Schwabach S. 195 Anm. 10 (Erwähnung, mit der irrigen Nennung Friedrichs II. als Aussteller). – BFW 271.*

*Beim Text handelt es sich weitgehend um eine wortwörtliche Wiederholung der Urkunde Heinrichs VI. vom 16. Juli 1195 für Ebrach (Böhmer – Baaken 463; VU I). Eine kurze Wendung wurde der Urkunde Philipps von Schwaben vom 15. März 1200 für denselben Empfänger entnommen (DPh. 39; VU II).*

# Otto # dei gratia Romanorum rex et semper augustus. **/I/** Ea, quę nobis relacione certissima multorum fidelium nostrorum indubitanter constant, ad noticiam deferri cupimus universorum tam presencium quam futurorum, quod * felicis memorię Fridericus de Rotenburch sub manu salamanni nobilis scilicet viri Chunradi de Wichardesheim predium suum in Svaba cum euiusdem[a] loci parrochia et omnibus aliis eidem predio attinenciis pro reconpensacione divina contulit monasterio et usibus fratrum in Ebera deo famulancium. Ita sane cenobio predicto parrochia in Svaba est collata, ut statim post parrochiani, qui tunc eam temporis habuit, decessum in[b] usum et sustentacionem fratrum transiret Ebercensium[c]. Verum postea iam dicti fratres iniuste a parrochia predicta alienati, tandem devenit gloriosi imperatoris Heinrici in potestatem. De hac itaque re ab abbate et fratribus suis conventus predictus imperator et sepius ab aliis fidelibus suis admonitus tandem resipuit et pro remedio animę suę et serenissimi patris sui Friderici divi augusti et omnium parentum suorum ius, quod prius habuerant fratres Ebercenses[d] in parrochia predicta, eis reddidit et, ut eam, sicut primitus acceperant, ad utilitatem et sustentacionem sui, prout melius iudicaverint, ordinent atque disponant. **/II/** Nos igitur per omnia factorum suorum vestigia imitari[e] volentes **/I/** pagina presenti decernimus ac sigillo nostre maiestatis testibus eciam idoneis adhibitis * idem predium in Svaba cum predicta parrochia iam dictis fratribus in Ebera confirmamus et in nostram regalem defensionem

---

[a] euidem *mit* us-*Haken an* i
[b] *langes wohl aus kurzem* i *verb.*
[c] Ebcensium *mit* er-*Kürzung an* b, *statt* Eberacensium *VU*
[d] Ebcenses *mit* er-*Kürzung an* b, *statt* Eberacenses *VU*
[e] *letztes* i *verb.*

accipimus decernentes et inconcusse affirmantes, ut penitus nullam ullius Eberacenses et incole predii eiusdem paciantur exactionem nec ullum habeant advocatum, nisi eum solum, qui Romanum tenet imperium, vel quem ipsi fratres ad sue defensionis elegerint subsidium. Et si is, qui electus fuerit, contra ius ac voluntatem[f] predictorum fratrum in aliquo venire presumpserit, habeant ipsi fratres per regiam cognicionem eum removendi potestatem. Huius[g] nostre concessionis et confirmacionis[h] testes * sunt: dominus Chunradus Spirensis episcopus et cancellarius, Gerlaus prepositus Novi Monasterii in Wirceburc, Helfericus notarius regis, Gebehardus burcravius Magdeburgensis, Heinricus de Hohenloch et frater eius Albertus, Albertus de Enseh, Vlricus de Ergersheim, Chunradus et fratres eius Heinricus et Ludevicus de Stolberch, Sifridus de Rotenburch, Heinricus magister coquine regis et alii quam plurimi. Dat. in Rotenburch VI° kal. marcii.

(SP.1.)[i]

---

[f] u *durch Abreibung beschädigt*
[g] *langes aus kurzem* i *verb., danach Rasur eines runden Schluss-*s *und* us*-Haken an* i *ergänzt*
[h] *letzter Schaft des* m *verb.*
[i] *an roten, grünen und violetten Seidenfäden.*

## BFW 272.

*Otto befiehlt seinen Amtleuten, die Güter des Prämonstratenserklosters R o t  a n  d e r  R o t , das er mit allen Leuten und Gütern in seinen Schutz nimmt und dem er Güterschenkungen seiner Ministerialen und Kaufleute gestattet, zu schützen und ihnen Recht, Rat und Hilfe zu gewähren.*

*Esslingen, 1209 März 4*

*Original, 206 + 26 x 210 (–217) mm, im Hauptstaatsarchiv zu Stuttgart, H 51 U 30 (A).*

*Stadelhofer, Hist. collegii Rothensis 1, S. 128 Nr. 2 wohl aus A (mit Regest S. 60). – Wirtembergisches UB 2, S. 374 Nr. 545 aus A.*

*Neugart, Episcopatus Constantiensis 1/2, ed. Mone, S. 173 (Erwähnung). – Diehl, UB Esslingen 1, S. 3 Nr. 10. – Die deutschen Königspfalzen 3, S. 104 Nr. 7. – BFW 272.*

# Otto # dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis officiatis suis, ad quos heę literę pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Significamus vobis, quod nos divinę remunerationis intuitu ęcclesiam in Rotha cum omnibus hominibus deo ibi famulantibus et cum omnibus bonis tam mobilibus quam immobilibus ipsi ęcclesię attinentibus sub nostram recipimus protectionem volentes, ut iam dicta ęcclesia sub nostra ubique gaudeat et tuta sit defensione. Mandamus igitur vobis universis ac singulis ac per gratiam nostram districte vobis precipimus, ut vos bona prefatę ęcclesię, ubicumque apud vos sita sunt, tamquam nostra vel tamquam vestra propria manuteneatis et ab omnibus malefactoribus tueamini. Et quandocumque aliquis de iam dicta ęcclesia aliquam querimoniam ad aliquem vestrum detulerit, vos eidem loco nostro plenam faciatis iusticiam et in omnibus negociis suis consilium ei et auxilium impendatis. Item de regię etiam liberalitatis dono dictę ęcclesię concedimus et indulgemus, ut quicumque de ministerialibus sive mercatoribus nostris pro remedio animę suę de proprietatibus suis mobilibus sive immobilibus ipsi ęcclesię aliquid contulerit, gratum id nos et ratum habere et ęcclesię perpetualiter permanendum confirmamus. Ad cuius rei evidentiam hanc paginam conscribi iussimus et maiestatis nostrę bulla communiri.

Dat. apud Ezzilingen IIII non. marcii, indictione XII[a].

(SP.D.)[a]

[a] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 273.

*Otto nimmt die Kirche zu Feuchtwangen in seinen Schutz, bestätigt ihr alle Rechte und Privilegien, die ihr von Karl dem Großen und dessen Nachfolgern verliehen wurden, und verbietet, sie zu belästigen.*

*Esslingen, 1209 März 4*

*Abschrift des 14. Jh. im Staatsarchiv zu Nürnberg, Stift Feuchtwangen, Rep. 159 Nr. 12 (C). – Abschrift vom Anfang des 19. Jh. im Staatsarchiv Aargau zu Aarau, NL.A–0096/003, p. 345 (G).*

*Steichele, Bisthum Augsburg 3, S. 350 Anm. 46 aus einer Abschrift von 1630 im Kopialbuch des Klosters Feuchtwangen im Staatsarchiv zu Nürnberg.*

*Stieber, Nachricht von dem Fürstenthum Brandenburg-Onolzbach S. 360 (mit kurzem Textauszug). – Jacobi, Geschichte Feuchtwangen S. 181 Nr. 5 (mit kurzem Textauszug) und S. 11 (Erwähnung). – Schaudig, Geschichte Feuchtwangen S. 9. – Hörber – Bruckner, Urk. des Stiftes Feuchtwangen Nr. U 1. – BFW 273.*

Otto dei gratia Romanorum rex semper augustus. Notum facimus per presens scriptum publicum universis fidelibus imperii, quod nos ecclesiam in Fuhtwang[a], quam fundavit Karolus[b] imperator, cum personis deo ibi servientibus et cum omnibus suis mobilibus et immobilibus ipsi ecclesie attinentibus sub nostram regalem recepimus protectionem, universa quoque[c] iura et privilegia, que vel Karolus imperator fundator ipsius ecclesie vel aliquis suorum successorum Romanorum imperatorum sive regum usque ad hec nostra tempora iam dicte concessit ecclesie, omnes quoque bonas[d] et honestas consuetudines, quibus hactenus usi sunt, regia eis[e] auctoritate confirmamus. Mandamus igitur et per gratiam nostram firmissime precipimus[f], ut[g] nemo sit[g], qui iam dictam ecclesiam in Fuhtwanch[h], quam nos in specialem nostram tuitionem[i] suscepimus, in aliquo gravare presumat vel molestare nec ei presumat infringere quidquid iuris[j] vel qualecumque privilegium ipsi ecclesie indultum est a Karolo imperatore et suis successoribus usque ad hec nostra tempora, que nos nostra regia confirmavimus[k] auctoritate. Quicumque vero contra hanc nostram concessionem et confirmationem aliquo modo in preiudicium ipsius ecclesie aliquid[l] attemptaverit, iram nostre maiestatis se sciat incurrisse[m].

Datum apud Ezzelingen anno dominice incarnationis M°CC°VIII°, quarto non. marcii, indictione XII[a] [n].

---

[a] Fuhtwanc *G*
[b] Carolus *G*
[c] *so wohl C, durch Fleck beschädigt*
[d] *über der Zeile aus* veras *verb.*
[e] nostra *G sowie auch die von C abhängigen Abschriften*
[f] *zunächst* precimus, pi *sofort über der Zeile ergänzt*
[g–g] ut–sit *über der Zeile aus einem durch Streichung unleserlichen Wort verb.*
[h] Fuhtwanc *G*
[i] *folgt gestrichen* susp
[j] *davor* pre-*Kürzung gestrichen*
[k] confirmamus *G sowie auch die von C abhängigen Abschriften*
[l] *fehlt G*
[m] *nach* in *zunächst irrig* curisse *gestrichen*
[n] *folgt C:* Adicimus etiam et volumus, ut omnes persone utriusque sexus, cuiuscumque conditionis, status, ordinis existant, que prefato monasterio quocumque iure iudiciali, censuali sive servili subsint, ne per aliquem iudicem provincialem, advocatum sive civilem, quocumque nomine censeatur, conpellantur.

## BZ 35.

*Otto stimmt dem zwischen Bischof Otto II. von F r e i s i n g und Herzog Ludwig von B a y e r n getroffenen Vergleich betreffend Einkünfte in München zu.*

*Hagenau, 12(09) März 11*

*Abschrift vom Ende des 16. Jh. im Bayerischen Hauptstaatsarchiv zu München, Hochstift Freising Lit. Nr. 335/VII fol. 27v (D).*

*Hucker, Kaiser Otto IV. S. 657 Nr. 1 aus D.*

*Katalog Otto IV. S. 69 Abb. 3 und S. 373 Nr. 61 Abb. – Seibert, Otto IV. und das Herzogtum Bayern S. 37 Abb.*

*Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 44. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 167. – BZ 35.*

Otto quartus dei gracia Romanorum rex et semper augustus. His, que a maiestate nostra postulantur, favorem nostrum eo libencius impertimur, quo per ea fidelibus nostris maior accedit utilitas et legitimis nihil deperit institutis. Quapropter notum facimus universis imperii fidelibus presentibus et futuris, quod maiestati nostre placet gratamque gerimus et acceptam composicionem illam, quam dilecti principes nostri O(tto) Frisingensis episcopus et L(udewicus) dux Bauarie inter se fecerunt de percipiendis redditibus in burgo Monacum appellato. Ad cuius rei evidentem noticiam hanc paginam inde conscriptam sigillo nostro iussimus communiri.

Dat. apud Hagenowe anno domini millesimo C°C° [a], V idus marcii, indicione XII.

[a] *danach Raum für die genaue Jahreszahl freigelassen.*

## BFW 274.

*Otto versichert* P a p s t   I n n o c e n z   I I I . , *dessen rechtmäßigen Nachfolger und die* r ö m i s c h e   K i r c h e *seines Gehorsams und seiner Ehrerbietung, sagt den Kapiteln die freie Wahl ihrer Prälaten zu, gewährt in kirchlichen Angelegenheiten Appellationen an den heiligen Stuhl, verzichtet auf das Spolien- und Regalienrecht, verspricht Hilfe gegen die Ketzer und wiederholt seine bereits gegebenen Zusagen bezüglich der Rekuperation von Besitzungen durch den Papst und des Erhalts und der Verteidigung des Königreichs Sizilien.*

*Speyer, 1209 März 22*

*Original, 533 (–538) + 40 x 410 (–416) mm, im Archivio Apostolico Vaticano, A.A. Arm. I–XVIII, 22 (A).*

*Bzovius, Annalium ecclesiasticorum (ed. 1616) tom. 13, Sp. 156 Nr. 2 aus Abschrift im RNI = (ed. 1617) tom. 13, S. 125 Nr. 2 = (ed. 1621) Sp. 153 Nr. 2 = Odoricus Raynaldus, Annales ecclesiastici (1667) unpag. zu 1209 = Odoricus Raynaldus, Annales ecclesiastici 13, (1692) S. 167 = Roccaberti, Bibliotheca maxima pontificia 10, (1698) S. 129 unvollständig, = Annales ecclesiastici 1 (1747), ed. Mansi, S. 280 Nr. 10, = Annales ecclesiastici 20, ed. Theiner, (1870) S. 256. – Baluze, Epistolarum Innocentii III. libri undecim 1, S. 762 ep. 189 aus Abschrift im RNI = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 309 § 49, = Migne, PL 216, Sp. 1169 Nr. 189 = La Farina, Rischiarazioni (1857) S. 462 Nr. 96, = Grotefend, Charakteristik (1886) S. 37 Anmerkung 2, = Tangl, Register Innocenz´ III. S. 228 Nr. 189 in deutscher Übersetzung. – Schaten, Annalium Paderbornensium pars 1, S. 956 unvollständig zu 1210 = Heineccius, Antiquitatum Goslariensium libri sex S. 210, = Vitriarius – Pfeffinger, Vitriarius illustratus ed. III. 1, S. 599, = Schaten, Annalium Paderbornensium pars 1, ed. II. S. 670. – Dissertatio historica (1709), Appendix S. 98 aus Abschrift im Transsumpt des Propstes Otto von Speyer von 1274 VI 6. – Lünig, Reichs-Archiv 19, S. 164 Nr. 7 mit Inkarnationsjahr 1208 = Bünting – Letzner – Rehtmeyer, Braunschweig-Lüneburgische Chronica 1, S. 446 aus Lünig und Vitriarius – Pfeffinger. – Lünig, Cod. Italiae dipl. 2, Sp. 707 Nr. 11. – Conring – Goebel, Operum tom. 1 (1730), S. 302 Anmerkung a. – MGH Leges 2, S. 216 aus Abschrift im RNI. – Antonelli, Ragioni (1741) S. 271 aus Abschrift im Transsumpt Innocenz´ IV. von 1245 VII 13. – Theiner, Cod. dipl. dominii temporalis S. Sedis 1, S. 42 Nr. 54 aus A und Abschrift im RNI = Roskovány, Romanus pontifex 5, (1867) S. 75 Nr. 76 Auszug, = Doeberl, Mon. Germaniae selecta 5, S. 21 Nr. 10. – Diemand, Ceremoniell S. 145 als Formular ohne Nennung des Herrschernamens aus unvollständiger Abschrift aus dem späten 13. Jh. in der Zentralbibliothek zu Zürich. – MGH Const. 2, S. 36 Nr. 31 aus A = (Mercati), Raccolta di concordati 1, S. 38 Nr. 10 und mit A kollationiert, = Weissembach, Quellen (1913) S. 187 Nr. 15 Auszug aus MGH Const. 2. – Brandi, Urkunden und Akten (1913) S. 57 Nr. 39 aus A = ed. II. S. 57 Nr. 39 = ed. III. S. 66 Nr. 50. – Kempf, Regestum Innocentii III papae S. 400 Nr. 189 aus Abschrift im RNI. – Holtzmann, Register 2, S. 235 Nr. 189 aus Abschrift im RNI.*

*Specimina palaeographica Tafel 8 (Abb. der Abschrift im RNI) mit Beschreibung S. 20 f. – Kaiserurk. in Abb. Lfg. 10, Tafel 22 (Abb. von A) mit Beschreibung S. 447–449. – Posse, Siegel 1, Tafel 25 Nr. 2 und 3 (Abb. der Vorder- und Rückseite der Goldbulle) mit Beschreibung 5, S. 27 Nr. 2. – Sella, Le bolle d´oro Tafel 2 Nr. 4 (Abb. der Vorder- und Rückseite der Goldbulle) mit Beschreibung S. 43 Nr. 4. – Peitz, Regestum (Abb. der Abschrift im RNI) mit Beschreibung S. 28 f. – Martini, Gold Seals Nr. 5 (Abb. der Vorder- und Rückseite der Goldbulle) mit Beschreibung S. 45. – Katalog Goldsiegelsammlung Nr. 5 (Abb. der Vorder- und Rückseite der Goldbulle). – Hucker, Kaiser Otto IV. Abb. 27a (Abb. der Vorderseite der Goldbulle). – Das Geheimarchiv des Vatikan S. 90 Tafel 26 (Abb. von A) und S. 91 Tafel 27a und b (Abb. der Vorder- und Rückseite der Goldbulle) mit Beschreibung S. 91. – Franchi, Ascoli imperiale S. 188 (Abb. der Goldbulle). – Hucker, Otto IV. S. 657 Nr. 11 (Abb. der Vorder- und Rückseite der Goldbulle). – Katalog Otto IV. S. 390 Kat.Nr. 84 (Abb. der Vorder- und Rückseite der Goldbulle) mit Beschreibung.*

*Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1297 (zu 1208). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 824 Nr. 6. – Huillard-Bréholles in: Notices et extraits 21/2, S. 286 Nr. 19. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 144. – BFW 274 (vgl. BFW 9992g).*

*Als Textvorlage diente das von Otto am 8. Juni 1201 an den Papst gerichtete und in der ersten Person Singular abgefasste Schreiben, mit dem er geschworen hatte, die Besitzungen und Rechte der römischen Kirche schützen zu wollen und Hilfe bei der Rekuperation derselben versprach (BFW 217; ed. MGH Const. 2, S. 27 Nr. 23; VU).*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # Recognoscentes ab eo nostrę promotionis donum misericorditer processisse, á quo est omne[1] datum optimum et omne donum perfectum[1], ipsum eiusque vicarium et sponsam eius,

sanctam ęcclesiam, disposuimus et decrevimus magnifice honorare, ut qui nobis in presenti temporale contulit regnum, in futuro quoque tribuat sempiternum. Proinde vobis, reverentissime pater et domine summe pontifex Innocenti, quos pro multis beneficiis nobis impensis sincerissimo veneramur affectu, vestrisque catholicis successoribus et ęcclesię Romane omnem obedientiam, honorificentiam et reverentiam semper humili corde ac devoto spiritu impendemus, quam predecessores nostri reges et imperatores catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur, nichil ex hiis volentes diminui, sed magis augeri, ut nostra devotio clarius enitescat. Illum igitur abolere volentes abusum, quem interdum quidam predecessorum nostrorum exercuisse dicuntur in electionibus prelatorum, concedimus et sanctimus, ut electiones prelatorum libere ac canonice fiant, quatinus ille preficiatur ęcclesię viduatę, quem totum capitulum vel maior et sanior pars ipsius duxerit eligendum, dum modo nichil ei obstet de canonicis institutis. Appellationes autem in negociis et causis ęcclesiasticis ad apostolicam sedem libere fiant eorumque prosecutionem sive processum nullus impedire presumat. Illum quoque dimittimus et refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prelatorum aut etiam ęcclesiarum vacantium nostri consueverunt antecessores committere pro motu proprię voluntatis. Omnia vero spiritualia vobis et aliis ęcclesiarum prelatis relinquimus l[ib]ere disponenda, ut quę[2] sunt cesaris cesari et quę sunt dei deo recta distributione reddantur[2]. Super eradicando autem hereticę pravitatis errore auxilium dabimus et operam efficacem. Possessiones etiam, quas ęcclesia Romana recuperavit, ab antecessoribus nostris seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus et ipsam ad eas rettinendas bona fide promittimus adiuvare. Quas vero nondum recuperavit, ad recuperandum pro viribus erimus adiutores, et quecumque ad manus nostras devenient, sine difficultate ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra, quę est á Radicofano usque ad Ceperanum, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comittissę Mahtildis, comitatus Brittenorii, exarchatus Rauennę, Pentapolis cum aliis adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum et regum á tempore Lodwici, ut eas habeat Romana ęcclesia in perpetuum, cum omni iurisditione, districtu et honore suo. Veruntamen cum ad recipiendum[a] coronam imperii vel pro necessitatibus ęcclesię ab apostolica[b] sede vocati venerimus, de mandato summi pontificis recipiemus procurationes sive fodrum ab illis. Adiutores etiam erimus ad rettinendum et defendendum ęcclesię Romanę regnum Sicilię ac cetera iura, quę ad eam pertinere noscuntur, tamquam devotus filius et catholicus princeps. Ut autem hec omnia memorato sanctissimo patri nostro domino Innocentio sacrosanctę Romane ęcclesię summo pontifici eiusque successoribus per nos et nostros successores Romanorum imperatores et reges observentur fir[maqu]e et inconvulsa semper permaneant, presens exinde privilegium conscriptum maiestatis nostrę aurea bulla iussimus communiri.

# Sicnum[c] domini Ottonis quarti Romanorum recis[d] invictissimi. # (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus vice domini Sifridi Maguntini archiepiscopi et tocius Germanię archicancellarii regalis aulę cancellarius recognovi. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis

---

[a] *so A*
[b] *erstes* a *aus* e *verb. A*
[c] *so A*
[d] *so A*

millesimo C[o]C[o]VIIII[o], indicti[one] XII[a], regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso, anno regni eius undecimo. Datum apud Spiram XI[o] kalendas aprilis.

(B.1.)[e]

---

[e] *die originalen roten Seidenfäden nicht erhalten, Goldbulle heute mittels nachträglich angebrachter Öse und feiner roter und gelber Seidenschnüre an der Urkunde befestigt.*

[1–1] *Jac. 1, 17*
[2–2] *vgl. Mt. 22, 21.*

## BFW 276.

*Otto bestätigt den Bewohnern der Stadt S t a d e unter ausdrücklicher Bewahrung der von seinem Vater Herzog Heinrich von Sachsen getroffenen Verfügungen ihre bisherigen und weitere Rechte.*

*Altenburg, 1209 Mai 2*

*Original, 599 (–611) + 34 x 384 (–406) mm, im Stadtarchiv zu Stade, Urkunden Orig. Nr. 2 (A). – Abschrift von 1329 VI 8 als Insert in der Originalurkunde Ludwigs des Bayern ebenda, Urkunden Orig. Nr. 12 (B).*

*Wallich, Relatio de incendio Stadano S. 109 Auszug in deutscher Übersetzung, zu 1200. – Roth, Antiquissimum documentum S. 4 aus A = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 784 Nr. 293. – Ricci, Zuverläßiger Entwurff von Stadt-Gesezen S. 168 §12 unvollständig. – Pufendorf, Observationes iuris universi 2, Appendix S. 152 Nr. 4 = Gengler, Deutsche Stadtrechte S. 455 Nr. 329. – Pratje, Bremen und Verden 6, S. 97 Nr. 9 aus A. – Hülsemann, Observationes ad Statuta Stadensia S. 23 f. § 19 Teildruck. – Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Reg. 1, S. 130 Nr. 267 aus A = Elenchus fontium historiae urbanae S. 174 Nr. 108 Teildruck.*

*Roth, Antiquissimum documentum Tafel Nr. 1–4 (Nachzeichung der Intitulatio, des Beginns der ersten Kontextzeile, des Siegels und des Monogramms). – Bohmbach, Stadtverfassung S. 20 (Abb.). – Bohmbach, UB Stade S. 288 Abb. 2 (Abb. des unteren Teils der Urkunde mit Siegel). – Stade Siedlungsanfänge S. 108 (Siegelabb.) und S. 110 (Abb. des unteren Teils der Urkunde mit Siegel).*

*Grothaus, Statuta Stadensia S. 9 (Erwähnung) und S. 21 f. (mit Textauszügen). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 152 Nr. 8. – Adelung, Directorium S. 105 Nr. 319 (Erwähnung mit Anführung einiger Zeugen). – Lappenberg, Hamburgisches UB 1, Nr. 374 (mit kurzem Textauszug). – Riedel, Cod. dipl. Brandenburgensis 2/1, S. 4 Nr. 8 (mit Wiedergabe einiger Zeugennamen und der Datierung). – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 31. – Aspern, Cod. dipl. historiæ comitum Schauenburgensium 2, S. 3 Nr. 3 (mit Wiedergabe eines Zeugennamens und Teilen der Datierung). – Meklenburgisches UB 1, Nr. 188 (mit Wiedergabe einiger Zeugennamen und der Datierung). – Heinemann, Cod. dipl. Anhaltinus 1, Nr. 771 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Cohn in: Forschungen zur deutschen Geschichte 9, S. 547 Anmerkung 1 (Erwähnung mit Wiedergabe einiger Zeugennamen). – Höhlbaum, Hansisches UB 1, Nr. 83. – Knochenhauer, Geschichte Thüringens S. 266 Anmerkung 5 (Erwähnung). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 46 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Wittpenning, Urkunden-Register S. 400. – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 2, Nr. 335 (mit Wiedergabe der Datierung). – Posse, Cod. dipl. Saxoniae regiae 1/3, Nr. 133 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1404 (mit Anführung der Zeugen). – Krabbo – Winter, Reg. der Markgrafen von Brandenburg 1, Nr. 540. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 189. – May, Reg. der Erzbischöfe von Bremen 1, Nr. 709. – Patze, Altenburger UB Nr. 65 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Wohltmann, Geschichte der Stadt Stade S. 62 (Erwähnung). – Bohmbach, UB Stade S. 26 Nr. 27 (ausführliches Regest mit Textauszügen und Wiedergabe der Datierung). – Die deutschen Königspfalzen 2, S. 46 Nr. 14 (mit Anführung der Zeugen). – BFW 276.*

*Durch Löcher in den Faltungen und an den Rändern verursachter Buchstaben- bzw. Textverlust wurde mittels eckigen Klammern gekennzeichnet, die Ergänzung der entsprechenden Stellen erfolgte mit Hilfe des Inserts in der Urkunde Ludwigs des Bayern vom 8. Juni 1329 (B). Als Vorlage für den ersten Teil der Dispositio (von deren Beginn bis zur Wendung* census debitum persolvant*; vgl. Anmerkung j) diente eine heute verlorene Urkunde Heinrichs des Löwen (DHdL. *124), die vermutlich im Jahr 1189 ausgestellt wurde. Eine längere Passage innerhalb dieses Teils (*Si quis vir vel mulier – ab ea commissa procuratione*; vgl. Anmerkung h) stimmt wortwörtlich mit Bestimmungen überein, die Friedrich I. am 28. November 1186 der Stadt Bremen mit DF. I. 955 bestätigt hatte.*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # Iustis fidelium suorum postulationibus inclinari regia novit benignitas et circa ipsorum[a] commoda curam efficacem et operam impendere diligentem. Quapropter universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris duximus innotescendum, quod nos inspecta fidelium nostrorum, qui Stadiis civitatem inhabitant, devotione ipsos in iure suo[b], quod ad eiusdem loci profectum recolendę

---

[a] o *wohl aus* a *verb. A*

[b] o *aus* ę *verb. A*

memorię Heinricus dux Saxonię pater noster statuit, diligenter volumus conservare eiusdem[c] predilecti patris[d] nostri tam in hiis quam in aliis, quę laudabiliter gessit, vestigia cupientes imitari. Concedimus itaque ipsis et[e] indulgemus, ut burgenses et optimi cives coram advocato vel alio quovis iudice iuricapium, quod vulgariter vâre dicitur, in iudicio omnimodis non sustineant. Qui moram fecerit et advocati edicto tardius steterit, octo denarios in vadio componat. Qui insolentiam per strepitum fecerit, octo denarios componat. Item in iure concesso statuimus, ut si quis alteri alapam dederit vel aliam aliqua intulerit lesionem, advocato in quatuor solidos componat. Si lesus servilis conditionis homo fuerit aut censualis, in satisfactionem octo solidos accipiat. Si ingenuus sive libertus vel ministerialis fuerit, qui leditur, talentum in compositionem satisfactionis accipiat, nichilominus advocatus quatuor solidos in vadio. Concedimus preterea, ut in quolibet casu vel excessu advocatus non plus quam octo in causis principalibus[f] solidos in vadii compositionem accipiat. Ubi aliquis in calore et vehementia animi sui cum altero conflictum fecerit et gladium eduxerit pacemque in sanguinis effusione violaverit, ita quod reus sanguinis capite [pl]ecti vel manu truncari debeat, coram comite, dum[g] pro tribunali [in ple]biscito sederit, sexaginta solidos in vadio et civibus nonaginta componat. Si[h] quis vir vel mulier [in ci]vitate Stadensi sub eo, quod vulgo dicitur wicbelet[he, per annum et d]iem nullo impetente permanserit, et si quis postea libertati eius obviare voluerit, actori silentio imposito probationis liceat ei dicti temporis prescriptione libertatem suam probare. Si quis autem huiusmodi hominem impecierit[i], primum in ingressu causę fideiussores congruos ponat et, si in propositione sua procedere non potuerit, impetito et iudici componat utrique secundum ius suum. Ad hec, si quis sub wicbelethe in civitate Stadiensi mortuus fuerit, suum herwede sub iudiciaria potestate per annum et diem permaneat sub expectacione legitimi heredis, qui illud hereditario iure debeat obtinere. Huic vero conditioni connectimus, ut nullus omnino lito in vestram civilem iusticiam, nisi ex permissione et licentia domini sui, coram iudice et communi vulgo recipiatur. Preterea si quis aliquam hereditatem acquisierit in civitate Stadiensi sub wicbelethe et eam per annum et diem nullo impetente possederit, ipse propior et magis idoneus habeatur ad probationem obtinendę hereditatis quam alter ad auferendum, nisi forte dominus areę eam vendiderit in propria persona vel certi nuncii sui ab ea commissa procuratione[h]. Omnes autem areas illas, quę fuerunt Erici de Bed(er)ikesa, quas felicis memorię archiepiscopus Sifridus et post eum antefatus pater noster dux Heinricus per recompensationem bonorum suorum liberaverunt, illas libere tradimus burgensibus eisdem sub iure, quod vocant wicbeleth(e), ita, ut ab omni iure quorumlibet et exactionibus et iudicio sint exceptę et nulli de eis aliquid respondeant nisi soli advocato civitatis, qui dicitur wicuogit, in iure suo et tantum dominis suis, quorum prius erant areę, censum debitum persolvant[j]. Addimus preterea eisdem burgensibus, ut â bottingis omnino sint liberi ita, ut eos botingis nemo considere et eos ibi iurisdicioni stare de cetero possit coartare. Concedimus preterea, ut omnes viarum exitus et omnia

---

[c] *zweites* e *durch Faltung stark abgerieben A*
[d] *unterer Bogen des runden Schluss-*s *verblasst A*
[e] *Kürzungszeichen für* et *stark verblasst A*
[f] *Oberlänge des* b *abgerieben A*
[g] u *verb. A*
[h–h] Si quis – procuratione *vgl. DF. I. 955*
[i] *unterer Bogen des ersten* e *am Zeilenende abgerieben A*
[j] *bis hierher folgt der Text inhaltlich wohl weitgehend einer Urkunde Heinrichs des Löwen, vgl. DHdL *124*

pascua, quę ad nostra usque tempora libera perduxerunt, eisdem burgensibus libere permaneant, et si quis hec impecierit, ipsi cum iure inde respondeant. Statuimus etiam, quod nec nos possimus nec alius aliquis possit dominium super ipsam habens civitatem obsides â civibus exigere, nisi forte aliquos inter se inveniant, qui nobis et ipsis sint inutiles â quibus ad consilium ipsorum obsides recipere debeamus. Indulsimus preterea eisdem civibus, quod nullam ab eis pro eductu annonę, quam suo comparaverint argento, pecuniam repetere debeamus. Si quis autem annonam alieno argento comparat[a]m [e]ducere attemptaverit, furti reus habeatur. Concedimus ad hec ipsis, ut nulli extraprovinciali liceat in ci[vita]te[k] res[l] alicuius hospitis occupare, sed si forte civis vel aliquis incol[a terre] extraprovincialem aliquem habeat super aliquo impetere, prius coram iudice extraprovinciali per iuris ordinem debet obtinere, ut licitum sit ei res ipsius occupare. De eo autem, quod[m] vocatur wiuerate, hoc statuimus, ut mortua aliqua paupere vel divite muliere tota suppellectile perspecta preciosiora queque vestimenta heredibus exhibeantur, reliquas vero vestes et vir et heredes equaliter dividant, utensilia autem viro domus permaneant. Demum de speciali gratia nostra ipsis concedimus et inviolabiliter decernimus observandum, ut nulla extranea persona quemquam de civibus neque etiam civis civem per duellum, quod vulgo kampliche dicitur, in aliquo casu impetere possit. Ut autem hec nostrę[n] sublimitatis nostrę[n] concessio et confirmatio memoratis civibus firma stabilisque omni ęvo permaneat, hanc divalem paginam exinde conscriptam sigilli nostri impressione iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Albertus Magd(eburgensis) archiepiscopus, Bernhardus dux Saxonie, Tidericus marchio Missnensis, Albertus marchio Brandenburgensis, Hermannus lantgravius[o] Thuringie, Geuehardus burcgravius Magdeburgensis, comes Burchardus de Manisfelt, comes Adolfus de Schowinburc, comes Bernhardus de Wilpia, comes Gunzilinus de Zwirin, comes Adolfus de Dassil, Guntherus et Heinricus comites de Swarzpurc, comes Fridericus de Bichilingên[p], Heinricus marscalcus de Kallindin, Gunzilinus dapifer, Basilius de Ostirrode et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi. # (M.) Ego Conradus Spirensis episcopus regalis aulę cancellarius vice domini Sifridi Magunt(inensis) archiepiscopi et tocius Germanię[q] archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis millesimo C°C°VIIII, indictione XII[a] [r], regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso, anno regni undecimo. Datum apud Aldinburc VI° nonas maii.

(SP.1.)[s]

---

[k] *durch Schimmel zerstört A*
[l] *obere Buchstabenteile von* r *und* s *durch Schimmel beschädigt A*
[m] *Kürzungszeichen und Oberlänge des* d *durch Loch zerstört A*
[n–n] *so A*
[o] *erster Schaft des* n *durch Faltung abgerieben A*
[p] Bi *durch Faltung abgerieben A*
[q] *Cauda des* e *stark verblasst A*
[r] *überschriebenes* a *stark verblasst A*
[s] *an roten, grünen und violetten Seidenfäden.*

## BFW 277.

*Otto nimmt das Zisterzienserkloster B u c h mit allen Personen sowie gegenwärtigen und zukünftigen Besitzungen in seinen Schutz.*

*Merseburg, (1209) Mai 7*

*Original, 291 + 16 x 148 (– 155) mm, im Sächsischen Hauptstaatsarchiv zu Dresden, 10001 Ältere Urkunden, Nr. 00169 (A). – Abschrift des 15. Jh. im Thüringischen Hauptstaatsarchiv zu Weimar, Ernestinisches Gesamtarchiv, Reg. Kk 125, fol. 23r–23v (C).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 16 Nr. 25 aus A.*

*Kamprad, Leisnigker Chronica S. 599. – Hingst in: Mitteilungen des Geschichts- und Altertumsvereins zu Leisnig 5, S. 40 (zu zwischen 1208 und 1218). – Schieckel, Reg. Landeshauptarchiv Dresden 1, Nr. 188 (irrig mit Signaturangabe Nr. 188). – BFW 277.*

*Das Original ist infolge Feuchtigkeitseinwirkung beschädigt, die Schrift stellenweise stark verblasst oder verschwommen, zum Teil auch unleserlich. Entsprechende Stellen sind durch eckige Klammern gekennzeichnet, die Ergänzungen erfolgten nach C.*

# Otto # quartus dei gratia Romanorum rex semper augustus. Timorem illius sub filiali dilectione et reverentia pre oculis[1] cordis[1] semper habentes, cuius timor inicium sapientie est, cum omnem dei ecclesiam per orbem terrarum ubique diffusam nos desideremus sublatis omnibus eius adversitatibus sub pacis vivere tranquillitate, membra tamen ipsius ecclesie maiori sancti spiritus igne succensa et in quibus ex operibus et eorum sancta conversatione[a] maior presumitur esse religio, ampliori volumus in personis et in rebus eorum pacis tranquillitate gaudere, ut dum hii [sanct]i viri ab omni seculari [s]trepitu et incursu maius sunt liberi et securi, creatori nostro pro salute nostra et felicitate nostri Romani imperii facilius et expeditius possint suplicare. Cum igitur ordo Cistrensis[b] inter alios christiane et catholice fidei sectatores maiori religione prepolleat et viventes inter homines, viventes tamen super[c] homines, ipsius ordinis observatores, quia in deo et in sancta caritate quadam spetiali eos prosequimur dilectione, omnes homines ipsius ordinis ubicumque per imperium Romanum constitutos tutos esse volumus et sec[u]ros sub spetiali nostre maiestatis protectione. Notum sit igitur omnibus imperii nostri fidelibus tam presentis etatis quam posteritatis successure, quod nos propter deum quandam ecclesiam Cistrensis[d] ordinis dictam in Bu%och[e] recepi[m]us[f] cum personis deo ibi [famulantibu]s et cum omnibus eius [possess]ionibus[g] [m]obilibus vel im[mobilibus, qu]as nunc iuste possidet vel [in posterum iusto t]itulo poterit adhibisci[h], sub spetialem nostre maiestatis recepimus[f] protectionem mandantes et sub obtentu gratie nostre districte precipientes, ut nemo sit, qui iam dictam ecclesiam sive in personis sive in rebus aliquo modo audeat molestare, ledere vel dampnificare. Quod qui fecerit, iram et indignationem nostram graviter se sciat incurrisse. Universas quoque eius possessiones, quas vel nunc possidet vel in antea largitione fidelium vel

[a] *über* o *ein kleines Loch im Pergament*
[b] *so A*
[c] *möglicherweise mit etwas dünnerer Feder und dunklerer Tinte von erster Hand auf Rasur*
[d] *so A*
[e] *so wohl A*
[f–f] *so* recepimus *zweimal A*
[g] *stark abgerieben, einzelne Buchstaben bzw. Buchstabenteile noch erkennbar*
[h] *so A*

alio iusto titulo consequi potuerit, regia eis confirmamus auctoritate. Ad horum itaque omnium evidentiam presentem [inde] cartam conscribi iussimus et sigillo nostro communiri. Dat. apud Merseburch nonis madii, indictione XII[a].

(SP.1.)[i]

---

[i] *an roten und grünen Seidenfäden.*

[1–1] *Eph. 1,18.*

## BFW 278.

*Otto verzichtet wegen der Verdienste des Erzbischofs Albrecht von Magdeburg zugunsten des Erzbischofs und seiner Suffragane sowie ihrer Nachfolger auf die Einkünfte, die nach ihrem Tod dem Reich zufallen würden sowie auf etwa während der Abhaltung von Hoftagen dem Reich zustehende Einkünfte und Rechte.*

*Braunschweig, 1209 Mai 19*

*Original, 480 x 375 mm, im Landesarchiv Sachsen-Anhalt zu Magdeburg, U1, I Nr. 87 (A).*

*Meibom sen., Dissertatio S. 5 aus Abschrift Meiboms in der Gottfried Wilhelm Leibniz Bibliothek zu Hannover, unvollständig, mit 1208 13 kal. iunii, und S. 7 = Meibom sen., Dissertatio in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 187 und S. 188. – Meibom sen., Apologia pro Ottone IV. S. 33 aus der genannten Abschrift Meiboms zu Hannover, und S. 118 Regest mit Wiedergabe der Zeugen = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Opuscula historica S. 353 und S. 418 Nr. 9 Regest = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 127 und S. 162 Nr. 9 Regest = Tolner, Historia palatina, Cod. dipl. S. 61, = Lünig, Reichs-Archiv 10, S. 355 Nr. 35. – Werdenhagen, De rebus publicis Hanseaticis tractatus 1, S. 152. – Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 639 Nr. 156 „ex diplomat. Magdeburg. msct.“. – Sagittarius in: Allgemeines historisches Magazin 2, S. 103. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 38 Nr. 47 aus A.*

*Hucker in: Katalog Aufbruch in die Gotik 2, S. 35 Kat.Nr. II.3 (Abb. mit Kommentar S. 36).*

*Wagner, Thüringen Königreichs S. D3 (Erwähnung mit Anführung der Zeugenreihe). – Sagittarius – Floto, Origines S. 67 (Erwähnung). – Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1298 (Erwähnung, zu ca. 1215). – Lentzius, Brevis et succincta historia, ed. Waltherus, S. 94 (mit Textauszügen). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 824 Nr. 15 und Sp. 828 Nr. 56. – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 150 Nr. 6 (zu 1208 Mai 20) und Sp. 154 Nr. 10. – Riedel, Cod. dipl. Brandenburgensis 2/1, S. 5 Nr. 9 (mit Wiedergabe einiger Zeugennamen und der Datierung). – Aspern, Cod. dipl. historiæ comitum Schauenburgensium 2, S. 4 Nr. 4 (mit Wiedergabe zweier Zeugennamen und der Datierung). – Knochenhauer, Geschichte Thüringens S. 267 Anmerkung 1 (Erwähnung). – Heinemann, Cod. dipl. Anhaltinus 1, Nr. 772 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Frey, Schicksale S. 93. – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 2, Nr. 338 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Reg. 1, Nr. 268 (mit Wiedergabe eines Zeugennamens und der Datierung). – Meyer in: Zs. des Harzvereins 28, S. 418 Nr. 80 (mit Wiedergabe eines Zeugennamens). – Janicke, UB Hildesheim 1, Nr. 628 (mit Wiedergabe eines Zeugennamens und der Datierung). – Posse, Cod. dipl. Saxoniae regiae 1/3, Nr. 134 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Kehr, UB des Hochstifts Merseburg 1, Nr. 156. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1406 (mit Anführung einiger Zeugen). – Krabbo – Winter, Reg. der Markgrafen von Brandenburg 1, Nr. 542. – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 732 (Erwähnung). – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 95 Nr. 13 (mit Anführung der Zeugen). – FW 278.*

*Als Vorurkunde diente das Diplom Philipps von Schwaben vom 22. September 1204 (DPh. 81; VU I). Daneben wurden einzelne Wendungen dem mit Erzbischof Albrecht vermutlich nicht ganz ein Jahr zuvor geschlossenen Vertrag (BFW 239; VU II) entlehnt.*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # **/I/** Iustum est et honestum, ut benemeritos suorum meritorum digna beneficiorum premia congruo ordine subsequantur. Unde est, quod nos adtendentes preclara devotionis obsequia, quę dilectus princeps noster Albertus Magdeburgensis ęcclesię archiepiscopus ab exordio nostrę promotionis ferventer nobis exhibuit et domino etiam concedente in posterum nobis est exhibiturus, non inmerito ad omnia ea exequenda pura animi nostri movemur intentione, quę vel honorem personę suę respiciunt vel ad commodum et utilitatem ęcclesię suę principalis et demum suffraganearum ęcclesiarum suarum conducunt. Cum inquam ex antiqua et antiquata consuetudine * omnium episcoporum decedentium, qui de iurisditione sunt imperii, in quibuscumque redditibus reliquię fisco cedere deberent imperiali, ob sinceram dilectionem memorati archiepiscopi eiusque personę reverentiam successoribus suis domino á presenti toga[1] carnis[1] ipsum exuente et omnium suffraganeorum suorum successoribus in

perpetuum concedimus *, ut omnes proventus episcopales, qui defunctis episcopis imperio cedere consueverunt, deinceps ad usus ipsorum colligantur et collecti reserventur statuentes, ut, si decedentes episcopi aliquibus debitis fuerint innodati, ea exinde persolvantur, per hoc tamen speciale gratię nostre donum Magdeburgensem ęcclesiam omnesque eius suffraganeas ęcclesias cum omnibus earum familiis occasione memorati archiepiscopi volentes[a] esse specialius honoratas. **/II/** Porro cum Rom(anorum) imperatores et reges antecessores nostri in omnibus civitatibus et oppidis ęcclesiarum imperii durantibus curiis imperialibus in illis accipere consueverint tholeneum[b] ac monetam et in suos usus convertere, nos propter sinceram dilectionem, quam ad memoratum gerimus archiepiscopum eandem consuetudinem eiusque debitum prorsus abolere decrevimus, et tam Magdeburgensi civitati quam universis oppidis ad ipsam ęcclesiam pertinentibus illius onus obsequii liberaliter in perpetuum relaxamus. In terris quoque, ubi ex antiquo Magd(eburgensis) nummismatis percussio currere consuevit, statuimus nec theloneum nec monetam[c] aut per nos aut umquam per alium aliquem nisi de voluntate et consensu ipsius archiepiscopi vel successorum suorum ponendam. Ceterum ut tam memoratus archiepiscopus quam familię suę dilecta nobis universitas plenitudinem gratię nostre per uberiores exhibitiones operum recognoscat, nos neque per nos neque per homines nostros faciemus vel fieri mandabimus in civitate Magdeburgensi vel in oppidis vel in aliquibus bonis archiepiscopi et ęcclesię aliquam exactionem nec sumemus hospicia, quę vulgariter herbergarię nuncupantur, contra voluntatem[d] archiepiscopi vel alicuius sui successoris per hanc etiam specialem gratiam nostram ęcclesiam Magd(eburgensem) volentes esse specialiter honoratam. **/I/** Ut autem hoc nostrę liberalitatis donum sepefatę Magd(eburgensi) ęcclesię et suffraganeis eius omni ęvo ratum et inconvulsum permaneat, presentem exinde paginam conscribi iussimus et maiestatis nostrę sigillo communiri statuentes et regio edicto firmiter precipientes, ut nulli de cetero personę altę vel humili, ęcclesiasticę sive seculari[e], hanc nostrę donationis divalem paginam licitum sit infringere vel aliquo ei temeritatis ausu obviare. Quod si quis facere presumpserit, in vindictam transgressionis auri purissimi libras centum componat, quarum medietas camerę nostrę, reliquum passis iniuriam persolvatur. Huius rei testes sunt: Hartbertus Hildinsh(emensis) episcopus, Tidericus Merseburgensis episcopus, Siboto Hauilnbergensis episcopus, Heinricus palatinus comes Rheni, Bernhardus dux Saxonie, Hermannus lantgravius Thur(ingie), Tidericus marchio Missnensis, Conradus marchio de Landisperc, Albertus marchio Brandenburgensis, comes Fridericus de Brên, Geuehardus burcgravius Magdeburgensis, comes Adolfus de Schowinburc, comes Burchardus de Mannisfelt, comes Algerus de Hohinstein, Albertus et Geuehardus fratres de Arnstein[f], Co%vno de Minzinberc, Basilius de Ostirrode, Gunzilinus dapifer, Tidericus Rabil et alii quam plures.

---

[a] *erster Schaft des* u *(für* v) *durch Faltung abgerieben*
[b] *so A*
[c] t *wohl aus* c verb.
[d] *darunter kleines Loch im Pergament*
[e] i *verb., Rasur einer Unterlänge*
[f] t *durch Faltung abgerieben*

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi[g]. # (M.) Ego Conradus Spirensis episcopus regalis aulę cancellarius vice domini Sifridi Magunt(inensis) a[rc]hiepiscopi tocius Germanię archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominicę incarna[tionis M$^{o}$]C$^{o}$C$^{o}$VIIII, indictione XII$^{a}$, regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso, anno regni eius duodecimo. D[at. apud Brunswig] per manum Waltheri regalis aulę prothonotarii XIIII kalendas iunii.

(SP.D.)[h]

---

[g] *untere Schäfte von* im *wohl auf Rasur gebessert*
[h] *Plica und Siegel fehlen.*

*[1–1] vgl. Jud. 23.*

## BFW 279.

*Otto verspricht Erzbischof Albrecht von Magdeburg, ihm innerhalb von sechs Wochen nach seiner Rückkehr aus Italien nach Sachsen die Güter in Haldensleben mit allem Zubehör zu bestätigen und noch vor seiner Abreise den Besitz der Magdeburger Kirche, wo er gestört wurde, wieder in seinen ursprünglichen Zustand zurückzuführen.*
*Braunschweig, (1209) Mai 19*

*Abschrift des 15. Jh. im Kopialbuch des Erzstiftes Magdeburg („fahles Kopiar") im Landesarchiv Sachsen-Anhalt zu Magdeburg, Cop., Nr. 6, fol. 254v Nr. 418 (D).– Abschrift vom Anfang des 18. Jh. Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, IV Hs 26/1, fol. 61v Nr. 40 (F). – Abschrift aus der Mitte des 18. Jh. ebenda, VII C Hs 86, fol. 74r Nr. 170 (G).*

*Sagittarius in: Allgemeines historisches Magazin 2, S. 108 § 10. – Gercken, Cod. dipl. Brandenburgensis 4, S. 435 Nr. 226 aus D.*

*Frey, Schicksale S. 93. – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 2, Nr. 339 (mit Wiedergabe der Datierung). – BFW 279.*

O(tto)[a] dei gratia Romanorum rex semper augustus Magdeburgensis ecclesie archiepiscopo et fidelibus gratiam suam et omne bonum. Promisimus dilecto principi nostro A(lberto)[b] Magdeburgensi archiepiscopo, quod domino a partibus Italie nostrum reditum prosperante post introitum nostrum in Saxoniam infra spatium[c] sex ebdomodarum[d] predia in Haldisleiue[e] cum universis attinentiis suis Magdeburgensi ecclesie firmabimus et stabiliemus aut hoc cum ipsius Magdeburgensis ecclesie remanebit beneplacito et bona[f] voluntate. Promisimus nichilominus[g], quod possessio, quam habere dinoscitur Magdeburgensis ecclesia[h], de bonis eisdem permaneat[i] inconvulsa et sic, ubi turbata dinoscitur, nos illam ante nostrum exitum in statum pristinum reducemus. Hec nos recognoscimus promisisse fideliter impleturos. Datum apud Brunszwich[j] XIIII[k] kal. iunii, indictione XII.

---

[a] Otto *FG*
[b] Alberto *FG*
[c] spacium *DF*
[d] hebdomadarum *FG*
[e] Haldisleue *F,* Haldisleve *G*
[f] *fehlt FG*
[g] nihilominus *FG*
[h] ecclesie *D*
[i] maneat *FG*
[j] Brunswich *FG*
[k] XIV *FG.*

## *BFW 280.

*Otto gewährt nach dem Vorbild seines Vaters Heinrichs des Löwen der Kirche und den Kanonikern von Schwerin das Gebiet des Bistums in den angegebenen Grenzen mit genannten Einkünften und Rechten, bewilligt darüber hinaus auf Bitten Graf Heinrichs von Schwerin den Bürgern von Schwerin, zu Wismar zwei Koggen sowie kleinere Handelsschiffe zu halten und befreit sie von allen Zöllen und Abgaben im Herzogtum Sachsen.*

*Goslar, 1209 Mai 21*

*Das von Daniel Clandrian handschriftlich verfasste „Protokoll“ der Urkunden des Bistums Schwerin aus dem Jahr 1603 (Diplomatar C im Landesarchiv zu Schwerin, 1.5-2/3 Urkunden Bistum Schwerin, Sign. C, fol. 2r–4v Nr. 3) enthält ein ausführliches deutschsprachiges Regest der Urkunde, deren Datierung wie folgt lautete:* Acta sunt hæc anno M°CC°VIIII, indictione XII. Dat. apud Goslariam per manum Walteri regalis aulæ prothonotarii 12 kalendas iunii. – *Lisch, Meklenburgische Urk. 3, S. 52 Nr. 9. – Hasselbach – Kosegarten – Medem, Cod. Pomeraniae dipl. 1, S. 218 Nr. 91. – Meklenburgisches UB 1, Nr. 189. – Conrad, Pommersches UB 1/1, Nr. 149a. – BFW 280.*

*Nach dem ausführlichen Regest des Deperditums folgt im Protokoll Clandrians unter Nr. 4 ein kurzes Regest der von Otto am 4. Januar 1211 (BFW 444) ausgestellten Urkunde mit dem Hinweis, dass die beiden Urkunden bis auf die Zeugen und die Datierung vollkommen gleichlautend waren. Aus der wortwörtlichen Übereinstimmung der beiden Urkunden lässt sich ableiten, dass Otto für die dispositiven Teile des Deperditums eine Urkunde seines Vaters, Heinrichs des Löwen, vom 9. September 1171 (DHdL. 89) sowie einen seitens des Empfängers vorgelegten Entwurf bzw. Notizen heranzog. Die Entlehnungen aus DHdL. 89 sind im Text des BFW 444 durch Petitsatz gekennzeichnet.*

## BFW 14627.

*Otto nimmt die Kirche St. Andreas zu H i l d e s h e i m mit allen Personen sowie allem gegenwärtigen und zukünftigen Besitz in seinen Schutz.*

*Braunschweig – 1209 Mai 22*

*Abschrift des 14./15. Jh. in der Dombibliothek zu Hildesheim, Hs. 320, fol. 14v–15r Nr. 33 (C). – Abschrift des 14./15. Jh. ebenda, fol. 39v Nr. 113 (C′).*

*Doebner, UB Stadt Hildesheim 3, S. 635 Nr. 6 aus CC′. – Janicke, UB Hildesheim 1, S. 598 Nr. 629 aus CC′.*

*Bertram, Geschichte des Bisthums Hildesheim 1, S. 217 (Erwähnung). – BFW 14627.*

Otto[a] dei[b] gratia quartus[b] Romanorum rex et semper augustus. Notum facimus universis hanc paginam inspecturis, quod nos eterne retributionis intuitu recepimus sub spetialem regie sublimitatis protectionem cum omnibus personis et bonis suis ecclesiam sancti Andree in civitate Hilden(semensi,) constitutam, in qua clericus noster magister Iohannes maioris ecclesie canonicus partim de propriis, partim etiam de aliorum sumptibus divini obsequii cultum ampliavit confirmantes eidem quecumque[c] ecclesie[c] inpresentiarum[d] possidet queve in posterum concedente domino iusto acquisitionis titulo poterit adipisci. Quapropter mandamus sub pena gratie nostre districte precipientes, ut nulli deinceps licitum sit ipsam ecclesiam et personas ibidem deo famulantes in bonis suis vexare vel aliquam eis iacturam temere irrogare. Quod qui facere presumpserit, iram tremendi iudicis et maiestatis nostre offensam se non dubitet incursurum.

Datum apud Bruniswic[e] anno dominice incarnationis M°CC°VIIII°, XI[f] kal. iunii, indictione XII[a].

---

[a] *in C Raum für die nicht ausgeführte 2-zeilige Initiale* O *freigelassen*
[b–b] quartus dei gratia *C′*
[c–c] ecclesie quecunque *C′*
[d] in presentiam *C′*
[e] Brunswik *C′*
[f] XI° *C′*.

## BFW 281.

*Otto entzieht nach dem Vorbild Kaiser Friedrichs I. Alram von Kamm, dem Sohn Alberts, und dessen Erben die Vogtei über das Zisterzienserkloster Aldersbach und übernimmt diese selbst.*

*Würzburg, 1209 Mai 31*

*Abschrift aus der 1. Hälfte des 14. Jh. im Liber privilegiorum monasterii minor im Bayerischen Hauptstaatsarchiv zu München, KL Aldersbach 5, fol. 24r–25r Nr. 17 (C). – Abschrift vom Anfang des 16. Jh. im Liber privilegiorum maior ebenda, KL Aldersbach 3, fol. 27v–28r Nr. 37 (D).*

*Hund, Metropolis Salisburgensis ed. II. 2, S. 64 wohl aus D = ed. III. 2, S. 43. – Mon. Boica 5, S. 362 Nr. 10 aus D. – Mon. Boica 31/1, S. 472 Nr. 248 aus C.*

*Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 825 Nr. 18. – Meiller in: Notizenblatt 1843, Reg. des österreichischen Herzogs Leopold VII, Nr. 48 (mit teilweiser Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Meiller, Reg. zur Geschichte der Markgrafen und Herzoge Österreichs Nr. 76 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Böhmer, Wittelsbachische Reg. S. 6. – Muffat, Beiträge S. 66. – Grupp, Oettingische Reg. Nr. 32. – Posse, Cod. dipl. Saxoniae regiae 1/3, Nr. 135 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1408. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 190. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 49 (mit Textauszügen und Anführung der Zeugen). – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1243. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 171. – BFW 281.*

*Beim Text der Urkunde handelt es sich um eine wortwörtliche Wiederholung der Urkunde Philipps von Schwaben DPh. 40.*

Otto quartus divina clemencia Romanorum rex et semper augustus. Divinam maiestatem nobis propiciam reddimus, si personis religiosis et locis divino deputatis obsequio humanitatis nostre acclinabimus favorem amovendo ab eis cuiuslibet infestatoris molestias regia protectione. Eapropter noverit Christi et imperii fidelium presens etas et posteritas successura, quod accedentes ad presenciam nostram sub frequencia principum apud Herbipolim Ludwicus venerabilis abbas in Alderspach cum confratribus suis quibusdam autenticum * Fridrici gloriosi quondam Romanorum imperatoris divi augusti nobis exhibuerunt, in quo manifestis cognovimus[a] indiciis, quod memorati abbatis antecessor Eberhardus[b] nomine coram prefato imperatore recolende memorie monasterii sui advocaciam iure[c] omnimodo et legitimis[d] probacionibus evicit a quodam Alramo de Khambe[e], qui eam sibi illicite et nullo fretus iure usurpaverat. Divine igitur[f] remuneracionis intuitu ratum haberi volentes et inconwulsum[g], quod predictus imperator feliciter sanctivit[h] et a posteris suis statuit observandum, Alramum de Chambe, Alberti filium, et omnes heredes suos ab eadem advocacia, sicut prius factum est, * prorsus removemus et nullam sibi vel alicui in ea prestamus[i] warandiam. Cum enim iuris sit eorundem fratrum in bonis suis assumere sibi, quem voluerint, advocatum et defensorem et ipsi ad hoc excellenciam nostram ydoneam[j] elegerint, perpetuo

---

[a] *mit Kürzungsstrich über erstem* o *C*
[b] *von anderer Hand am Rand eingefügt D*
[c] *fehlt D*
[d] legittimis *D*
[e] Chambe *D*
[f] *fehlt D*
[g] inconwlsum *D*
[h] sanccivit *D*
[i] pramus *mit Kürzungsstrich über* p *C*
[j] idoneam *D*

defensionis vinculo eam nobis advocaciam annectimus, a nostra et imperii potestate numquam alienandam. Ad huius autem facti robur hanc paginam conscriptam inpressione[k] sigilli nostri communivimus[l]. Testes autem huius rei sunt: Hugo Hostiensis et Velletrensis episcopus cardinalis, Leo[m] tituli sancte Crucis in Ierusalem presbiter cardinalis[m] legati sedis apostolice, Chunradus[n] Spirensis episcopus et aule regie cancellarius, Otto Herbipolensis episcopus, Manegoldus Patauiensis episcopus, Siboto Hauilbergensis[o] episcopus, Heinricus comes palatinus, Ludwicus[p] dux Bawarie[q], Levpoldus[r] dux Austrie, Chvnradus[s] marchio de Landesberch[t], Emicho comes de Liningen, Perhtoldus[u] comes de Hennberch[v], Hartmannus comes de Wirtilberch[w], Ludwicus comes de O%etingen[x], Heinricus marscalcus de Challinnden[y] et alii quam plures.

Acta sunt hec anno incarnacionis[z] dominice M°CC°IX° [aa], indictione XII[a] [bb]. Datum apud Herbipolim pridie kal.[cc] iunii.

[k] ipressione *mit Kürzungsstrich über erstem* i *C*
[l] comunivimus *D*
[m–m] *fehlt D*
[n] Cunradus *D*
[o] Hanilbergensis *D*
[p] Lodowicus *D*
[q] Bauarie *D*
[r] Leopoldus *D*
[s] Cunradus *D*
[t] Landsberch *D*
[u] Berchtoldus *D*
[v] Hennenberg *D*
[w] Wirttenberg *D*
[x] Ottingen *D*
[y] Challindin *D*
[z] incarnacione *D*
[aa] M°CC°IX[no] *D*
[bb] XII *D*
[cc] kaln. *C,* kalen. *mit Kürzungsstrich D.*

## BFW 282.

*Otto beurkundet auf Bitten des Abtes Peter von Neuburg den Schiedsspruch im Streit zwischen diesem und Abt Wolfram von Weißenburg, wonach gegen eine Ablöse von 126 Mark Silber dem Zisterzienserkloster N e u b u r g Patronat und Zehente in Dauendorf zugesprochen wurden.*

*Würzburg, 1209 Mai 31*

Ego Conradus Spirensis episcopus regalis aulę cancellarius vice domini Tiderici Coloniensis archiepiscopi totius[vvv] Italię[www] archicancellarii recognovi[www].

Acta[xxx] sunt[xxx] hęc[yyy] anno[zzz] dominicę incarnationis millesimo CC$^{o}$VIIII$^{o}$, indictione XII$^{a}$, regnante domino Ottone Romanorum rege gloriosissimo, anno regni eius duodecimo. Datum in castris iuxta Lacum Benaci[aaaa] per manum Vualtheri[bbbb] regalis aulę prothonotarii XVI kalendas septembris.[cccc]

---

[mmm–mmm] de – Albertus *fehlt F*
[nnn] Vuningirode *F*
[ooo] Hemricius *F*
[ppp] marescalcus *F*
[qqq] *Kürzungszeichen für* er *fehlt D*
[rrr] phrenia *mit Kürzungszeichen für* er *über* en *D, wohl* pinena *F*
[sss] Schipfen *mit Kürzungszeichen über* n *D,* Schipfen *F*
[ttt] Gunlilinus *D,* Gunzelinus *F*
[uuu] Vuolfterbutil *F, dabei* e *aus* i *verb.*
[vvv] *fehlt D*
[www–www] *am Rand von erster Hand nachgetragen D*
[xxx–xxx] *fehlt D*
[yyy] de *F*
[zzz] omnia *E*
[aaaa] Benali *E*
[bbbb] Vualthi *D*
[cccc] *Wachssiegel laut D.*

## BFW 292.

*Otto belehnt Ulrich von Arco auf dessen Bitten gemäß dem inserierten Diplom Friedrichs I. für dessen Vater (DF. I. 443) mit 24 Pfund Imperialen, die dieser jährlich empfangen soll, wogegen er Otto den Treueid leistet.*

*Im Bistum Verona* in pratis Sancti Danielis *am Gardasee (nordöstlich von Peschiera), 1209 August 18*

*Abschrift von ca. 1600 in der Schrift „Antiquissima illustrissimorum comitum Arci prosapia" des Ambrogio Franco in der Fondazione Arco zu Mantua, Inv. Nr. 563, fol. 35r–36r (F).*

*(du Buat-Nançay), Origines Boicae domus 2, Appendix Nr. 7 wohl aus dem Original (b) = Scholliner in: Neue historische Abhandlungen 4, S. 109 Nr. 21 Auszug.*

*Marian, Geschichte 4, Beilage S. 68. – Raumer in: Jahrbücher der Literatur 40, S. 98 (mit Textauszug). – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 192. – BFW 292.*

*Der Text des Notariatsinstruments enthält das Insert eines Diploms, das Friedrich I. Ulrich und Friedrich von Arco am 28. Mai 1164 ausgestellt hatte (DF. I. 443, siehe auch Böhmer – Opll 1361) und das für einige Passagen zusätzlich als Vorurkunde diente.*

Die martis quartodecimo exeunte mense augusti in episcopatu Verone in pratis Sancti Danielis iuxta lacum Garde in presentia domini Conradi dei gratia episcopi[a] Spirensis[a] et regalis aule cancellarii, domini Henrici de Calendino regalis aule meriscalchi[b], domini Guielmi[c] marchionis de Monteferrato, domini Henrici de Malineke[d], domini Marquoardi[e] de Virech, Henrici de Constantia scribe regalis aule, domini Alberti Strutii[f] de Cremona iudicis[g] regalis aule, domini Brixiani[h] causidici de Tusculano, domini[i] Ziraconi[j] archipresbyteri Salodii, domini Alberti Mittifogi[k], domini Martaris[l] de Arcu et aliorum atque Io(hannis) de Theno[m] notarii[n], qui fuere rogati testes et specialiter ad hoc convocati, ibique[o] coram domino Othone divina potentia Romanorum rege semper augusto dominus Odelricus[p] de Arcu filius quondam domini Federici[q] petiit investituram de suo recto feudo ab eo domino Othone Romanorum rege, et dominus rex ipsum dominum Odelricum investivit de ipso suo feudo nomine recti feudi, quod feudum est de 24 libris imperialium[r], quas ipse dominus Odelricus[s] debet accipere et habere ab ipso[t] domino rege vel a suis

---

[a–a] Spirensis episcopi *b*
[b] *so F,* mariscalchi *b*
[c] Guilielmi *b*
[d] Malinere *b*
[e] Marchoardi *b*
[f] Stretii *b*
[g] medici *b*
[h] Briaiani *b*
[i] *fehlt b*
[j] Sirachonis *b*
[k] Mitisogi *b*
[l] Marzarii *b*
[m] Theuo *F*
[n] *fehlt F*
[o] ibi *b*
[p] *hier wie in der Folge stets, wenn nicht anders angegeben,* Odolricus *b*
[q] Friderici *b*
[r] um *in* bus *verb. F*
[s] Odalricus *b*
[t] eo *b*

nunciis in festivitate sancti Martini[1] post quindecim dies omni anno apud Laudum vel alibi, ubi ei[u] domino regi placuerit et opportunitas eidem domino Odelrico fuerit, secundum quod concessum fuit a quondam domino Federico Romanorum imperatore domino Frederico[v] de Arcu, patri dicti domini Odolrici, et domino Vdelrico[w] patruo eiusdem domini Odelrici, ut in quodam privilegio sigillato ex sigillo quondam pie memorie domini Frederici[x] Romanorum imperatoris suprascripti continetur ibi coram domino rege Othone ostenso et lecto, cuius tenor talis est: *(es folgt der Text des DF. I. 443).* Quod[y] feudum et privilegium dictus dominus rex sua regali maiestate confirmavit, excepto quod dictus dominus Odolricus non habeat Veronenses, Vicentinos, Paduanos et Venetos tamquam inimicos * reputare, nisi a dicto domino rege fuerint inimicati[y]. Et insuper dictus dominus Odelricus de Arcu incontinenti nobiliter iuravit fidelitatem nominato regi Othoni contra omnem hominem, sicut vassallus domino facit, et ipse dominus rex ipsum dominum Odelricum osculatus fuit pro iam dicto feudo.

Actum est hoc anno a nativitate domini millesimo ducentensimo nono, inditione[z] XII[a].

Ego Ioannes sacri pallatii[aa] notarius his suprascriptis rogatus interfui et huic instrumento me subscripsi voluntate et precepto nominati domini Othonis Romanorum regis.

Et ego[bb] […] sacri pallatii[cc] notarius interfui et rogatus ac ex precepto domini Othonis regis et voluntate hanc[dd] […].

---

[u] *fehlt b*
[v] Federico *b*
[w] Vdalrico *b*
[x] Federici *b*
[y–y] Quod – inimicati *fehlt b*
[z] indictione *b*
[aa] palatii *b*
[bb] *danach folgt Lücke für den Namen des Notars Fb*
[cc] palatii *b*
[dd] *danach folgt Lücke für den Schluss der notariellen Beglaubigung Fb.*

[1] *11. November.*

## *BFW 293.

*Otto bestätigt der Kommune und den Leuten zu B r e n z o n e die Urkunde Kaiser Friedrichs I. (DF. I. *1125).*

*1209 (wohl August 14–19)*

*Im Konzept der Bestätigung der Friedrichurkunde durch Karl V. von 1543 VII 4 im Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien, Reichshofrat, Gratialia et Feudalia, Confirmationes privilegiorum lat. Exped. 1, Konv. 3 heißt es:* quod quidem privilegium *(= DF. I. *1125)* deinde confirmatum fuerit per divum Ottonem anno domini millesimo ducentesimo et Federicum secundum anno millesimo ducentesimo tregesimo sexto … *– Meiller in: Notizenblatt 1, S. 102. – BFW 293.*

## BFW 294.

*Otto bestätigt der bischöflichen Kirche und dem Domkapitel von Verona die von seinen Vorgängern gewährten Besitzungen und Rechte und widerruft alle Besitzentfremdungen unbeschadet einer Verjährungsfrist von 60 Jahren.*

*Im Heerlager am Gardasee, 1209 August 19*

*Original, 588 (–605) + 46 x 411 (–434) mm, im Archivio capitolare zu Verona, Pergamene II-2-8, durch die Etschüberschwemmung 1882 schwer beschädigt (A). – Abschrift vom Ende des 16./Anfang des 17. Jh. in der Biblioteca capitolare zu Verona, Ms. 786 (Liber privilegiorum ecclesie Veronensis), fol. 143r–145v (D).*

*Ficker, Forschungen 4, S. 269 Nr. 217 wohl aus D.*

*Böhmer, Wittelsbachische Reg. S. 6. – Muffat, Beiträge S. 66. – Ankershofen in: Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen 14, S. 144 Nr. 686. – Lefflad, Reg. der Bischöfe von Eichstätt 1, Nr. 359. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 48 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Cipolla in: MIÖG 4, S. 221 Nr. 120. – Ladewig – Müller, Reg. episcoporum Constantiensium 1, Nr. 1233. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1415. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 194. – Heidingsfelder, Reg. Eichstätt Nr. 550. – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1249. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 175. – BFW 294.*

*Das Original des vorliegenden feierlichen Privilegs wurde beim Hochwasser der Etsch im September 1882 massiv beschädigt. Für jene Fehlstellen, die sich aus den verbliebenen Buchstabenresten im Original nicht mehr oder nicht mehr mit Sicherheit ergänzen ließen, wurde D herangezogen. Als Vorurkunde diente die Urkunde Friedrichs I. vom 3. März 1182 (DF. I. 823).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. # Cum religiosarum postula[tio]nes personarum pro suarum necessitatibus ecclesiarum clementer admittimus, credimus nos opus deo gratum et dignit[ati nostre] congruum facere [e]t ad salutem nostram [et i]mperii [or]ationes et obsequia eorum, quos exauditione [hon]oramus, ferventius excitare. Noverit igitur presencium etas et futurorum, quod nos precibus archipresbiteri et canonicorum maioris Veronensis ecclesie sancte dei genitricis Marie, qua[s nobis] dilectus clericus noster Bonauentur[a] eiusdem ecclesie thesaurarius vice illorum obtulit, a[nnuentes bona eidem] ecclesie per[t]inen[cia] in nostram suscipimus[a] tuicionem regali auctoritate nostra omnia ipsi[s confirm]antes, que [a] pre[decessoribus nostri]s vel aliunde eidem ecclesie collata sunt vel confirmata. Sunt autem he[c, que nominatim sub nostre confirmatio]nis prec[ept]o comprehendi[mus]: in Tridentino comitatu tres ville Bergusio, Belueno, B[undo] cum omnibus earum pertin[enc]iis et placitis ac districtionibus, et omnia, que Nitigerius[b] episcopus pater Veronensium [clericorum eidem ecclesie contulit, insuper ca]salia duo in Liniaco cum omnibus eorum pertinenciis et piscaria una cum silva, que dicit[ur] Cogolaria, que omnia prefate ecclesie Waldrada dei ancilla concessit, et quidquid Lanzo in Montesilicano m[emorate ecclesie dedit, una etiam c]urtis, que vocatur Uilla, cum capella sancte Marie, cum decimacionibus et omnibus eorum pertinenciis, que obtulit Anzelbertus clericus, sita in eo[dem][c] comitatu, Lusia quoque cum capella sancti Uiti et omnibus [eius pertinenciis et quicquid in comitatu V]eronensi tam in Zerpa quam in Valle Pulicella et in plebe Montis Auri et in plebe Mezane predicta ecclesia Veronensis possidere dinoscitur. Insuper confirmamus canonicis predicte ecclesie sive s[enodochia seu decimationes eiusdem civi]tatis eo

---

[a] *so A,* suscepimus *VU,* [suscipimus] *Böhmer – Baaken 318*
[b] *so AD statt* Notkerius, Nuigerius *VU*
[c] *so VU,* eo *D*

videlicet ordine, ut ubicumque a prenominatis cano[ni]cis suorumve antecessoribus atque successoribus possessum est vel erit omnium contradictione et diminutione violentorum [exclusa et quicquid acquisierunt[d] vel acqui]situri sunt, firmiter proprietario iure detineant. Hoc etiam regali [au]c[tor]itate nostra addimus, ut homines in hiis locis habitantes, castris sive villis seu territoriis, quorum [nomina hec sunt: Cereta, Biunde, Por]cile, Pulianum, Mart[ia]na cum eius append[ici]is, Gr[e]ciana, Prunum, Calmasinum et triginta mansos in Englare cum omni districto, fodrum, quod aliquando dederunt, deinceps publice parti non dent, sive famuli sive servi sive[e] liberi [sint], se[d[f] omnia in predictorum can]onicorum arbitrio per[m]aneant. Et per hanc nostre auctorita[tis] preceptalem [pa]ginam volumus, ut prefati canonici, qui n[unc] sunt vel erunt, predictum fodrum colligendo teneant [et] habeant salv[a] imperiali iusticia, placita quoque et districta cum omni publica functione [et redditu] prenominatorum [castrorum], curtium et villarum et omnium locorum aliqua ratione illis pertinencium. Similiter quidquid pro animabus ar[c]hidiaconorum Arduini seu Alberonis nec non Arditionis [predi]cte ecclesie devenit, preceptali pagina nostre auctoritatis [omn]i violencia rem[ota] possideant et detineant. Ab eorum quoque hominibus, qui in civitate theloneum dare consueverant, precipiendo iubemus, ut in nullo tempore a[liquis] id[g] auferat vel de hoc amplius molestare presumat. Ita tamen iubemus, ut omnia in potestate archipresbiteri et archidiaconi [sint] consensu fratrum f[a]ciendum exinde quidquid voluerint ad utilitatem tantummodo predictorum fratrum. Precipientes denique iubendo sanctimus, ut nullus dux, marchio, [archi]episcopus, episcopus, comes, vicecomes nullaque imperii nostri magna vel parva persona sancte Veronensis ecclesie ca[nonicos de] omnibus prenominatis [ca]usis s[eu] de omnibus libellariis colonis ad se pertinentibus aliisque in prediis [pred]icte ecclesie residentibus [et] ad eosdem [can]onicos redditum prestantibus molestare, disvestire, angariare vel violenter hospitare seu per placita fatigare nisi [tantum a]nte illorum presenc[iam a]udeat vel presumat. Et si aliquid concessum est alicui cum omni hon[or]e a predecess[oribus n]ostris vel [a no]bis, nullum faciat preiudicium Veronensi [ecclesie sancte dei geni]tricis Marie, sed quod ex regali clemencia concessum e[st] iam dicte ecclesie et canonicis ibidem deservientibus, semper intelligatur esse exceptum. Et non liceat hominibus habitant[ibus] in prenominatis locis consules seu potestatem ad iusticiam facienda[m] sua pre[sum]ptione ordinare nec fortiam[h] aliquam in iam dictis locis facere nec comunia alienare [aut pignori] obligare sine archipresbiteri et fratrum eiusdem ecclesie consensu. Et si aliquod supradictorum sua auctoritate fecerunt aut de cetero facient, liceat iam dicto archipresbitero et fratribus nostra imperiali [auctoritate in] irritum [revoca]re, et com[un]ia alienata [au]t pignori obligata ad communem usum predictarum curtium reducere, [et in eis]dem curtibus licitum sit archipresbitero et canonicis Veronensibus continue iusticiam exercere non preiudic[ante tempore]. Aliena[tiones quoque] poss[essionum] factas, [videlicet nemorum], pascu[orum], buscationum, pratorum ab imperiali donatione[i] Veronensi ecclesie collatorum, auc[toritate nostra] infirmamus et presenti scripti f[ir]mitudine cassamus et

---

[d] acquisiverunt *VU,* acquisierint *Böhmer – Baaken 318*
[e] seu *VU,* sive *Böhmer – Baaken 318*
[f] et *VU,* sed *Böhmer – Baaken 318*
[g] eis *VU,* [id] *Böhmer – Baaken 318*
[h] *so A,* fortitiam *VU*
[i] *so wohl A, Lesung nicht ganz sicher*

infringimus statuentes et pre[cipientes, ut memoratas possessiones can]onici [Veronenses in suos usus et potestatem retrah]ant non obstan[te] prescriptione sexaginta annorum. Contra [quod nostre] confirmacionis sive concessionis precep[tum si q]uis aliquando insurgere attemptaverit, [sci]at se compositurum auri puri q[uin]quagin[ta] libras, medietatem fisc[o imperial]i, ali[am] vero partem predictis canonicis ibidem pro tempore deservientibus. Et ut omnia premissa [a nost]ra ma[i]estate consti[tuta r]ata et in omne evum inconvulsa permaneant, presentem paginam conscribi et sigillo [nostre auctoritat]is comuniri fecimus. [Huius rei test]es sunt: Albertus Maideburgensis archiepiscopus, Otto Erbipolensis episcopus, Manegoldus Pattauiensis episcopus, Engel[bardus[j] Nue]nburgensis [e]piscopus, Har[t]wikus Eistedensis episcopus, Cvnradus Constanciensis elec[t]us, Ludewicus dux Bawarie, Oddo dux Meranie, Will[elmus marc]hio Montisferrati, langravius de Luggenberge, comes Heinricus de Ortenberc, comes Har[timanus] de Wirtenberc, Gerlakus de Bvbinge[n], Albertus de Entse, W[olfradus de] Krutheim, Heinricus marscalkus de Kallendîn, Gvnzel[inus de] Wolfenbv%otel dapifer imperii, Waltherus pincerna imperii, Passawerra civis Mediolanensis, [Monachus] de Uilla et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Roma[n]orum regis invictiss[imi]. # (M.)

Eg[o] Cv[nra]dus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Sifridi Maguntine sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt autem hec anno dominice incar[natio]nis M$^{o}$CC$^{o}$VIIII$^{o}$, regnante domino Oddone quarto Romanorum reg[e] glorioso, [anno] regni eius XII$^{o}$.

Dat. per manus [Uua]ltheri regalis aule prothonotarii in castris apud Lacum Benaci XIIII$^{o}$ kal. septembris, indictione XII$^{a}$.

(SP.D.)[k]

---

[j] *so ergänzt nach D statt* Engelhardus

[k] *gelbe Seidenfäden erhalten.*

## BFW 295.

*Otto erneuert dem Dogen von V e n e d i g Pietro Ziani den von seinen Vorgängern mit früheren Dogen geschlossenen Vertrag.*

*Im Heerlager wohl zu Valeggio sul Mincio, 1209 August 19*

*Abschrift vom Anfang des 13. Jh. im Archivio di Stato zu Venedig, Pacta e aggregati, Pacta 1, fol. 17v–21r (B). – Abschrift vom Ende des 13. Jh. ebenda, Pacta e aggregati, Pacta 2, fol. 86r–88v (C).*

*Böhmer, Acta S. 210 Nr. 235 aus zwei Abschriften des 18. Jh. in der Biblioteca Marciana zu Venedig. – MGH Const. 2, S. 38 Nr. 32 aus BC und Abschrift im Liber blancus.*

*Pellegrini in: Giornale dell´italiana letteratura 18, S. 51 Nr. 162 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Pertz in: Archiv 3, S. 602 Nr. 24. – Böhmer, Wittelsbachische Reg. S. 6. – Muffat, Beiträge S. 66. – Ankershofen in: Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen 14, S. 144 Nr. 685. – Valentinelli, Reg. documentorum Germaniae Nr. 187. – Minotto, Acta et diplomata 2/1, S. 33. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 145. – Jaksch, Mon. historica ducatus Carinthiae 4/1, Nr. 1633. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 166 (irrig zu 1207 August 18 und König Philipp) und Nr. 193. – Kos, Gradivo 5, Nr. 153. – BFW 295.*

*Es handelt sich um eine wortwörtliche Wiederholung der Urkunde Heinrichs VI. vom 6. Juni 1197 (Böhmer – Baaken 596). Pietro Ziani erlangte selbst noch am 20. September 1220 eine weitere Erneuerung des Vertrages durch Friedrich II. (DF. II. 665), bei der es sich um eine wortwörtliche Wiederholung des Ottodiploms handelt.*

(C.)[a] # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus[a]. # Quoniam stabilem christianorum principum karitatem operari plurima bona ad multorum utilitatem[b] evidenter novimus et viros sapientes et discretos[c] rectores regnorum suorum notos habere et amicos semper curavimus, Petrum Ziani virum egregium et clarissimum Veneticorum ducem, quem luce sapientie et totius honestatis ubertate predicabiliter pollere manifestum est, habere notum et amicissimum ad decus imperii nostri stabilitate perpetua decrevimus. Ad cuius rei evidentiam dilectionem ipsius toto cordis affectu amplectentes in confirmandis illis, que ab antecessoribus nostris suis antecessoribus collata sunt et confirmata, libenti animo voluntati et petitioni ipsius sicut karissimi amici nostri per omnia satisfacere studuimus. Hac igitur ratione omnino uniti nostram utriusque dilectionem rationabiliter observavimus et in multis magnisque negociis publicis ac privatis eius sinceram dilectionem ac preclaram sapientiam imperio nostro et nobis nostrisque fidelibus utilem existere probavimus. Et quia ipsius rei efficatia[d] et sapientum[e] iudicio sapiens atque discretus Venetici regni rector extitit et egregia fides et pure dilectionis exhibitio[f], quam semper erga nos habuit et nostrum imperium, eum[g] in omnibus nobis[h] commendabilem exhibuit, dignus eius et honestus interventus apud nostram regalem maiestatem locum utpote amici karissimi et viri sapientissimi venerabiliter optinuit. Igitur nuntios ipsius Rugerium Permarinum et Marinum Dandulum, quos ad nostram destinavit presentiam eo, quod decuit honore suscipientes, ob sinceram et venerabilem eius dilectionem, quicquid ipse dux et Venetici ducatus, ecclesię

---

[a–a] *Chrismon und Elongata laut B*
[b] utilitate *B*
[c] *so VU und NU, fehlt BC*
[d] efficantia *B*
[e] sapienter *BC*
[f] exibito *B*
[g] eius *B*
[h] *so auch DF. I. 695*

et populus[i] ex antiquo per multos annos in[j] imperii nostri potestate, secundum quod in preceptis nostrorum antecessorum imperatorum et regum continetur et in pacto Ottonis[k], Heinrici[l] ac[m] Lotharii et Friderici[n] * inclite recordationis imperatorum legitur, iuste et legaliter[o] tenuit et habuit, per hanc nostram regalem paginam renovamus et confirmamus, ita quidem, ut pars parti nichil malignum aut iniustum, sed semper, quod rectum est, in omnibus actionibus et rebus facere presumat, etsi, quod absit, aliqua malitia vel lesio inter partes comissa fuerit[p], per huius federis decreta tergatur ac facta satisfactione[q] a rebelli et transgressore parte ad pactum[r] observandum hec series federis per cuncta inviolabiliter annorum curricula semper maneat, remota contraditione vel impugnatione[s] tam nostra quam omnium successorum nostrorum. Quia iniustum videtur, ut aliquis vel suis vel equis sanctionibus oppugnare nitatur et ut maxime notentur specialiter vicini populi tam ex nostro regno quam ex predicto ducatu Venetie, a quibus omnimodo[t] hanc pactionis institutionem observandam[u] esse decernimus[u], hii sunt ex nostro scilicet iure: Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, Lucenses, Pisan(i), Ianuenses, Placent(ini), Florent(ini), Ferrarienses[v], Rauennenses, Clomaclenses, Ariminenses, Pisaurienses, Cesenenses, Fanenses[w], Senogalienses[x], Anconenses, Human(i), Firmenses, Epinenses[y], Veronenses, Montesilienses, Gauallenses[z], Vincent(ini), Paduan(i)[aa], Teruisan(i), Cenotenses, Foroiulienses[bb], Histrienses[cc] et cuncti de nostro Ytalico regno, sive qui modo sunt vel qui in posterum futuri sunt. Ex predicto vero ducatu[dd] Venetie sunt: Riuoaltenses, Metamaucenses[ee], Torcellenses, Clugienses, Palestrinenses, Camparoglenses[ff], Brundulienses, Lauretan(i), Murianenses[gg], Amianenses[hh], Burianenses, Equilenses, Caprulenses, Civitatinenses, Finenses, Gradenses et cuncta generalitas populi Venetici, sive qui modo sunt vel * futuri sunt. Confirmamus itaque

---

[i] *folgt* Venec(ie) *C*
[j] et *B,* ex *C*
[k] Octonis *B*
[l] Henrici *B*
[m] et *C*
[n] Frederici *C*
[o] legalitate *B*
[p] *folgt* et *B*
[q] *davor* satisfacta *C*
[r] *davor* partem *C*
[s] impugnatore *B*
[t] omim *mit* o *über zweitem* m *B*
[u–u] decernimus esse observandam *C*
[v] Ferarienses *B*
[w] Fauenses *BC*
[x] Senogall(enses) *B*
[y] Eriminus *B,* Erimin(enses) *C*
[z] Gauell(e)n(ses) *B*
[aa] Paduan *mit Kürzungszeichen B,* Paduanen(ses) *C*
[bb] Forolinen(ses) *B*
[cc] Ystrien(ses) *C*
[dd] *fehlt B*
[ee] Metamucen(ses) *B*
[ff] Camparoglin(enses) *C*
[gg] Maurianen(ses) *C*
[hh] Ametan(enses) *BC*

Veneticorum fines[ii] a nemine nostrorum inquietari, invadi vel minorari debere, sed libere et absque ullo impulsu, que retro ab annis possederunt multis, deinceps possideant. Proprietates vero et predia, que habere videntur tam ipse dux quam suus patriarcha nec non episcopi, abbates et ęcclesię sancte dei et reliquus populus Venetus sibi subiectus infra potestatem imperii nostri, sive[jj] in campis, sive[kk] in domibus, pratis, silvis, vineis, paludibus, salictis[ll], sationibus, piscationibus et ceteris possessionibus, quiete possideant et absque cuiusquam insultantis machinatione aut lesione sive[mm] sinistra quapiam[nn] tergiversatione, ita ut nemo contrarietatem eis inde facere presumat. Nec etiam venationes aut pabulatus[oo] sine eorum licentia exerceat neque molestiam ibi residentibus inferat neque aliquam[pp] navem ipsorum Veneticorum in aliqua nostri imperii parte periclitantem[qq] predari seu hominibus naufragium patientibus aliquam controversiam inferre presumat. Quod qui fecerit, componat centum libras auri purissimi illis, quibus iniuriam intulerit[rr], et res dominio possidentium mancipentur et quiete liceat possessoribus illas tenere ac frui. Quodsi excursus inter partes factus fuerit, ipsa persona, que in capite fuerit ad eandem malitiam faciendam, infra LX[ss] dies tradatur, et omnia, que fuerint[tt] ablata, in duplum restituantur. Quodsi ipsum duplum compositum non fuerit vel persona ipsa tradita non fuerit infra LX[ta] [uu] dies, ut dictum est, tunc per unamquamque personam, que ipsam malitiam perpetraverit, componantur aurei quingenti[vv]. Si furtum inter partes fuerit factum, in quadruplum restituatur. Si[ww] servi aut ancille inter partes confugerint, cum omnibus rebus, quas secum detulerint, reddantur et iudex, qui ipsos fugitivos reddiderit, accipiat pro unoquoque singulos solidos auri, sic tamen, ut, si amplius requiritur, per sacramentum dominis illorum idonea satisfactio fiat. Si vero iudex aut aliquis[xx] ipsos fugitivos susceperit[yy] et eos reddere cura negaverit et exinde fugerint, tunc pro unoquoque fugitivo componat auri solidos LXXII[zz]. Quodsi dubium[aaa] fuerit et[bbb] denegaverit iudex vel auctor loci illius, in quo fugitivi requiruntur, tunc prebeant sacramentum duodecim electi, quod[ccc] ibi

---

[ii] *so VU und NU, fehlt B,* districtum *C*
[jj] suis *B*
[kk] suis *B*
[ll] salicis *B*
[mm] suis *B*
[nn] *mit Kürzungsstrich über erstem* a *B*
[oo] p(ri)abulatus *B*
[pp] aliqua *B*
[qq] periclitantes *B*
[rr] *so auch DF. I. 695*
[ss] *so VU und NU,* XL *BC*
[tt] fuerunt *BC*
[uu] *so VU und NU,* XL[ta] *B,* XL *C*
[vv] quingentis *B*
[ww] sed *B*
[xx] *folgt* alius *C*
[yy] suscepit *B*
[zz] *so auch DF. I. 695*
[aaa] dubius *B*
[bbb] *fehlt B*
[ccc] *folgt* si *C*

suscepti non fuerint nec illos habeant nec in[ddd] conscientia illorum sint nec aliquas[eee] res illorum[fff] secum habuerint. Si autem[ggg] hoc[ggg] distulerit facere, post primam et secundam contestationem presentia testium[hhh] peractam[iii] per iussionem iudicis sui liceat[jjj] pignorare hominem de ipso loco, ubi causa requiritur, ita tamen, ut ipsum pignus post peractam[kkk] iusticiam per integrum reddatur. Et nullatenus liceat alicui[lll] pignus accipere per alia loca, nisi ubi fugitivi aut cause requiruntur. Et si pignoratio[mmm] pervenerit, non presumat aliqua pars pro pignore aliam pignorare[nnn], set expectet usque ad audiendam causam, ita sane, ut cause in sex mensium spatio fiant et sint cause finite, reddens prius, quia ex iudicio condempnatus fuit, et prius[ooo] suum recipiat. Nam si quis de alio loco pignus tollere presumpserit aut sine causa tulerit aut aliquem pro pignore pignoraverit, in duplum, qui tulerit[ppp], restituat. Si vero equi aut eque seu armenta aut[qqq] aliqua quadrupedia furtim fuerint sublata, in duplum restituantur[rrr], si ipsa aberraverint, omnino reddantur[sss]. Quodsi post primam et secundam contestationem minime reddita fuerint, tunc pignoratio fiat de loco, ubi hec requiruntur, usque dum pars parti satisfaciat, et post satisfactionem reddantur ipsa pignora. Et hoc statutum est, ut, si fugitivus seu res reddita fuerit vel si per sacramenta[ttt] satisfactio adimpleta fuerit[uuu], modis omnibus pars parti securitatem faciat. Si quis vero extra memorata capitula pignorare presumpserit, causam perdat et, quod tulit, restituat. Negocia autem inter[vvv] partes fiant[vvv] et liceat dare et accipere, quicquid inter eos convenerit[www] sine aliqua violentia vel contrarietate, ita ut equa conditio utrarumque partium negotiatoribus conservetur. Ripaticum autem et quadragesimum Venetis detur secundum antiquam consuetudinem. Ipsi vero Veneti per totum imperium et per totam terram, quam vel nunc habemus[xxx] vel in posterum deo auctore habituri sumus, liberi sint ab omni exactione et datione et[yyy] licentiam habeant homines ipsius ducis ambulandi per terram seu per flumina totius imperii nostri, similiter et nostri per[zzz] mare[zzz] usque ad eos et non amplius. De hoc convenit, quod, si qua lesio evenerit inter

---

[ddd] *fehlt B*
[eee] aliquis *B*
[fff] *folgt noch einmal irrig* sint nec aliquis res illorum *B*
[ggg–ggg] hoc autem *B*
[hhh] testius *B*
[iii] paratam *B,* parata *C*
[jjj] licet *B*
[kkk] paratam *BC*
[lll] alacri *B*
[mmm] pignoratore *B*
[nnn] *davor* pro *B*
[ooo] *so VU und NU (wohl statt* pignus*),* postea *B,* postea prius *C*
[ppp] *so VU und NU,* tulitur *B,* tulit *C*
[qqq] ut *B*
[rrr] restituatur *B*
[sss] *so VU und NU,* restituantur *BC*
[ttt] sacramentum *C*
[uuu] fuerint *B*
[vvv–vvv] interficiant *B*
[www] convenerint *C*
[xxx] habes *mit Kürzungsstrich über* e *B*
[yyy] *fehlt B*
[zzz–zzz] *fehlt C*

partes, legatarii non detineantur, si vero detenti[aaaa] fuerint[aaaa], relaxentur et componantur eis solidi CCC[ti], et si, quod absit, occisi fuerint, componantur parentibus eorum mille[bbbb] solidi pro ipsis et ipsa persona tradatur in manus eorum. Si quis inter partes causam habuerit, vadat semel aut bis[cccc] cum epistola iudicis sui. Si ei iusticia facta non fuerit infra dies XIIII[cim] [dddd], si ipse homo, unde iusticia requiritur, infra ipsum locum fuerit, infra dies septem licentiam habeat pignorare iudex, qui ipso tempore ordinatus fuerit, infra casam[eeee] suam, quantum ipsum debitum erit, et ipsum pignus usque ad determinationem cause teneatur. Quodsi antesteterit pignus, componantur solidi XII[cim] [ffff] causa manente, ut pro eo iterum pignoratio[gggg] fiat, ubi potuerit[hhhh] in finibus, ubi causa requiritur. Si tamen, ubi[iiii] iuditium ambabus partibus annunciatum fuerit, residentibus duobus de utraque parte, ubi causa requiritur, quod ipsi per evangelium terminaverint, pars parti satisfaciat. Addimus autem, quod, si quis homicidium perpetraverit, modis omnibus ipse et quanti mixti fuerint in ipso homicidio, ligati tradantur. Quodsi factum non fuerit, pro unaquaque persona componantur auri solidi CCC[ti]. Simili[jjjj] pena decernimus dampnandum[kkkk] illum[llll], qui in[mmmm] communibus mercatis tumultum populi excitans[nnnn] homicidium perpetraverit. Quodsi tumultus sine homicidio aut plaga sedatus fuerit, componat pro excitatione[oooo] solidos auri CCC[tos]. Si aliqua pignoratio[pppp] in silva fieri debuerit, sine homicidio fiat, et si, quod absit, homicidium factum fuerit, pro libero homine componantur solidi auri CCC[ti] et pro servo L. Si plaga facta fuerit, ut[qqqq] non[qqqq] moriatur, pro libero homine solidi L, pro servo XXX[ta]. Statutum est, ut de rebus sanctarum ecclesiarum dei nullus pignorationem faciat, excepto si cum sacerdotibus causam habeat. Et ante compellatio[rrrr] fiat semel vel bis[ssss], nam qui aliter presumpserit, duplum componat, et si nesciens pignoraverit, prebeat sacramentum et sit solutus pignusque[tttt] salvum restituat. Et hoc stetit de capulo, quod Riuoaltenses, Metamaucenses, Albionenses, Torcellenses, Amianenses fecerunt retro ab annis multis: habeant licentiam faciendi secundum antiquam consuetudinem sive per flumina sive per mare. Equilenses vero capulari debent in ripa sancti Zenonis usque in fossam Metamauri[uuuu] et Gentionis secundum consuetudinem[vvvv] omnem arborem

---

[aaaa–aaaa] detineantur *B*
[bbbb] *mit überflüssigem Kürzungsstrich über* e *B*
[cccc] his *B*
[dddd] XIIII[or] *B,* XIIII *C*
[eeee] cam *mit Kürzungszeichen B,* causam *C*
[ffff] *so VU und NU,* XV[cim] *BC*
[gggg] pignoratore *B*
[hhhh] potuit *B*
[iiii] *fehlt C*
[jjjj] scili *mit Kürzungsstrich, wohl für* scilicet *B*
[kkkk] dampnandus *B*
[llll] *fehlt B*
[mmmm] *fehlt BC*
[nnnn] exercitans *BC*
[oooo] exercitatatione *B,* exercitatione *C*
[pppp] pignoratore *B*
[qqqq–qqqq] *so VU und NU,* unde *BC*
[rrrr] conpellatione *B*
[ssss] his *B*
[tttt] pignus quod *B*
[uuuu] Metarnauri *B und VU*
[vvvv] *folgt* et *C*

evegere in carro aut[wwww] ad collum, quantum sibi placuerit, et habeant[xxxx] licentiam pecudes in ipsis finibus pascere vel pabulari. De finibus Civitatis Noue statuimus, ut terminatio, que a tempore Liutbrandi[yyyy] regis facta est inter Paulutionem[zzzz] ducem et Marcellum magistrum militum, deinceps manere debeat, id[aaaaa] est de[aaaaa] Plaue maiore usque in Plauem siccam. Pecudes quoque et greges cum securitate pascere debent. Caprulani vero in silva Foroiuliana[bbbbb], ubi semper capulaverunt, capulare debent. Similiter Gradenses secundum antiquam consuetudinem in silvis Foroiulii[ccccc] capulum faciant. Confirmamus etiam Lauretum, ut, quantum aqua salsa continet, eorum subiaceat potestati. Et nullus princeps vel pauper aliquem Veneticum distringere aut legem[ddddd] facere de aliqua habita substantia aut ad placitum ducere, nisi in presentia illorum ducis aut fodrum tollere de illorum terris, que in nostro sunt imperio, aut bannum mittere tam dominis habitantibus in Veneti(a)[eeeee] quam de illorum hominibus ubicumque habitantibus iusticiam aliquam accipere presumat nisi in presentia dominorum suorum. Confirmamus, ut pars parti de causis ecclesiarum, monasteriorum omnimodo[fffff] iusticiam faciat. Volumus, ut pro una libra denariorum vel uno homine sacramentum[ggggg] et, si usque ad XII$^{cim}$ [hhhhh] libras denariorum Venet(icorum), XII$^{cim}$ electi iuratores addantur, nam si ultra XII$^{cim}$ [iiiii] libras questio facta fuerit, iuratores ultra XII$^{cim}$ [jjjjj] non accedant[kkkkk]. Statuimus etiam de pignoribus, que inter partes facta fuerint, ut si qua de eis contentio orta fuerit, illi tribuatur arbitrium iurandi soli[lllll], qui pignus habuerit, sine electis. De cautionibus[mmmmm] vero simili[nnnnn] modo agatur. Promisit[ooooo] cunctus ducatus Veneticorum[ppppp] nobis et successoribus nostris pro huius pactionis federe annualiter omni mense martio persolvere[qqqqq] libras denariorum suorum L et totidem libras piperis et unum pallium. Si quis igitur dux vel marchio, comes, vicecomes aut aliqua magna vel parva persona huius nostre regalis pagine violator extiterit[rrrrr], quod minime credimus futurum, sciat se compositurum[sssss] pro pena auri optimi libras mille, medietatem fisco imperiali et medietatem duci

---

[wwww] sive *C*
[xxxx] habeat *B*
[yyyy] Lioitbrandi *B,* Lottobrandi *C*
[zzzz] Paulitionem *C*
[aaaaa–aaaaa] idem in *BC*
[bbbbb] Foraiuliana *B*
[ccccc] Fouuli *B*
[ddddd] legere *B*
[eeeee] Venet *mit Kürzungszeichen B,* Venetiis *C*
[fffff] omnimoda *B*
[ggggg] *so BC, zu ergänzen wohl* fiat*, vgl. MGH Const. 2, S. 41 Anmerkung a*
[hhhhh] *so VU und NU,* XV$^{cim}$ *B,* XV *C*
[iiiii] *so VU und NU,* XV$^{cim}$ *B,* quindecim *C*
[jjjjj] *so VU und NU,* XV$^{cim}$ *B,* XV *C*
[kkkkk] accedat *B*
[lllll] *fehlt C*
[mmmmm] captionibus *BC*
[nnnnn] scili *mit Kürzungsstrich, wohl für* scilicet *B*
[ooooo] *folgt* etiam *C*
[ppppp] Venetie *C*
[qqqqq] *fehlt BC*
[rrrrr] extitit *B*
[sssss] causa *(*ca *mit Kürzungszeichen)* positurum *B*

Veneticorum[ttttt]. Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observetur, hanc paginam corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt[uuuuu]: Albertus[vvvvv] Magdeburgensis archiepiscopus, Otto Vuirceburgensis[wwwww] episcopus, Sifridus Augustensis[xxxxx] episcopus, Ludeuuicus dux Bauuarie, Bernardus dux Karinthie, Otto[yyyyy] dux Meranie[zzzzz], Azo marchio Estensis, comes Artmannus de Vuirtinberc[aaaaaa], Albertus de Entse, Heinricus marscalcus de Kallindin, Vualtherus[bbbbbb] pincerna de Schipfen, Heinricus camerarius[cccccc] de Rauinspurc[dddddd] et alii quam plures.

# Signum[eeeeee] domini Ottonis[ffffff] quarti Romanorum regis invictissimi[eeeeee]. # (M.)

Ego Conradus Spirensis[gggggg] episcopus regalis aule cancellarius vice domini Tiderici Coloniensis archiepiscopi totius Ytalie archicancellarii[hhhhhh] recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo C$^{o}$C$^{o}$VIIII$^{o}$, indictione XII$^{a}$, regnante domino Ottone[iiiiii] quarto Romanorum rege glorioso, anno regni eius duodecimo; data in castris apud curtem Ualeam per manum Vualtheri regalis aule prothonotarii XV$^{o}$ [jjjjjj] kal. septembris.

---

[ttttt] Vent *mit Kürzungsstrich über* nt *B,* Venetie *C*
[uuuuu] sumus *B*
[vvvvv] Albeltus *C*
[wwwww] Viurcebergen*(*sis*) C*
[xxxxx] Augustn *mit Kürzungsstrich über* n *B,* Augustin *mit Kürzungsstrich über* in *C*
[yyyyy] Ottho *C*
[zzzzz] Mann *mit Kürzungsstrich über* nn *C*
[aaaaaa] Vuntinberc *BC*
[bbbbbb] Vuatherus *C*
[cccccc] camararius *C*
[dddddd] Rauinsperc *C*
[eeeeee–eeeeee] *Elongata laut B,* sigillum *und* invictisimi *B*
[ffffff] Otthonis *C*
[gggggg] Sprin*(*ensis*) BC*
[hhhhhh] archicancancellarii *B*
[iiiiii] Otthone *C*
[jjjjjj] *so BC, wohl statt* XIV$^{o}$.

## BFW 296.

*Otto bestätigt auf Bitten des Abtes Tonistus dem Kloster Sant'Ilario e Benedetto zu V e n e d i g nach dem Vorbild seiner Vorgänger die genannten Besitzungen und Rechte.*

*Im Heerlager wohl zu Valeggio sul Mincio, 1209 August 21*

*Original, 500 (–515) x 444 (–450) mm, im Archivio di Stato zu Venedig, San Gregorio 5 (A).*

*Cornelius, Ecclesiæ Venetæ vol. 9, S. 386 aus A.*

*Pellegrini in: Giornale dell'italiana letteratura 18, S. 52 Nr. 163 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Muffat, Beiträge S. 66. – Ankershofen in: Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen 14, S. 144 Nr. 687 (mit Anführung einiger Zeugen). – Valentinelli, Reg. documentorum Germaniae Nr. 188. – Lefflad, Reg. der Bischöfe von Eichstätt 1, Nr. 360. – Schum in: NA 1, S. 131 f. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 145. – Ladewig – Müller, Reg. episcoporum Constantiensium 1, Nr. 1234. – Grupp, Oettingische Reg. S. 14 Nr. 34 (mit Anführung mehrerer Zeugen). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1416. – Jaksch, Mon. historica ducatus Carinthae 4/1, Nr. 1634. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 196. – Heidingsfelder, Reg. Eichstätt Nr. 551. – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1250. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 177. – BFW 296.*

*Es handelt sich um eine wortwörtliche Wiederholung der Urkunde Heinrichs VI. vom 23. August 1196 (Böhmer – Baaken 542), die ihrerseits ein Diplom Lothars III. (DL. III. 100 aus dem Jahr 1136) unverändert wiederholte.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clemencia Romanorum rex et semper augustus. # Scientes in hoc maxime consistere salutem nostram et stabiliri honorem regalis eminencie, si ecclesiarum et pauperum Christi sollertem curam habuerimus, omnium fidelium nostrorum tam futurorum quam presencium industriam nosse volumus, qualiter devotum nobis Tonistum abbatem monasterii sanctorum Ylarii et Benedicti de partibus Venecie in finibus Riuoaltensi iuxta fluvium[a] Vne pro peticione sua benigne exaudivimus ad exemplum predecessorum nostrorum imperatorum omnium a tempore Karoli confirmantes ei et monasterio suo omnia, que vel per donationes seu oblationes aut quoquo modo legaliter ipsis collata sunt, colonos videlicet omnes in Ceresaria et in Pladano et in finibus illis simul cum capella in ipso Pladano in honore beati Petri apostoli fundata et decima[b] de Ceresaria et Pladano et aliorum colonorum pertinencium ad ipsam capellam cum vineis, terris, silvis, campis, pratis, pascuis, paludibus, portibus in predicto Pladano constitutis, cum ripatibus, theloneis, quarantesimis et cum omnibus ad predicta loca pertinentibus. Testificantur[c] quoque precepta Karoli, quod ipse eadem loca per commutacionem accepisset a Taruisino episcopo Landolo nomine et eidem monasterio obtulisset ipseque et omnes successores sui fere per precepta hec confirmaverunt. Hec quoque omnia ob devotionem prefati abbatis nos rata esse volentes confirmamus ipsi monasterio prenominata loca cum omnibus olim pertinenciis ad iura ipsorum et scenodochiis beati Petri et Viti martiris, quod est in Teruisina civitate, et ex omnibus, que ad predicta loca pertinent Ceresaria et Pladano, et prenominata capella cum predicta decima, cum designatis atque predictis lateribus, horum uno latere firmante in flumine currente iuxta prenominatam villam, alio latere in Aurelio, tercio latere in Cornio, quarto vero latere in aquis[d] salsis. Hec omnia cum

---

[a] fluuium *A, erster Mittelschaft des zweiten* u *verb.*
[b] *langes* i *aus* e *verb.*
[c] fi *verb.*
[d] *Unterlängen von* quis *und auch beim folgenden Wort* salsis *durch Fleck beschädigt*

portu similiter et burgo, qui sunt iuxta ipsum monasterium[e], ipsi monast[erio[f] confir]mamus[f] cum terris, vineis, pratis, pascuis, campis, silvis, venationibus, aquis aquarumque decursibus, paludibus, molendinis, ripatibus, portibus, ripis, theloneis, quarantesimis, decimis cum omnibus predictorum locorum pertinenciis. Sub eadem quoque confirmatione[g] non minus comprehendimus et concedimus ipsi monasterio curtem Treseculo et aliam, que dicitur Aureliaco, et curtem sancte Marie, que iacet iuxta Pedragum in comitatu Teruisino, cum omnibus appendiciis suarum et cum universis ad easdem iure aspicientibus, cunctasque alias terras a quibuscumque viris prescripto monasterio collata sunt et legaliter attributa. Precipiendo itaque mandamus et iubemus regali * auctoritate, ut nullus de hinc patriarcha, archiepiscopus aut Teruisinus vel alius episcopus nullusque dux, marchio, comes, vicecomes vel aliqua magna parvave persona de cunctis per ordinem supra nominatis vel in familia vel in possessionibus seu in aliis rebus predictum monasterium inquietare, molestare, disvestire audeat vel aliquatenus perturbare. Contradicimus homines eiusdem monasterii terras inhabitantes universis iudiciariis personis ita, ut deinceps de ipsis hominibus placitum nullum faciant seu aliquid publici ab eis exigant aut fodrum tollant nullamque illis violenciam inferant, sed in potestate ipsius monasterii et abbatis libere permaneant. Si quis autem, quod non credimus, huius precepti violator extiterit, sciat se compositurum auri puri libras mille, medietatem camere nostre et medietatem predicto monasterio. Quod ut verius credatur diligenciusque ab omnibus custodiatur[h], hoc preceptum per scriptam cartam sigillo nostro insigniri iussimus. Testes huius rei sunt: Albertus Madeburgensis archiepiscopus, Otto Erbipolensis episcopus, Manegoldus Pattauiensis episcopus, Hartwicus Eistedensis episcopus, Engelhardus Nv%oenburgensis episcopus, Cvnradus Constanciensis electus, Lvdewicus dux Bawarie, Otto dux Meranie, Bernardus dux Karinthie, comes Heinricus de Ortenberc, comes Hartmannus de Wirtenberc, comes Lvdewicus de Ôttingen, comes[i] Albertus de Dilingen, Heinricus marscalkus imperii, Gvnzelinus sescalkus[j] imperii, Waltherus pincerna imperii, Heinricus camerarius imperii et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum[k] regis invictissimi[k]. # (M.)

Ego Cvnradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice[l] domini Teodorici Coloniensis archiepiscopi et tocius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt autem hec anno domini M°CC°VIIII°, regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso, anno regni eius XII°. Datum apud [V]aleium[m] in castris per manus Waltheri regalis[n] aule prothonotarii XII° kal. septembris, indictione XII.

---

[e] *Oberlängen von* st *durch Loch in der Faltung etwas beschädigt*
[f–f] erio confir *und der darauffolgende erste des* m *durch Loch zerstört; ergänzt nach VU und Abschrift,* donamus *im Druck von Cornelius*
[g] firm *durch Fleck etwas beschädigt*
[h] *erster Mittelschaft des* u *wohl verb.*
[i] s *durch Fleck beschädigt*
[j] *so A, zweites* s *aus* c *verb.*
[k–k] *durch Abreibung und Flecken stark beschädigt sowie durch Löcher und Risse in der Faltung teilweise zerstört*
[l] ic *und* d *das nachfolgenden Wortes in der Faltung abgerieben*
[m] *V durch Abreibung fast zur Gänze zerstört*
[n] re *durch Fleck beschädigt*

(SP. D.) [o]

[o] *Plica fehlt, Reste der beschnittenen rhombenförmigen Einschnitte noch sichtbar.*

## BFW 297.

*Otto bestätigt der Kommune von R o v e r c h i a r a die angeführten Herrschafts- und Gerichtsrechte sowie den mit Bischof Adelard II. von Verona und Markgraf Azzo von Este, dem Podestà von Verona, darüber und über den Tausch von Monteforte geschlossenen Vertrag.*

*Im Heerlager* apud Sanctum Leonardum*, 1209 August 23*

*Original, 340 + 29 (–33) x 248 mm, im Archivio di Stato zu Verona, Mensa vescovile, Dipl. Nr. 8 (A).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 16 Nr. 26 aus A.*

*Cipolla in: MIÖG 4, S. 221 Nr. 121. – Savio, Antichi vescovi d'Italia: Lombardia 2/1, S. 355. – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1251. – BFW 297.*

# Otto quartus dei gratia Romanorum rex et semper augustus. # Regalis eminencia[a] iustis[b] postulationibus[c] fidelium suorum consuevit annuere et maxime eos, qui ad honorem imperii et obsequium se exposuerunt in negociis suis, occulo clemencie respicere. Inde est, quod nos advertentes iusticiam pariterque commoditatem fidelium nostrorum communis tociusque universitatis Ripeclarie de largitate regalis benivolentie concedimus, damus et regia auctoritate confirmamus communi et universitati Ripeclarie generaliter et integraliter iurisdicionem omnem et districtum sive rimaniam[d] et banna et thelonea et ripatica et omnem publicam functionem tocius curtis et territorii seu pertinencie Ripeclarie et quecumque ex ipsis descendunt, videlicet in agris, pratis, pascuis, silvis[e], venacionibus, piscationibus, molendinis et ripaticis, cum omni iure et honore, ita videlicet, quod liceat[f] eidem communi et eius universitati et eius rectoribus seu ei vel eis, quibus eadem universitas constituerit vel permiserit predictam iurisdicionem libere exercere in criminalibus et peccunariis ac liberalibus causis, in bannis auferendis, in tutoribus et curatoribus dandis et removendis ac maleficiis puniendis[g], emancipationibus et manumissionibus faciendis et omnibus generaliter agendis, quecunque ad districtum et iurisditionem pertinent. Insuper[h] concedimus, damus et regali auctoritate confirmamus contractum celebratum inter Adelardum episcopum Veronensem et marchionem Azonem tunc potestatem Veronensem et predictam universitatem et homines Ripeclarie de facto iurisditionis et districtus et rimannie[i] et ripatice et banni et thelonei et omnium eidem iurisdicioni pertinencium ac etiam permutacionis Montisfortis et per totum in omnibus[j] et per omnia, secundum quod in instrumento confecto per manum Omnisboni notarii continetur, statuentes et regia auctoritate firmiter precipientes, ut nulli[k] unquam persone alte vel humili, ecclesiastice vel secculari, licitum sit hanc nostre

---

[a] *langes* i *aus* e *verb.*
[b] *langes* i *wohl aus kurzem* i *verb.*
[c] b *durch Rasur des Unterschaftes aus* s *verb.*
[d] *so A statt* arimaniam
[e] l *aus Schaft für* u *verb.*
[f] ice *auf Rasur*
[g] *Unterlänge des* s *durch Loch beschädigt*
[h] In *durch Loch zerstört, das auch die Oberlänge des* s *beschädigt*
[i] *so A statt* arimannie
[j] i *aus* o *verb.*
[k] ll *durch Faltung stark abgerieben*

confirmationis[l] divalem paginam infringere vel aliquo ei temeritatis ausu obviare. Ut autem hec nostra donatio seu confirmacio in evum inviolabiliter observetur, presentem exinde paginam conscribi et regie maiestatis sigillo iussimus roborari[m]. Testes huius rei sunt: Albertus[n] Maideburgensis[o] archiepiscopus, Otto Erbipolensis episcopus, Cvnradus Spirensis episcopus et regalis aule cancellarius, Manegoldus Pattauiensis episcopus, Heinricus Mantuanus episcopus, Cvmanus episcopus, marchio Montisferrati, Azzo marchio Astensis et alii quam plures.

Dat. in castris apud Sanctum Leonardum anno domini M°CC°VIIII°, X° kal. septembris, indictione XII^a^.

(SP.D.)[p]

---

[l] *zweites* o *auf Rasur*
[m] *zweites* o *aus* a *verb.*
[n] l *durch Rasur des Bogens aus* b *verb.*
[o] *danach kleines Loch*
[p] *rot und gelb gewebte Seidenbänder erhalten.*

***BZ 62A.** ***unsicher***

*Otto gewährt und bestätigt einem u n b e k a n n t e n E m p f ä n g e r Herrschafts- und Gerichtsrechte.*

*(1208 – 1212, möglicherweise 1209 August)*

*BZ 62A.*

*Aufgrund der Formulierungen einer nur in gefälschter Form vorliegenden Urkunde Friedrichs II. vom 27. Februar 1221 (DF. II. 799) für die Herren von Arco, die stellenweise nahezu wortwörtlich mit der am 23. August 1209 ausgestellten Urkunde Ottos für die Kommune von Roverchiara (BFW 297) übereinstimmt, vermutete bereits Voltelini in: MIÖG 38, S. 256–258, dass die Fälschung auf Grundlage einer echten Urkunde Friedrichs II. und eines verlorenen Diploms Ottos IV. hergestellt wurde.*

## BFW 299.

*Otto nimmt die Söhne der Grafen Rainer und Ubert von B i a n d r a t e, die Brüder Konrad, Guido und Obizo, sowie die Brüder Ubert, Gottfried, Gozelinus und Otto, mit allen Gütern in seinen Schutz und bestätigt ihnen in Wiederholung des ihm vorgelegten Diploms Heinrichs VI. die genannten Besitzungen mit allem Zubehör, die dort angeführten Rechte sowie die Privilegien seiner Vorgänger.*

*Im Heerlager im Gebiet von Bologna am Fluss Reno, 1209 September 1*

*Abschrift von 1238 V als Insert in der Originalurkunde Friedrichs II. (BFW 2342) im Archivio di Stato zu Turin, Sezione Corte, Archivi di famiglie e persone, Biandrate di San Giorgio, mazzo 34 Nr. 10, beschädigt (B). – Notarielle Abschrift von 1300 ebenda, mazzo 34 Nr. 8, stark beschädigt (C). – Abschrift von 1355 II 20 als Insert in der Originalurkunde Karls IV. (Böhmer – Huber 6135), heute verloren (D); davon Abschrift aus der Mitte des 17. Jh. einer heute wohl verlorenen notariellen Abschrift von 1456 IX 27 (D´), ebenda, mazzo 34 Nr. 17 (D´´). – Notarielle Abschrift von 1447 einer heute wohl verlorenen notariellen Abschrift (E) in der Fondazione Conte Gian Giacomo Morando Bolognini zu Sant´Angelo Lodigiano, Pergamena Nr. 1, beschädigt (E´). – Abschrift aus dem ersten Drittel des 16. Jh. in der Schrift De origine gentilium suorum des Benvenuto di S. Giorgio im Archivio di Stato zu Turin, Sezione Corte, Archivi di famiglie e persone, Biandrate di San Giorgio, mazzo 2 Nr. 1, fol. 86r–89r (F).*

*De-Vit, Memorie storiche di Borgomanero S. 218 Nr. 6 Auszug aus Abschrift des 18. Jh. nach F in Borgomanero = Bianchetti, L'Ossola inferiore 2, S. 106 Nr. 34. – Winkelmann, Acta 1, S. 17 Nr. 27 unvollständig aus Abschrift des 18. Jh. nach F in der Biblioteca Reale zu Turin, ms. Storia Patria 530 = Mor, Carte Valsesiane S. 47 Nr. 22.*

*Degano, Segreti d´Archivio Nr. 1 (Abb. von E´).*

*Benvenuto di S. Giorgio, Historia Montisferrati, ed. Muratori, Rerum Italicarum Scriptores 23, Sp. 382 (Erwähnung mit Anführung der Zeugen). – Böhmer, Wittelsbachische Reg. S. 6. – Colombo, Documenti Nr. 70 (mit Textauszug). – Bertamini, Cronache del castello di Mattarella 1, S. 190 (Erwähnung). – Rizzi, Storia dell´Ossola S. 133. – BFW 299.*

*Das vorliegende Diplom wiederholt weitestgehend wortwörtlich die Urkunde Heinrichs VI. vom 21. September 1196 (Böhmer – Baaken 551, VU).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus[a]. # Regalis excellentie decet magestatem fidelium suorum desideriis[b] ac votis animum benignum clementer impendere et contra cuiuslibet malignitatis[c] incursus rigore iuris benignius temperato ipsorum indempnitati providere pariter et quieti. Eapropter adtendentes multiplicia et preclara obsequia experte devotionis et constantis[d] fidei, que bone memorie Reinerius[e] et Ubertus[f] comites de Blandrato[g] imperio semper exhibuerunt, Conradum, Widonem[h], Obizonem fratres, Vbertum, Godefridum[i], Gozelinum[j] et Ottonem[k] fratres, filios predictorum comitum, quos experti sumus nichilominus paterne fidei successores, cum omnibus bonis, que inpresentiarum possident vel in futurum iustis modis poterunt obtinere, sub regalem nostram omnimodam suscipimus protectionem *. Ad instar autem dive memorie

---

[a] *danach ein Zeichen ähnlich einer con-Kürzung mit Punkt darüber B, vermutlich als Intonationsanweisung für die Vorlesung*
[b] *fehlt* er *bzw.* er-*Kürzung BE´*
[c] malignantis *F*
[d] constanciis *B*
[e] Reynerius *D´´E´,* Raynerius *F*
[f] Vbertus *D´´F*
[g] *hier wie in der Folge stets* Blandato *C*
[h] Guidonem *D´´E´*
[i] Godefredum *CD´´E´*
[j] Gorcilinum *C,* Gozilinum *D´´F,* Gozellinum *E´*
[k] Octonem *C,* Otonem *E´*

Henrici sexti illustris Romanorum imperatoris antecessoris nostri, qui prememoratis comitibus Reinerio[l] et Vberto privilegium suum * dedit ipsisque omnia iura eorum, loca[m] et possessiones[m] pro se et ipsorum heredibus confirmavit[n], quod privilegium in curia nostra visum et lectum auctoritatem volumus et decernimus habere *, predictis fidelibus nostris Conrado et Vberto et reliquis prelibatis fratribus[o] eorum[o] comitibus de Blandrato ipsorumque heredibus * concedimus et regali confirmamus[p] auctoritate[p] locum Blandrate, Guilengo, Camare[q], Cerredo[r], Caualiano[s], Besenzago[t], Olegium, Medium Matrigum[u], Ganniagum[v], Rouexlate[w], Agredate[x], Yporeium[y] superius et Yporeium[z] inferius, Briga[aa], Quirezo, Caualli[bb], Briona[cc], Pedrorio, Sezianum[dd], Bregimam[ee] et Rocham[ff] de valle Sicide[gg], Montrigone[hh], Agnona, Sesio[ii] cum omnibus castris et villis, territoriis ac pertinentiis eisdem comitibus aliquo modo in valle de Siccide[jj] pertinentibus, Medolium[kk] quoque cum omni comitatu Ozole[ll] vallis, locum et, qui vocatur Sanctus[mm] Georgius[mm], cum omni sua curte et pertinentia, Cesole, Riua[nn], Porcilo[oo], Valdemax[pp] cum omni comitatu et Maxinum[qq] et Casamnouam, Lentam, Caspianum, Camodegiam[rr] per omnia, sicut avus eorum comes Guido habuit et tenuit, castrum etiam Montagutum[ss] cum omni curte eius et pertinentia

---

[l] Reynerio *CD´´E´,* Raynerio *F*

[m–m] et posessiones, loca *C*

[n] *fehlt D´´*

[o–o] eorum fratribus *CD´´E´F*

[p–p] auctoritate confirmamus *E´*

[q] *so C und VU,* Camere *BF,* Caurare *D´´, stark abgerieben, wohl* Cacmere *E´*

[r] *so D´´F und wohl auch, stark abgerieben, E´ sowie VU, fehlt B,* Cerrendo *C*

[s] Cavalliano *C,* Cavalliario *D´´,* Caualliano *F und VU*

[t] *so BCF und wohl auch, stark abgerieben, E´,* Dezenzago *D´´,* Belenzago *VU*

[u] *so CF und VU,* Marigum *BE´,* Mattrigri *D´´*

[v] Gammagum *D´´,* Gannagum *E´*

[w] Ronexlate *D´´,* Roueslate *E´*

[x] Agrediate *C,* Aggredate *F*

[y] *so C und VU,* Yporegium *B,* Ipporedium *D´´,* Yuorum *E´,* Iporeum *F*

[z] *so C und VU,* regium *durch Faltung beschädigt B,* Ipporedium *D´´,* Yuorum *E´,* Iporeum *F*

[aa] *so E´F und VU,* Briga *mit Kürzungszeichen über* a *B, durch Tintenfleck unleserlich C,* Brigo *D´´*

[bb] Raxalle *D´´,* Canali *F*

[cc] *so CE´F und VU,* Briona *mit Kürzungszeichen über* a *B,* Brona *D´´*

[dd] Sezituum *D´´*

[ee] Bregunam *D´´*

[ff] Roccam *D´´*

[gg] Sicido *D´´*

[hh] Montigronem *C,* Montragone *D´´,* Montigrone *F*

[ii] Serio *D´´*

[jj] Fiside *D´´,* Ficida *E´,* Sicida *F*

[kk] *so BE´F und wohl auch C, jedoch* Med *durch Tintenfleck zerstört,* Medioc *mit Kürzungszeichen am Schluss D´´,* Medolum *VU*

[ll] *so CF und VU,* Ossole *B,* Azole *D´´,* Osole *E´*

[mm–mm] *verderbt, wohl* sctissg *mit zwei Kürzungszeichen D´´*

[nn] Ripa *C*

[oo] Porcili *D´´*

[pp] Valdemaze *D´´*

[qq] *so BC,* Maximom *D´´,* et Maxinum *fehlt E´,* Masinum *F,* districtu *VU*

[rr] Caruodegran *mit Kürzungszeichen am Schluss D´´,* Camodegram *E´*

[ss] Monsacutum *D´´*

et cum omnibus proprietatibus, quas Redulfus[tt] de Monteacuto[uu] ipsi comiti Guidoni dedit et quas habebat ex parte filie sue Berte[vv] et ex parte Oddonis[ww] viri predicte mulieris, et tota illa regalia imperatoris vel regis, que homines loci de Castano[xx] tenent per communantiam[yy], et nominatim illa regalia, que homines de predicto loco Castano[zz] tenent et ubi habent edificata molendina super ripam fluminis Ticini[aaa], et tota illa regalia, que homines loci de Lonate[bbb] tenent per communantiam, et nominatim illa, que habent et tenent[ccc] super ripam[ddd] fluminis Ticini[eee], et tota illa regalia, scilicet fodrum per totum comitatum comitis prefati una cum omnibus honoribus, usibus et condictionibus, fictis, redditibus, districtis ac commendationibus, precariis, theloneis, fodris[fff], albergariis[fff], habitaculis, capellis, amisceribus, attractis et omnibus aliis honoribus et condictionibus ad supradicta loca respicientibus et cum personis omnibus[ggg] utriusque sexus predicto comiti in prefatis locis pertinentibus nec non et omnibus arimanis[hhh] comitis Widonis[iii] ubicumque manentibus, insuper cum omnibus usibus aquarum et aquarum ductibus vel decursibus, agris cultis et incultis, divisis et indivisis, ripis, rupinis, molendinis et piscationibus[jjj] omnibusque aliis rebus ad predicta loca pertinentibus aliquo modo in integrum cum casis, sediminibus, turribus[kkk] et omnibus edificiis[lll], vineis, silvis, stellareis[mmm] ac castaneis[nnn] cum areis earum, campis, pratis, gerbis[ooo], communantiis, vicanalibus, fossatis atque muris in integrum, ripam quoque Ticini[ppp], quam tenuit comes Wido[qqq] a Sexto usque Cerredanum[rrr]. Et omnia loca[sss] superius scripta predictis fidelibus nostris * comitibus de Blandrato[ttt] concedimus, largimur et regali auctoritate confirmamus, ut ea habeant et possideant et teneant fruanturque eis iure perpetuo; proprias proprietario iure, beneficiarias[uuu] beneficiario iure obtineant. Ad hec adicimus indulgentes, ne prescriptiones centum annorum tam in preterito quam in futuro nec minoris temporis

---

[tt] Rodulfus *CD´´E´,* Rudolphus *F,* Rudolfus *VU*
[uu] Mote Aculto *C,* Montambo *D´´*
[vv] Berthe *C*
[ww] Odonis *CF*
[xx] *so CE´F und VU, in E´* o *aus* e *verb.,* Casteno *B,* Castario *D´´*
[yy] *verderbt C, wohl* communenenciam, comminentia *D´´*
[zz] *so E´F und VU,* Casteno *B, durch Tintenfleck zerstört C,* Castrano *D´´*
[aaa] Thiaerini *D´´*
[bbb] *so BE´F,* Lonnate *C und VU,* Lunnate *D´´*
[ccc] *C wohl* tent
[ddd] *fehlt B*
[eee] Thiaerini *D´´*
[fff–fff] albergariis, fodris *C*
[ggg] *fehlt B*
[hhh] commonis *D´´,* armannis *E´,* arimannis *F und VU*
[iii] Guidonis *BCE´,* Vuidonis *D´´*
[jjj] possessionibus *D´´*
[kkk] turibus *CE´,* turris *D´´*
[lll] edeficiis *B*
[mmm] *so CE´F und VU,* stelareis *BD´´*
[nnn] castraneis *D´´*
[ooo] cerbis *C*
[ppp] Thicini *C,* Tricini *D´´*
[qqq] Guido *E´F*
[rrr] *so BCF,* Zerredanum *D´´ und VU,* Ceredanum *E´*
[sss] *fehlt B*
[ttt] Blandrate *E´*
[uuu] beneficias *C*

prescriptiones seu[vvv] temporales exceptiones[vvv] IIII[or], V, X vel XX annorum vel alterius minoris temporis ipsis possint opponi, nec[www] etiam ex personis nepotum suorum defunctorum. Ad hec, quia scimus predictos comites et eorum patres[xxx] defunctos in potestate et regimine imperii ab avo eorum quondam comite Widone[yyy] relictos fore, regia auctoritate nostra cassamus et in irritum[zzz] deducimus omnes venditiones pignoris vel ypothece[aaaa], obligationes, permutationes et infeudationes[bbbb] et quascumque alienationes, quas ipsi vel eorum patres in minori etate de possessionibus, quas avus aut patres eorum eis reliquerunt[cccc], in aliquem vel in aliquos fecerunt, in irritum et cassum deducentes omnes obligationes et alienationes ex predictis secutas[dddd] et quas creditores eorum de predictis rebus fecerunt sive consules civitatum aliquarum vel locorum estimatas dederunt, ita tamen, quod antefati comites solvant creditoribus peccuniam debitam alienationum[eeee] tempore. Insuper addimus[ffff], ut nemini liceat supradictos comites ipsis invitis vel ipsorum heredes coram aliquo iudice in ius vocare vel ipsi[gggg] alicui[hhhh] teneantur in iure respondere, nisi in nostre presentia magestatis. Amplius universa privilegia, que nostri antecessores Romanorum imperatores et reges * eorum progenitoribus et antecessoribus dederunt vel concesserunt *, predictis comitibus damus omnia et eorum heredibus et regali confirmamus auctoritate cassatis omnibus privilegiis et dationibus sive concessionibus contra hec nostra indulta factis, quia predicta omnia ipsis comitibus et eorum heredibus ex certa conscientia nostra[iiii] largimur omnibus temporibus in perpetuum valitura. Statuimus igitur et regali auctoritate sanctimus[jjjj], ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nullus consul[kkkk], nulla civitas[kkkk], nulla potestas, nullum comune, nulla denique humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica persona predictos comites vel eorum heredes contra hanc magestatis nostre concessionem aliquatenus gravare in predictis aliquibus audeat vel molestare[llll]. Quod si quis attemptaverit, CC libras auri pro pena componat, quarum medietas camere nostre, reliqua vero passis iniuriam persolvatur[mmmm]. Huius[nnnn] rei testes sunt: Wolfgerus patriarcha Aquilegensis, Albertus

---

[vvv–vvv] seu – exceptiones *fehlt E´*
[www] ne *B*
[xxx] *fehlt B*
[yyy] Guidone *CD´´E´F*
[zzz] *so D´´ und wohl auch C (beschädigt, am Wortende* it *mit diplomatischem Kürzungszeichen),* inirritamus B, ritum *E´, fehlt davor* in *F*
[aaaa] hypothece *D´´,* ipothece *F*
[bbbb] infeodationes *CF*
[cccc] relinquerunt *CF*
[dddd] secultas *C*
[eeee] alienationis *C*
[ffff] adicimus *D´´,* addicimus *F*
[gggg] ipse *B*
[hhhh] aliqui *E´*
[iiii] *fehlt B,* nostra *und* tia *des vorhergehenden Wortes durch Tintenfleck zerstört C*
[jjjj] sanctiamus *B*
[kkkk–kkkk] ul – ci *durch Faltung beschädigt B, darauf folgt anstelle von* -vitas *in B jedoch irrig* -vetatis
[llll] t *aus* s *verb. B*
[mmmm] persolvat *E´*
[nnnn–nnnn] Testes, qui presentes adherant, subternotari fecimus, quorum nomina hec sunt *B,* … testes sunt *C,* Huius – recognovi *fehlt D´´F*

Magdeburgensis archiepiscopus, Otto Herbipolensis[oooo] episcopus, Mangoldus[pppp] Patauiensis episcopus, Hertuuicus[qqqq] Eistedensis[rrrr] episcopus, Conradus Constanciensis electus, Luduuicus[ssss] dux Bawarie, Bernardus dux Karinth(ie)[tttt], Otto dux Meranie, comes Meinardus[uuuu] de Gorzia[vvvv], Azzo[wwww] marchio Estensis[xxxx], comes Guntherus de Suuarpurc[yyyy], comes Artimanus[zzzz] de Uuirtinberc[aaaaa], Ezelinus[bbbbb] de Taruisio, Salinguerra[ccccc] de Ferrera[ddddd], Henricus[eeeee] marescalcus[fffff] de Kallindin[ggggg], Vualterius[hhhhh] pincerna de Schiph(e), Cono[iiiii] de Minzinberc[jjjjj], Henricus[kkkkk] camerarius de Rauinspurc, Passauuerra[lllll] et Monachus de Villa curie nostre iudices et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis[mmmmm] quarti[nnnnn] Romanorum imperatoris invictissimi[ooooo]. # (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus regalis aule canzellarius[ppppp] vice domini Theoderici[qqqqq] Coloniensis archiepiscopi tocius Ytalie[rrrrr] archicanzellarii[sssss] recognovi[nnnn].

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CCVIIIIº [ttttt], indictione XII, regnante domino Ottone[uuuuu] quarto Romanorum rege glorioso, anno[vvvvv] regni eius duodecimo. Dat. in castris

---

[oooo] Herbpolensis *B*
[pppp] *so (*Magoldus *mit Kürzungsstrich über* a*) E´,* Maligoldus *B*
[qqqq] Herwicus *B*
[rrrr] Estidensis *E´*
[ssss] Ludouichus *E´*
[tttt] Harinth(ie) *B*
[uuuu] *wohl* Meniardus *BE´*
[vvvv] *wohl* Gorcia *B*
[wwww] Azo *E´*
[xxxx] Estansis *E´*
[yyyy] Suuarher *mit Kürzungsstrich über* her *E´*
[zzzz] Artemanus *E´*
[aaaaa] Wirtinberc *E´*
[bbbbb] Eszilinus *C*
[ccccc] *so C (*Salinguerr *mit Kürzungszeichen über* rr*),* Salingur *mit Kürzungszeichen über* r *B,* Salingueria *E´*
[ddddd] Ferreria *E´*
[eeeee] Henrichus *E´*
[fffff] marschalcus *E´*
[ggggg] *so C mit überflüssigem Kürzungszeichen über zweitem* n, H[…]nden *mit Kürzungsstrich über zweitem* n *B,* Kalinden *mit Kürzungszeichen über zweitem* n *E´*
[hhhhh] Vvaltherus *C,* Gualterius *E´*
[iiiii] *mit Kürzungszeichen (oder diakritischem Zeichen) über* on *BE´*
[jjjjj] *wohl* Minniberc *oder* Mininberc *B*
[kkkkk] Henrichus *E´*
[lllll] Passav(.)erra *C,* Passaguera *E´*
[mmmmm] Otonis *CE´*
[nnnnn] *fehlt B*
[ooooo] augusti *B*
[ppppp] canzelarius *B, zerstört C*
[qqqqq] Theodorici *E´*
[rrrrr] *wohl* Ytallie *C*
[sssss] archicanzelarii *B*
[ttttt] *mit diplomatischem Kürzungszeichen über* VIIII *B*
[uuuuu] Otone *C*
[vvvvv–vvvvv] anno – Walterii *durch Faltung stark abgerieben und teilweise zerstört B,* Datum – Walteri *durch Tintenfleck unleserlich C;* anno vero *C,* Vualtheri *D´´,* Valterii *E´,* Walteri *F*

in territorio Bononiensi super ripam Reni[wwwww] per manum Walterii[vvvvv] regalis aule protonotarii[xxxxx] kal. septembris[yyyyy].

---

[wwwww] *so D´´E´,* Rheni *F*
[xxxxx] prothonotarii *CD´´*
[yyyyy] *mit Wachssiegel laut C.*

## BFW 300.

*Otto belehnt die Söhne des Grafen Rainer von B i a n d r a t e , Konrad, Guido und Obizo, sowie deren männliche und weiblichen Erben mit allen Reichsgütern und -rechten in Stadt, Bistum und Grafschaft Ivrea als Entschädigung für das von ihrem Vater an Heinrich VI. abgetretene Nizza Monferrato, überlässt ihnen weiters Airasca sowie jährlich 40 Kölnische Mark vom Zoll in Turin und bestimmt die Mailänder Bürger Passaguerra und Monachus de Villa zu Richtern in allen Streitigkeiten, die zwischen Otto und den Grafen über den Tausch entstehen.*

*Im Heerlager im Gebiet von Bologna am Fluss Reno, 1209 September 1*

*Notarielle Abschrift aus der Mitte des 14. Jh. im Archivio storico del Comune zu Vercelli, Biscioni Libro I, fol. 224r–224v (C). – Notarielle Abschrift aus der Mitte des 14. Jh. ebenda, Biscioni Libro IV, fol. 222r–223r (D).*

*Historiae patriae monumenta. Chartarum tom. 1, Sp. 1162 Nr. 791 aus D. – Faccio – Ranno, I Biscioni I/II, S. 94 Nr. 140 aus C.*

*Gingins-La Sarraz in: Memorie dell'Accademia delle scienze di Torino Ser. 2, 10/2, S. 137 (mit Textauszug in Anmerkung 1) = Gingins-La Sarraz in: Memoires et documents publiés par la Société d'histoire de la Suisse Romande 20, S. 437 mit Anmerkung 4. – Böhmer, Wittelsbachische Reg. S. 6. – Muffat, Beiträge S. 66. – Damberger, Synchronistische Geschichte 9, S. 694 (mit Anführung der Zeugen). – Caccianotti, Summarium S. 66. – Lefflad, Reg. der Bischöfe von Eichstätt 1, Nr. 361. – Ladewig – Müller, Reg. episcoporum Constantiensium 1, Nr. 1235. – Jaksch, Mon. historica ducatus Carinthae 4/1, Nr. 1635. – Heidingsfelder, Reg. Eichstätt Nr. 552. – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1252. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 178. – BFW 300.*

(C.) In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Regalis maiestatis decet eminentiam[a] preclara excellentie sue beneficia, que circa fideles suos agit magnifice, scripto divalis pagine commendare, ne processu[b] temporum ob fragilem hominum memoriam ex malitia adversantium in oblivionem deducantur[c]. Quapropter notum facimus universis imperii fidelibus tam futuris quam presentibus, quod nos attendentes fidem ac[d] devotionem dilectorum fidelium nostrorum Conradi, Vidonis, Obizonis filiorum quondam comitis Raynerii[e] de Blandrato in recompensationem[f] poderis et terre quondam Henrici marchionis, quam idem Raynerius[g] in Niscia tenuit et quam predecessori nostro imperatori Henrico dedit, memoratis fratribus videlicet Conrado, Vidoni et[h] Obizoni eorumque legitimis[i] heredibus masculis et feminis in feudo concessimus quicquid imperium tenet et tenuit et quicquid nos tenemus et tenere debemus in civitate Yporegie[j] et in episcopatu et comitatu cum castro et palatio et aliis honoribus cum omni iure et ratione, qua nos ea tenere deberemus et imperium ea habere debet et tenere et sicut Trosardus aliquo tempore ea tenuit, videlicet in comitatibus possessiones vel terras in comitatu et episcopatu Yporegie[k] habentibus, nobilibus, capitaneis, vavassoribus,

---

[a] eminanciam *C*
[b] processo *CD*
[c] deducatur *D*
[d] ad *CD*
[e] Rainerii *D*
[f] recumpensationem *CD*
[g] a *aus* e *verb. C,* Rainerius *D*
[h] *fehlt D*
[i] legiptimis *C*
[j] *so C,* Ypor *mit Kürzungsstrich D*
[k] *so C,* Ypor *mit Kürzungsstrich D*

infeodatis et aliis hominibus, terris quoque villis, montibus, silvis[l], teloneis[m], pedagiis, angariis, parangariis, argentariis, pascuis, pratis, agris cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus et molendinis, castris quoque et omnibus pertinentiis. Insuper villam Erasci, que fuit quondam sancti Beligni, quam inclite[n] recordationis Fredericus Romanorum imperator emit ab[o] abbate et monacis sancti Beligni, predictis fratribus eorumque heredibus legitimis[p] nomine allodii[q] dedimus, ut sicut nos eam habere deberemus et imperium[r] habere consuevit et tenere, ita sepedicti fratres et eorum heredes eam habeant et teneant. Ad hec, que predicta sunt, sicut ex autentico imperatoris Henrici novimus[s] ab ipso imperatore dicto Raynerio[t] collatas esse, ita quoque et nos dedimus filiis suis Conrado et Vidoni et Obizoni eorumque heredibus XL marchas argenti ad pondus Colon(iense) omni anno in pedagio, quod habemus apud Taurinum, ita ut, quandocumque nos aut aliquis successorum nostrorum dederit predictis fratribus CCC marchas, predictum pedagium libere revertatur ad imperium[u]. Ea vero omnia, que supra memorata sunt, predictis fratribus et eorum heredibus donavimus et concessimus in concambium omnium eorum bonorum et possessionum, quas Raynerius[v] pater ipsorum, sicut dictum est, quondam habuit et imperio dedit cum omni eo iure, quo ipse ea tenuit et tenere consuevit[w]. Si[x] vero inter nos et dictos fratres Conradum et Vuidonem et Obizonem super concambio[y] facto discordia orta fuerit, in arbitrio fidelium nostrorum Passaguerre et Monachi de Villa[z] civium[aa] Mediolani et aliorum imperii fidelium, qui ad hoc ydonei fuerint, posuimus[bb], ut ipsi inter nos et predictos fratres secundum iustitiam et veritatem iudicent et discernant, et quicquid ipsi super eodem facto decreverint et iudicaverint, ab utraque parte ratum et firmum habeatur. Statuimus itaque et regali edicto sancimus, ut nullus episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla civitas, nullum comune, nulla denique omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, sepedictos fratres et suos heredes in hac nostre maiestatis donatione seu concessione gravare audeat[cc] vel perturbare. Quod qui fecerit, centum libras auri puri componat pro pena, dimidia parte camere nostre inferenda, reliqua vero passis iniuriam persolvenda. Ut autem hec omnia rata imperpetuum[dd] et firma[dd] observentur, presentem exinde paginam conscribi, maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Volfgerius patriarcha

---

[l] scilvis *D*
[m] theloneis *D*
[n] ynclite *C*
[o] *fehlt CD*
[p] legiptimis *C*
[q] alodii *D*
[r] imperpetuum *CD*
[s] *wohl* venimus *D*
[t] Rainerio *D*
[u] *davor* p *gestrichen C*
[v] Rench *mit Kürzungsstrich über* ench *BC*
[w] debint *C*
[x] sed *C*
[y] cumcambio *BC*
[z] Uilla *D*
[aa] ciuu *mit Kürzungsstrich D*
[bb] possumus *BC*
[cc] *ursprünglich* habeat *C, nachträglich wohl von erster Hand gestrichen und über der Zeile in* audeat *korrigiert*
[dd–dd] et firma imperpetuum *D*

Aquilen(sis), Albertus Maideburgensis ecclesie archiepiscopus, Otto Eribipolenssis[ee] episcopus, Manegoldus Paytauiensis[ff] episcopus, Artunchus[gg] Estedensis ecclesie episcopus, Conradus[hh] Constanciensis electus, Ludeuicus dux Bauuarie, Bernardus dux Karintie, Otto dux Marnie[ii], Azo marchio Estensis[jj], Ezzellinus de Taruis, Salinguerra de Ferraria, Henricus de[kk] Kallendus[ll] marscallius[mm] imperii, Cuno de Minzebero[nn] camerarius imperii, Vualtrahus[oo] pincerna imperii, Passaguerra[pp], Monacus de Villa[qq] et alii quam plures.

Signum domini Ottonis quarti Romanorum regis invictissimi. (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule canzellarius vice domini Theodorici[rr] Coloniensis ecclesie archiepiscopi et totius Ytalie archicanzellarii recognovi.

Act.[ss] sunt autem hec[tt] anno dominice incarnationis M$^{o}$CCVIIII$^{or}$[uu], regnante domino Ottone quarto Romanorum rege gloriosso[vv], anno regni eius XII.

Datum in castris in territorio Boloniensi super ripam Reni per manus Valcheri[ww] regalis aule protonotarii kal. septembris, indictione XII.

---

[ee] *so C,* Erbipelenssis *D*
[ff] *so CD*
[gg] *so CD*
[hh] *davor* Co *oder* Eo *gestrichen C*
[ii] *so CD*
[jj] Astensis *C*
[kk] et *CD*
[ll] Kallandus *D*
[mm] *mit Kürzungsstrich durch* ll *D*
[nn] Mizerbo *D*
[oo] *so CD*
[pp] Passagurra *C*
[qq] Uilla *D*
[rr] Teodorici *C*
[ss] Actum *C*
[tt] hoc *CD*
[uu] *so CD*
[vv] *so CD*
[ww] Valchi *mit Kürzungsstrich CD.*

## BZ 36.

*Otto bestätigt dem Eremitenkloster F o n t e   A v e l l a n a  unter Wiederholung der Urkunde Kaiser Heinrichs VI. (Böhmer – Baaken 9) die Besitzungen und Rechte.*

*Im Heerlager im Gebiet von Forlì, 1209 September 8*

*Notarielle Abschrift von 1266 XII 18 in der Sezione di Archivio di Stato di Perugia zu Gubbio, Comune, Copiari di privilegi (Libro rosso Nr. 1), fol. 62r–62v (B).*

*Arduini in: Archivio storico per le Marche e per l'Umbria 4, S. 430 (zu 1212 IX 13). – Hagemann in: QFIAB 29, S. 150 Nr. 13. – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1253. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 179. – BZ 36.*

*Als Vorurkunde diente die gemeinsam mit seinem Vater Friedrich I. ausgestellte Urkunde Heinrichs VI. vom 24. Juni 1186 (Böhmer – Baaken 9; VU I). Erweitert wurden die Übernahmen aus der VU durch einen Passus aus dem Diplom Heinrichs VI. vom 21. Oktober 1196 (Böhmer – Baaken 560; VU II).*

In[a] nomine[a] sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. **/I/** Ad temporalis regni gloriam et eterne retributionis meritum apud regem regum nobis proficere credimus, si piis et religiosis locis sollicite provideamus et deo in his famulantes ab infestatione malorum hominum securos et quietos nostre deffensionis munimine reddamus. Hiis autem precipue regie benignitatis clementiam libentius debemus inpertiri, quibus sue religionis et honeste conversationis intuitu predecessores nostros Fridericum et Heinricum imperatores augustos propensiorem imperialis eminencie gratiam et deffensionis sue protectionem contulisse cognoscimus. Quia ergo fratres de heremo Fontis Auellani sacris operibus iugiter insudare et bona fama in domo dei flagrare intelleximus, dignum duximus ampliori nostre serenitatis clementia locum et possessiones eorum intueri et propensioris gratie beneficio personas et res ipsorum commendatas habere et spetialius semper manutenere. Notum igitur facimus omnibus Christi et imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos prefatam ecclesiam, scilicet heremum Fontis Auellani, cum universis eius pertinentiis in nostre tuicionis speciale patrocinium * tanta benivolencia suscepimus, ut omnia eidem ecclesie et fratribus inibi deo servientibus spectantia ea pace, que rebus fisci nostri debetur, semper perfrui velimus. Eapropter omnibus imperii nostri fidelibus marchionibus, comitibus, civitatum consulibus, capitaneis, valvassoribus et universis publicam amministrationem gerentibus et ceteris quibuslibet hominibus sub debito fidelitatis, qua imperio astricti sunt, firmiter precipiendo mandamus, quatenus nichil unquam de omnibus possessionibus, que prefatis attinent fratribus, violenter aut contra voluntatem ipsorum contingant aut tollant ac eos tam in hominibus quam in animalibus, tam in edibus quam in agris, in omnibus omnino rebus et locis ad ius eorum pertinentibus nulla prorsus tributorum vel angariarum aliorumve servitiorum exactione molestent, quoniam nos eosdem fratres ac possessiones ipsorum ab hiis exactionibus liberos de cetero et inmunes fore statuimus. Ad augmentum quoque regalis gratie de fodro regali hanc eisdem fratribus indulgemus et concedimus commoditatem, quatenus id de eorum manualibus et quibuslibet ipsorum ecclesiis et terris et hominibus, ubicumque proprias et eis spetialiter attinentes habent possessiones, nec marchio nec comes nec capitaneus nec ullus consulatus aut potestas nec aliqua penitus exigat persona, sed tempore, quo illud

---

[a–a] In nomine *in etwas vergrößerter Schrift B, die beiden ersten Zeilen eingerückt, wohl um Raum für das Chrismon auszusparen*

dandum est, fratres predicti id per omnes homines suos fideliter colligant et de ipso ob salutem anime nostre ad utilitatem ecclesie sue disponant. In eiusdem quoque fodri collectione talem eis modum imponimus et deffinimus, ut a singulis hominum suorum focis, qui ipsis scilicet fratribus spetialiter attinent, denarios duodecim accipiant et de hiis ecclesie sue necessitatibus, ut supradictum est, provideant, et ipsi fratres et eorum homines ultra hanc mensuram a nostris nunciis vel a quibuscumque aliis nulla datione graventur. Insuper iubemus, ut liceat eisdem fratribus homines ipsorum super sua, id est ecclesie illius bona de loco ad locum pro libito suo transferre et ad utilitatem suam transmutare nullo vetante vel impediente. Preterea statuimus, ut nullus iudicum tam de civitatibus quam de forinsecis locis habeat potestatem iudicandi vel ad iuditium vocandi homines predicte ecclesie, nisi causa prius fuerit ad priorem et fratres perlata et ab eis emendatio vel secundum iustitiam aut secundum amicabilem compositionem reverenter et benigne requisita. Precipimus etiam firmissime omnibus iudicibus tam in civitatibus quam extra per castella et villas constitutis, si quando contigerit predictos fratres proclamationem super illatis iniuriis facere, ut statim iudices celeri eis iustitia subveniant et presens promtumque iuris auxilium contra adversantium violentias eis efficaciter impendant. Insuper statuimus, ut ipsi fratres in causis civilibus sacramentum calumnie prestare non cogantur et quod eis nulla prescriptio temporis obitiatur nisi centum annorum. Precipimus etiam eiusdem ecclesie patronis firmiter iniungentes, quatenus predictam ecclesiam vel in hominibus vel in ullis[b] rebus ipsius aliqua molestia vexare non presumant, eisdemque patronis et nostris simul nunciis et ceteris imperii fidelibus diligenter iniungimus, ut eandem sancte[c] Crucis ecclesiam de heremo Fontis Auellani per omnes personas ac pertinentias eius ab[d] omni incursu violentie semper deffensare studeant. Confirmamus etiam eidem ecclesie omnes eius possessiones, quas hactenus tenuit et possedit et quas deinceps iuste et rationabiliter acquiret, ac ipsi pacem in eis et quietem nostre auctoritatis edicto stabilimus. Preterea concedimus et confirmamus ipsi ecclesie omnes homines et possessiones, quas nunc habet vel in posterum iuste est habitura, et quidquid in eius iuris habemus, ipsi conferimus et nominatim hospitale apud Esinum cum universis suis pertinentiis. | /**II**/ Precipimus quoque, ut nulla omnino persona super homines, monasteria, capellas et possessiones ac res ipsorum usarias vel commendaticias vel alia indebita servitia presumat imponere vel iniuste imposita exercere. Insuper priori et fratribus eiusdem monasterii de nostra benignitate concedimus, quatenus possessiones monasterii, cum ad ipsum iuste et legitime devolvuntur, auctoritate sua earum intrent possessionem, et atestationes[e], quas produxerint in causis suis, postquam fuerint autenticate, super eisdem causis postmodum sine iteratione iuramenti licite producant. | /**I**/ Si quis vero pretaxatis clementie nostre statutis ausu temerario contraire presumpserit, pena quinquaginta librarum auri puri sit condempnatus, quarum medietas fisco nostro, residua prefate ecclesie exibeatur. Ut autem hec nostra confirmacio rata imperpetuum habeatur, presentis privilegii paginam fecimus inde conscribi et nostre maiestatis sigillo roborari. Volumus autem predictos fratres huius privilegii donationibus uti in bonis illis, que ipsi iure proprii ad manus suas habent, non autem in hiis, que ex

---

[b] *bei* u *am Wortanfang ein Mittelschaft zuviel B*
[c] sante *B*
[d] *davor wie in der VU überflüssig* et
[e] *so B,* attestationes *VU*

oblationibus fidelium pro certo canone receperunt[f]. Huius rei testes sunt: Wolfgerus patriarcha Acquilegensis, Albertus Maideburgensis archiepiscopus, Otto Wirzeburgensis episcopus, Manegoldus Pattauiensis episcopus, Ludeuuicus dux Bauuarie, Otto dux Meranie, Bernardus dux Karinthye, Azzo marchio Astensis, comes Hartmannus de Wirtenberc, comes Albertus de Dilingen, Ezzelinus de Taruisio, Heinricus marescalchus imperii, Heinricus camerarius imperii, Passawerra et Monachus de Uilla iudices curie nostre et alii quam plures.

Signum domini Ottonis quarti regis Romanorum invictissimi[g].

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theodorici Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi. Acta sunt autem hec anno domini M$^{o}$CC$^{o}$VIIII, regnante domino Ottone glorioso Romanorum rege anno regni eius XII$^{o}$. Dat. in castris in territorio Foriliuii per manus Waltheri regalis aule prothonotarii, VI$^{o}$ idus septembris, indictione XII[h].

---

[f] recceperunt *B*
[g] invectissimi *B, danach folgt über fünf Zeilen freigelassener Raum für das Monogramm*
[h] *Hängesiegel aus Wachs laut B.*

## BFW 301.

*Otto beurkundet, dass er die Sicherheit, welche die Fürsten und andere Getreue des Reiches auf seinen Befehl und in seiner Gegenwart dem Papst und den Kardinälen der Römischen Kirche sowie des gesamten römischen Volkes anlässlich seiner Kaiserkrönung eidlich zugesagt haben, als gültig anerkennen und beachten wolle.*

*Im Heerlager auf dem Monte Mario, 1209 Oktober 4*

*Abschrift vom Anfang des 13. Jh. im Archivio Apostolico Vaticano, Reg. Vat. 6, fol. 43v Nr. 193 (B).*

*Odoricus Raynaldus, Annales ecclesiastici 13 (ed. 1646) S. 185 Nr. 16 = Odoricus Raynaldus, Annales ecclesiastici (ed. 1667) unpag. zu 1209, Nr. 15.16 aus B, = Odoricus Raynaldus, Annales ecclesiastici 13 (ed. 1692), S. 168 Nr. 16 = Annales ecclesiastici 1, ed. Mansi, S. 281 Nr. 16, = Annales ecclesiastici 20, ed. Theiner S. 258 Nr. 16. – Baluze, Epistolarum Innocentii III libri undecim 1, S. 763 ep. 192 aus B = Migne, PL 216, Sp. 1171 Nr. 192, = La Farina, Rischiarazioni S. 465 Nr. 99, = Tangl, Register Innocenz' III. S. 233 Nr. 192 in deutscher Übersetzung. – MGH Leges 2, S. 218 aus B. – Diemand, Ceremoniell S. 115. – MGH Const. 2, S. 43 Nr. 34. – Kempf, Regestum Innocentii III papae S. 406 Nr. 192 aus B. – Holtzmann, Register S. 239 Nr. 192 aus B.*

*Peitz, Regestum (Abb. von B) mit Beschreibung S. 29.*

*Bzovius, Annalium ecclesiasticorum tom. 13 (ed. 1616), Sp. 157 Nr. 3 (Erwähnung) = Bzovius, Annalium ecclesiasticorum tom. 13 (ed. 1617), S. 126 Nr. 3 = Bzovius, Annalium ecclesiasticorum tom. 13 (ed. 1621), Sp. 154 Nr. 3. – Günter, Krönungseide S. 25 Nr. 146. – BFW 301.*

*Otto wiederholte mit der vorliegenden, am Tag seiner Kaiserkrönung ausgestellten Urkunde mit nur wenigen Abweichungen wortwörtlich dasselbe Versprechen, das bereits Heinrich VI. am 12. April 1192 drei Tage vor seiner Kaiserkrönung dem damaligen Papst Coelestin III. gegeben hatte (Böhmer – Baaken 145; VU).*

Otto dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Notum fieri volumus universis presentem paginam intuentibus, quod nos iuramenta securitatis venerabilibus patribus nostris Innocentio pape et cardinalibus sancte Romane ecclesie et rerum ipsorum et totius populi Romani in coronatione nostra, * illuc eundo, * ibi stando et inde redeundo, que principes, * comites, barones, nobiles et alii imperii fideles de mandato nostro et in nostra fecerunt presentia, rata habemus et ea, secundum quod in scripto distinctum et bona fide utrimque est intellectum, nos observaturos promittimus et firmiter et inviolabiliter faciemus observari.

Dat. in castris in Monte Malo IIII non. octobris, indictione XIII.

## BFW 304.

*Otto nimmt die der Kirche des hl. Petrus (zu Rom) gehörende Massa Trabaria mit den genannten Gemeinden sowie deren Bewohnern in den angegebenen Grenzen in seinen Schutz, verbietet seinen Nuntien und allen Getreuen des Reiches, dort Abgaben zu fordern, und befiehlt, die Bewohner dabei zu unterstützen, ihren jährlichen Verpflichtungen gegenüber der Peterskirche nachkommen können.*

*Im Heerlager bei Isola Farnese, 1209 Oktober 7*

*Fassung a:*
*Abschrift des 13. Jh. in der Biblioteca Riccardiana zu Florenz, Ricc. 228 (Liber censuum), fol. 245v–246r (B). – Abschrift aus der Mitte des 15. Jh. einer notariellen Abschrift von 1436 VI 9 in der Sezione di Archivio di Stato di Perugia zu Gubbio, Nr. 233 Armanni, fol. 77r–77v (C´´´). – Abschrift aus der 2. Hälfte des 17. Jh. einer notariellen Abschrift von 1567 XII 13 im Archivio Apostolico Vaticano, Instrumenta miscellanea Nr. 5396 (C´´´´).*

*Colucci, Antichità picene 9, S. 231 § 20. – Theiner, Cod. dipl. dominii temporalis S. Sedis 1, S. 43 Nr. 55 aus Abschrift von B vom Ende des 13. Jh. im Archivio Apostolico Vaticano = Roskovány, Romanus pontifex 5, S. 76 Nr. 77 (Auszüge). – Fabre in: Archivio della società romana di storia patria 17, S. 10 (Auszüge aus B) = Lanciarini, Tiferno Mataurense S. 197 Anmerkung 1. – Fabre – Duchesne, Liber Censuum 2, S. 10 aus B. – Lanciarini, Tiferno Mataurense S. 171 (aus B) und S. 173 (aus Abschrift vom Ende des 13. Jh. im Archivio Apostolico Vaticano).*

*Garampi, Memorie ecclesiastiche S. 38 Anmerkung g (zu Oktober 12, mit Textauszug) = Borgia, Memorie istoriche di Benevento 2, S. 251 Anmerkung 1. – (Muzi), Memorie civili di Città di Castello 1, S. 102 (mit Textauszug). – BFW 304.*

*Fassung b:*
*Abschrift vom Anfang des 15. Jh. im Archivio comunale zu Sant'Angelo in Vado, Riformagioni, lib. 1, fol. 196 (D), nicht auffindbar.*

*Orlandi, Città d´Italia 2, S. 110 aus D (o). – Parole e documenti d´un cittadino vadese S. 75 Nr. 1 aus D (p). – Lanciarini, Tiferno Mataurense S. 174 (aus D) (l).*

*Aufgrund der komplexen Überlieferungslage und um die Unterschiede bzw. Gemeinsamkeiten der beiden Fassungen übersichtlich zeigen zu können, werden in der untenstehenden Edition beide Fassungen parallel in Spaltendruck geboten.*

| *Fassung a* | *Fassung b (verfälscht)* |
|---|---|
| Otto quartus[a] dei gratia Romanorum imperator et semper augustus[b]. Cum ex imperialis dignitate maiestatis et collate nobis divinitus super alios reges excellentie omnibus ecclesiis, sed precipue ecclesie[c] principis apostolorum, patrocinari teneamur[d], eius utilitatibus[e] nequaquam deesse possumus vel debemus, ne in extremo regis regum omnium iudicio districte[f] respondere super hoc compellamur. Hac igitur inducti[g] ratione[g] predecessorum nostrorum Romanorum imperatorum sequentes in bono vestigia Massam beati Petri, que Trabaria dicitur[h], id est plebem Sistini[i] et plebem Folie et plebem Ici[j] cum populis et pertinentiis earum et cum universis terminis suis, sub protectione maiestatis nostre ac munimine suscipimus[k]. Termini vero hii sunt: a fontanellis ad Montem Maiorem veniens a[l] serra[l] Alpium[m] usque ad Arsitium[n], perveniens[o] per Mariculam usque ad Torbellum[p], saliens[q] per | Otto quartus[bbb] dei gratia imperator semper augustus. Cum ex[ccc] omnipotentis dei dono et gratia imperialis dignitas collata nobis sit et super alios reges omnibus ecclesiis, et precipue principis apostolorum, patrocinari teneamur et eius utilitati nequaquam[ddd] deesse possumus nec debemus, ne in extremo vite regis regum iudicio districte reddere super hoc compellamur[eee], ac etiam vestigia predecessorum nostrorum imperatorum bona et sancta sequamur Massam beati Petri, que Trabaria nuncupatur, id est plebem Folie[fff], plebem Sestini, plebem Ici[ggg], plebem Sancti Angeli in Vado cum suis populis, castris, villis et oppidis et pertinentiis earum et cum universis terminis suis, in protectione maiestatis nostre habeamus.<br>Termini vero huius provincie sunt hii: a fontanellis Alpium ad Montem Maiorem per serram dictarum Alpium usque ad Arsitium[hhh], perveniens per Mariculam et saliens per Noveletum usque ad |

[a] quintus *C´´´C´´´´´*
[b] agustus *B*
[c] ecclesiarum *C´´´*
[d] tenuit *C´´´,* tenemur *C´´´´´*
[e] utilitati *C´´´C´´´´´*
[f] distripte *B*
[g–g] ratione inducti *C´´´*
[h] vocatur *C´´´C´´´´´*
[i] Sestini *C´´´,* Sextini *C´´´´´*
[j]Yczi *C´´´C´´´´´*
[k] suscepimus *C´´´´´*
[l–l] asseram *B*
[m] albium *B*
[n] Arsitum *B*
[o] veniens *C´´´´´*
[p] Torbellium *C´´´,* Terbellium *C´´´´´*
[q] *wohl* salietis *B, fehlt C´´´´´*
[bbb] quintus *pl*
[ccc] *so D laut op, fehlt l*
[ddd] nunquam *o*
[eee] *so D laut op,* compellarum *l*
[fff] Folee *o,* Fobie *p*
[ggg] Ius *o,* Iici *p*
[hhh] Arsituum *o*

| | |
|---|---|
| Noueletum[r] et per montem maiorem et per calcinarium sancti Benedicti[s] et per plateam et[t] pinnam[u] Miratorii et terminum[v] Spini[w] et[x] petram latam, que est Simoncellum[y], descendens per Mutinum[z], comprehendens[aa] Cauletum[bb] cum pertinentiis suis, descendens[cc] ad Foliam[dd], perveniens usque ad Litiolem[ee] et Montem Nouum usque ad Paganicum, deinde veniens usque ad Sanctum Paulum et montem Pisilerii[ff] usque ad castrum de Monte[gg] Spetioso[gg], usque ad Materam[hh], veniens per serram ad Parnacianum[ii] usque ad hospitale[jj] sancti Antonii et heremitorium et ad hospitale Ranolfi[jj] revertendo usque ad fontanellas.<br><br>De cetero per hanc nostram divalem[kk] et[ll] pragmaticam sanctionem decernimus, ut nullus nostri imperii nuntius, dux vel marchio, comes, | calcinaria sancti Benedicti et plateam Perne[iii] castri Miratori usque ad terminum Spini et petram latam, que est Simoncellum et descendens per Mutinum[jjj], comprehendens castrum Cauletum cum omnibus pertinentiis suis et villis, descendens usque ad Foleam flumen, perveniens ad Ricciolas[kkk] et ad Montem Novum usque ad Paganicum et non ultra, demum veniens ad Sanctum Paulum Silvenire et montem Pesileri[lll], et procedit ad castrum de Monte Specioso et Montem Maiorem usque ad Materam, et per serram usque ad Parnacianum et usque ad hospitale sancti Benedicti, hospitale Rainolfi et hospitale sancti Antonii seu heremitorium et revertendo ad dictas fontanellas Alpium, cum populis suis, qui inter dictos confines sunt.<br>De cetero per hanc nostram edictionalem[mmm] pragmaticam sanctionem seu indultum decernimus, ut nullus nostri imperii nuntius, dux vel marchio, vel quisque magnus aut parvus sit, |

[r] Nouellectum *B,* Nouellatum *C´´´´´*
[s] Beneditti *C´´´*
[t] *folgt* per *C´´´C´´´´´*
[u] pinam *B,* primam *C´´´´´*
[v] *wohl* trinum *C´´´,* termini *C´´´´´*
[w] Spani *C´´´´´*
[x] *folgt* per *C´´´C´´´´´*
[y] Symontellum *B*
[z] Murinum *C´´´´´*
[aa] compredens *B*
[bb] caulettum *B*
[cc] descendente *B*
[dd] Foleam *C´´´´´*
[ee] dictionem *C´´´´´*
[ff] Spilerium *B,* Pisiborii *C´´´´´*
[gg–gg] Monspetio specioso *B,* Monte Spatioso *C´´´´´*
[hh] Mactaram *C´´´C´´´´´*
[ii] Pamatianum *C´´´´´*
[jj–jj] hospitale – Ranolfi: ospitale Ranolfi, ad ospitale sancti Antonii et heremitorium *C´´´,* hospitale Ranolphi ad hospitale sancti Antonii heremitarum *C´´´´´*
[kk] *wohl* ditralem *C´´´,* dictialem *C´´´´´*
[ll] *fehlt BC´´´*
[iii] *so bzw.* pernè *D laut lo statt* et pinnam
[jjj] Frutinum *o*
[kkk] Riciolas *o*
[lll] Pisilieri *o,* Pisileri *p*
[mmm] *so lo,* edictionem *p*

| | |
|---|---|
| vicecomes vel quisquam[mm] magnus aut parvus prefatam Massam cum plebibus suis, populis quoque et[nn] terminis per aliquas exactiones molestare vel gravare presumat.<br><br>Quod si forte aliquis contra hoc nostre sanctionis scriptum ausu temerario facere presumpserit, centum libras auri pro pena componat, medietatem beato[oo] Petro et medietatem[oo] imperiali camere redditurus.<br>Precipimus etiam et[pp] firmiter[pp] iniungimus omnibus imperii fidelibus, ut homines ad obsequium trabium[qq] undecumque retinentes[rr] attentius habeant[ss] recommendatos[tt], et[uu] per quorum loca populus iam dicte Masse trabes[vv] debitas duxerit[ww], ut sub debito fidelitatis, qua nobis et imperio tenetur[xx], nullum eis prebeant impedimentum, sed potius consilium[yy] et auxilium[yy] impendant, ut basilica iam dicti principis apostolorum singulis annis, ut moris est, iura sua recipiat, et nos post presentis vite curricula paradisi gaudia[zz] suscipiant. | prefatam provinciam sic lateratam seu confinatam cum plebibus suis atque populis, oppidis[nnn], terris, villis per aliquas exactiones molestare vel gravare presumant.<br>Et si forte aliquis, quod non credimus, contra hanc nostre sanctionis seriem[ooo] ausu temerario facere presumpserit, centum libras auri pro pena persolvat, medietatem beato Petro, medietatem camere imperiali nostre.<br>Et sic precipimus et firmiter iniungimus omnibusque[ppp] imperii nostri fidelibus committimus[ppp], ut homines dicte provincie ad obsequia trabium undecumque venientes et portantes ad fabricam basilice ecclesie habeant commendatos, et maxime cum dictus populus Masse trabes debitas duxerit singulis annis, et sub debita fidelitate, qua nobis et imperio tenentur[qqq], nullum prebeant impedimentum, sed potius consilium, favorem et auxilium impendant, ut basilica principis apostolorum iura[rrr] sua recipiat, ut moris est, singulo anno et nos post presentis vite curricula paradisi gaudia suscipiamus.<br>Datum in castris nostris apud Insulam beati Petri principis apostolorum anno dominice |

[mm] quamquam *B*
[nn] *fehlt C´´´C´´´´´*
[oo–oo] beato – medietatem *fehlt B*
[pp–pp] firmiter et *C´´´C´´´´´*
[qq] trabanum *C´´´´´*
[rr] venientes *C´´´C´´´´´*
[ss] debeant *C´´´´´*
[tt] comendatos *C´´´´´*
[uu] *fehlt C´´´C´´´´´*
[vv] trabas *C´´´´´*
[ww] duserit *C´´´ und ursprünglich auch C´´´´´, danach* s *in* x *verb.*
[xx] tenentur *BC´´´*
[yy–yy] auxilium et consolium *(!) C´´´,* auxilium et consilium *C´´´´´*
[zz] gaudias *C´´´*
[nnn] *so o,* oppidibus *lp*
[ooo] *so D laut lop*
[ppp–ppp] omnibusque – commitimus *fehlt p*
[qqq] *so opl*
[rrr] *fehlt lo*

| | |
|---|---|
| Dat. in castris apud Insulam beati Petri anno dominice incarnationis M$^{o}$CC$^{o}$VIIII non. octobris, indictione XIII[aaa]. | incarnationis MCCIX nonis octobris, indictione XIII[sss]. |

[aaa] XIIII *B,* decimatertia *C´´´, kaiserliches Wachssiegel laut C´´´C´´´´´.*
[sss] *so op,* III *l.*

## BFW 305.

*Otto nimmt das Zisterzienserkloster San Martino al Monte (Cimino) bei V i t e r b o  mit allen Personen und Besitzungen in seinen Schutz.*

*Im Heerlager bei Isola Farnese, 1209 Oktober 7*

*Original, 172 + 28 x 145 mm, in der Biblioteca Apostolica Vaticana, Archivio capitolare S. Pietro, caps. XI, fasc. 18, Nr. 4 (A).*

*Scheffer-Boichorst in: NA 20, S. 202 Nr. 6 aus A.*

*Collectionis bullarum basilicae Vaticanae tom. 1, S. 154 Anmerkung a. – Maccarrone, Studi S. 67 mit Anmerkung 2 (mit Textauszug). – BFW 305 = BFW 14630.*

# Otto # quartus dei gratia Romanorum imperator semper augustus. Si omnibus[a] ecclesiis[a] dei ex debito imperatorie maiestatis preesse volumus sicut et tenemur, cura tamen sollertiori saluti et quieti hiis volumus intendere, que maiori prepollent religione et sanctitate. Cum igitur homines Cistrensis ordinis inter alios religiosos vitam ducant sanctiorem, cura propensiori hiis volumus adhibere studium efficax[b], per que conmodis eorum consulatur, ut, dum a strepitu rerum temporalium ipsi melius fuerunt expediti, liberius deum pro[c] salute nostra et pro bono statu imperii nostri valeant exorare. Notum igitur facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos quandam ecclesiam Cistrensis ordinis sancti Martini de Monte iuxta Biteruium cum personis deo ibi iugiter famulantibus et cum eorum possessionibus et omnibus bonis mobilibus et immobilibus, que nunc possident vel in antea iusto[d] acquisicionis titulo poterunt adipisci, sub imperialem nostram[e] recepimus protectionem. Mandamus igitur et sub pena gratie nostre[f] firmiter precipimus, ut nullus hominum sit, qui iam dictam ecclesiam in personis deo ibi servientibus vel in bonis mobilibus aut immobilibus adtinentibus ipsi ecclesie aliquo modo gravare audeat vel molestare. Quod si quis ausu temeritatis hec facere presumpserit, iram et indignationem nostram graviter se sciat incurrisse.

Actum anno dominice incarnationis M°C°C°VIIII. Datum[g] vero in castris prope Insulam non. octobris, indictione XIII[a].

(SP.2.)[h]

---

[a–a] nibus – eccles *wohl auf Rasur*
[b] x *auf Rasur, danach wohl zwei oder drei weitere Buchstaben radiert, ursprünglich vielleicht* efficacem
[c] *Bogen des* p *(wohl auf Rasur) verb.*
[d] o *wohl aus* e *verb.*
[e] s *infolge Faltung stark abgerieben*
[f] *mit dunklerer Tinte auf Rasur*
[g] *danach der Rest von derselben Hand mit etwas dunklerer Tinte vielleicht nachträglich hinzugefügt*
[h] *Wachsfragment an geflochtener Schnur aus beigen und bräunlichen Hanffäden.*

# BFW 306.

*Otto gestattet den Leuten von M a t e l i c a den Wiederaufbau ihrer Burg, gewährt ihnen die Hälfte ihrer Einkünfte aus Gerichtsbarkeit, Zoll und Handel und legt die im Gegenzug zu leistenden Abgaben sowie Vorbehalte und Bedingungen fest.*

*Im Heerlager am Fuße des Montefiascone, 1209 Oktober 12*

*Original, 453 (–472) + 29 x 439 (–464) mm, in der Biblioteca comunale zu Matelica, Archivio comunale, Pergamene Nr. 12 (A).*

*(Besani), Lettera, Appendice S. 14 Nr. 5 aus A = (Besani) in: Nuova raccolta 30, Appendice S. 69 Nr. 5 = Böhmer, Acta S. 213 Nr. 236. – Acquacotta, Memorie di Matelica 2, Appendice S. 31 Nr. 11 aus A = Grimaldi, Le pergamene di Matelica S. 7 Nr. 12 (Paraphrase mit ausführlichen Textauszügen).*

*Turchi, De ecclesiae Camerinensis pontificibus S. 184. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 146. – Ladewig – Müller, Reg. episcoporum Constantiensium 1, Nr. 1237. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1425. – Jaksch, Mon. historica ducatus Carinthae 4/1, Nr. 1637. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 199. – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1255. – BFW 306.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis[a]. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Ex imperialis dignitatis officio nobis divinitus[b] concesso sicut rebellium[b] proterviam potenti virtute reprimere, sic deiectis et miserabilibus personis[c] decet nos dexteram consolatricem extendere et eas ad tuciorem statum perducere. Adtendentes igitur fideles nostros homines de Mathelica[d] dispersos esse sicut oves errantes et desolatos ex imperialis officii benignitate[e] concedimus eis réédificationem[f] castri in Mathelica edicto imperiali precipientes, ut id de cetero nullum commune nullaque persona destruere presumat. Ex uberiori autem gratie nostre munificencia concedimus eis medietatem proventuum de iurisditione, pedagio et mercato[g] prefati castri reliquam medietatem[h] ad manus nostras libere retinentes. Ad hec quoque molendinum unum, centum modiolos fertilis terre volumus nuncio nostro in curte eiusdem castri assignari, que in potestate nostra libere de cetero permanebunt. Item volentes prefatos fideles nostros nullis oneribus et oppressionibus intolerabibus[i] gravari statuimus, ut nonnisi XXVI denarios pro fodro annuatim de quolibet focculário in maio nobis vel nuncio nostro persolvant preter clericos et[j] milites, qui sunt de stirpe militari. Id autem ex voluntate ipsorum ordinavimus[k], ut tali censu annuo seu ficto nobis teneantur. Preterea domum in eodem castro habentem quinquaginta pedes in longitudine et XXX in latitudine nobis edificabunt. Predictis autem adiungimus et imperiali auctoritate sanctimus, ut omni homini libera nostra permissione liceat cum familia et rebus suis ad prememoratum castrum inhabitandum transmeare adicientes et sub obtentu gracie nostre precipientes, ut omnes, qui in eodem castro ante eius destructionem manere consueverunt vel ad ipsum inhabitandum fide prestita vel

---

[a] *erstes i durch Riss in der Faltung beschädigt*
[b–b] nitus – rebellium *durch Feuchtigkeitsfleck beschädigt, nach* sicut *ein Riss in der Faltung*
[c] *Unterlänge des zweiten* s *durch Riss in der Faltung etwas beschädigt*
[d] *Oberlänge des* h *durch Riss in der Faltung etwas beschädigt*
[e] ta *durch Loch in der Faltung zerstört*
[f] *so A*
[g] r *aus unterem Bogen für* c *verb.*
[h] *unter letztem* e *ein kleiner Tintenfleck*
[i] *so A irrig statt* intolerabilibus
[j] *durch Loch in der Faltung fast zur Gänze zerstört*
[k] r *durch Loch in der Faltung zerstört*

sacramento interposito astricti[l] sunt, ad ipsum réédificandum[m] et inhabitandum revertantur. Ut itaque hec maiestatis nostre concessio et constitucio rata in perpetuum et inconvulsa permaneat, presentem paginam conscribi et sigilli nostri impressione muniri precepimus statuentes et districte precipientes, ut de cetero nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes[n], nulla civitas, nullum commune, nulla potestas, nulla denique humilis vel alta persona, ecclesiastica vel seccularis[o], presens[p] sublimitatis nostre statutum infringere seu quocumque modo impedire presumat. Quod qui facere attemptaverit, in ultionem temeritatis sue centum marcas purissimi auri componat, dimidium camere nostre, reliquum iniuriam passis. Huius rei testes sunt: Wolfgerus patriarka[q] Acquilegensis, Albertus Maideburgensis archiepiscopus, Otto Wirzeburgensis[r] episcopus, Manegoldus Pattauiensis episcopus, Engelhardus Nvenburgensis episcopus, Cvnradus Constanciensis electus, Bernhardus dux Karinthie, Otto dux Meranie, Heinricus comes de Ortenberc, Albertus comes de Dilingen, Ezelinus de Taruisio, Heinricus marscalkus imperii, Heinricus camerarius, Waltherus pincerna et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum[s] imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Cv%onradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theodorici Coloniensis archiepiscopi et tocius Ytalie archicancellarii recognovi. Acta sunt autem hec anno domini M°C°C°VIIII°, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XII°, imperii vero I°.

Datum per manus Waltheri imperialis aule prothonotarii in castris ad pedem Montis Flasconis IIII° idus octobris, indictione XII.

(SP.D.)[t]

[l] i *longa am Wortende aus* o *verb.*
[m] *so A*
[n] *erstes* c *durch Riss in der Faltung zerstört*
[o] *so A*
[p] p *aus geradem Mittelschaft verb.*
[q] *so A*
[r] *nach erstem* r *wohl ein zweites* r *radiert*
[s] *über* or(um) *ein Loch in der Faltung*
[t] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 307.

*Otto verleiht dem Podestà von P i s a Gottfried Visconti für die Stadt alles, was diese und ihre Bewohner vom Reich innehaben, insbesondere die aufgezählten Besitzungen, Rechte und Freiheiten, und bestätigt ihr alle Privilegien seiner Vorgänger.*

*Poggibonsi, 1209 Oktober 25*

*Original, 645 x 570 mm, im Archivio di Stato zu Pisa, Diplomatico, Atti pubblici 1209 ottobre 25 lunga (A).*

*Lami, Deliciae eruditorum collectanea 3, S. 206 aus Abschrift in der Biblioteca Riccardiana zu Florenz = Lami, Sanctae ecclesie Florentinae monumenta 1, S. 351. – dal Borgo, Raccolta di diplomi Pisani S. 28 Nr. 11 aus A = La Farina, Studi 4, S. 645 Nr. 1.*

*Tronci, Annali Pisani 2, S. 84. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 50 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1427. – Ciacci, Gli Aldobrandeschi 2, Nr. 272 (zu November 24). – Casini, Inventario S. 76 Nr. 115. – BFW 307.*

*Als Vorurkunde diente eine Urkunde Heinrichs VI. vom 1. März 1191 (Böhmer – Baaken 138).*

(C.) # In nomine sancte et individue[a] trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus[b]. # Decet imperialem excellenciam votis omnium ac peticionibus fidelium suorum clementer annuere, illorum precipue, quorum fides et devotio circa sublimationem imperii et nostram ita liquido resplenduit, quod ipsorum preclara et honesta servitia pre sui magnitudine et multitudine aliis imitanda[c] proponuntur[d]. Congruum etiam et rationabile videtur nos eorum fidelibus obsequiis ex nostra imperiali largitione et ex beneficiorum gratuita collatione ita gratanter respondere, quod huius nostre pietatis exemplo minus fidelium animos ad serviendium[e] fideliter imperio alacrius provocemus. Quantô enim potiora bene merentes de nobis beneficia recipiunt, tantô maiorem corone nostre gloriam accrescere credimus et provenire. Unde, quia universi cives Pisani nostri fidelissimi et imperio semper devotissimi pro suis magnificis et multiplicibus serviciis, que ad probationem et commendationem fidei sue inclyte memorie predecessoribus nostris divis imperatoribus augustis et imperio frequentius exhibuerunt, ampliorem dilectionis et gratie favorem apud nostram maiestatem sibi thesaurizaverunt, omnium fidelium tam futurorum quam presencium etas[f] cognoscat, quanta benignitate, quam largifluâ imperiali munificencia Pisanorum merita merito respeximus, presertim cum per suam industriam et virium potenciam, honorem et gloriam imperii atque statum rei publice ipsi pre ceteris gloriose semper adauxerint et semper augere proposuerint. Quanta enim fidelitate et probitate Pisana civitas a prima sui fundatione caput suum inter alias civitates extulerit, quanta etiam constancia divis antecessoribus nostris regibus Romanorum et imperatoribus fidelissime serviendo perseveranter adheserit, nos per multa scripta et relationes sepius audivimus et insuper ex ipsorum operum attestatione id ipsum luce clarius constat. Placet igitur nostre clemencie, ut Pisanus populus pro sua fide et devotione honestissimum de nobis semper

---

[a] *zwischen* in *und* dividue *Wortabstand und Worttrennungspunkt in mittlerer Zeilenhöhe*
[b] *obere Buchstabenteile von* us *sowie danach folgende drei waagrechte gewellte Zierlinien stark beschädigt*
[c] im *leicht beschädigt,* itan *am rechten Zeilenrand durch Feuchtigkeitseinwirkung zerstört, folgt* da *in der nächsten Zeile*
[d] *so VU,* propont *mit Kürzungszeichen über* nt *A*
[e] *so A statt* serviendum *VU*
[f] e *durch kleinen Fleck beschädigt*

accipiat emolumentum, ut eo ferventiores ad promovendum honorem imperii semper existant, quo fidem et strennuitatem patrum suorum honestis moribus et perspicuis virtutum operibus emulantur. Inde est, quod nos Otto quartus dei gratia Romanorum imperator augustus damus et concedimus in feudum tibi Gottefredo Vicecomiti potestati Pisano recipienti pro civitate Pisana totum, quod prefata civitas vel quelibet persona habet et tenet de rebus imperii, et totum, quod * imperio pertinet sive de marchia vel alio modo quoquo iure vel consuetudine vel pertinuit retro ab octuaginta annis vel pertinebit in civitate Pisana et eius districtu per terras et insulas. Et concedimus et damus vobis in feudum comitatum vestro districtui, sicut tenet turris Benni ad Arnum et ad Cannetum et inde ad Barbiallam et sicut trahit ab Ebula ad Montem Tinniosvm et ipsum Montem Tinniosum cum pertinenciis suis, et ad Burianum et Quercetum, et Burianum et Quercetum cum pertinenciis suis, et ad castrum Cornie, et castrum Cornie cum pertinenciis suis, inde ad Scerlinum et sicut trahit marina ad Portum Herculis, ab alia parte fluminis Arni, sicut trahit Planesule et comprehendit Cintorie curia, et sicut trahunt[g] confinia inter vos et Lucenses usque ad pontem Mogonie[h], et inde sicut sunt confinia districtus Pisane civitatis. Infra quos terminos hec loca continentur: castrum Pecioli[i] cum omnibus suis pertinenciis, castrum Montis Cucari cum pertinenciis suis, Gezanum, Castellum Falfi, Camporena, Vingale[j], Leguli, Petra Raninga, Laiaticum, Chianni, Agnianum, Paua, Petra Cassia, Gabretum, Gellum, Casalia, Sassa, Caselle, Cannetum, Mons Uiridis, Castellione Bernardi[k], Sasseta[l], Toianvm, Tampianum, Palagia, Sanctus[m] Ceruasius, Mons de Castello, Mons Taupari, Marti, Corcarelli, Collegarli, Pratilionum[n], Vsilianum, Cerretum, Treigiaria, Forculi, Alica, Petriolum, Mons Bekerii et Cumulus, Stibium[o], Mons Altus, Cumugnole, Pinochium, Pons Ere, Appianum, Gellum, Pesianum[p], Rapida, Tauerle, Schetoculi, Traualda et Cisanum et omnia predicta cum pertinenciis suis; et preterea Vignale, Campilia, Roccha Biserni, Roccha Palmenti, Donoraticum, Castagnetum, Segalari, Bulgari, Biboni cum omnibus eorum pertinenciis et Castellion de Piscaria cum omnibus pertinenciis suis, abbatia de Fango cum omnibus pertinenciis suis, Ilba et Capraria et Gorgona et Planusia et Corsica. Et in omnibus prenominatis locis iurisditionem et districtum vobis concedimus, et quidquid aliqua persona habet ibi ab imperio vel regno et quidquid ibi imperio vel regno pertinet et quecumque alia infra predictos terminos continentur tam in castris, in locis, villis et burgis, habitacionibus, terris et aquis, fluminibus, stagnis, paludibus, pascuis, piscariis, argentifodinis et omnibus venis metallorum et salinis, portubus et silvis cum omni plenitudine et integritate vobis concedimus. Concedimus etiam vobis castrum Masse et ipsam Massam cum suis pertinenciis. Insuper indulgemus vobis et concedimus, ut nulli persone vel hominibus vel alicui alii civitati vel loco de cetero liceat edificare aliquod edificium vel municionem aliquam a loco dicto Corbo usque ad

[g] *durch Faltung abgerieben*
[h] Mogionie *VU*
[i] Pecoioli *VU*
[j] Vignale *VU*
[k] *so VU, zweites* r *und Oberlänge des* d *durch Faltung und kleines Loch stark beschädigt*
[l] Sassetum *VU*
[m] an *durch Faltung stark abgerieben*
[n] Partilionum *VU*
[o] Stibbium *VU*
[p] Pe[sci]anum *beschädigt VU*

fauces Arni iuxta mare vel in plagia vel infra terram a pede montis usque ad mare per iam dictos fines. Volumus ad hec, ut Pisani et hii, qui de eorum districtu sunt, et eorum res sint liberi, etiam sub consulatu et iudicibus et potestatibus de se ipsis, sicut eis placuerit. Et Pisana civitas habeat plenam iurisdicionem et potestatem faciendi iusticiam et etiam vindictam et dandi tutores et mundualdos et alia, que iudex ordinarius vel quilibet potestate preditus ab imperatore vel rege habere debet ex sua iurisdicione in suo districtu et in suos, quos concessimus ei et concedimus. Et Pisani et qui in eorum districtu sunt, a nulla persona debeant foderari neque hospitari. Et Pisani potestatem habeant ducendi eos in expeditionem et ad omnem districtum suum. Et quicumque negociatorum voluerit transire[q] ad eos causa negociandi sive per terram sive per aquam, secure vadat et a nullo aliquo ingenio impediatur, nisi sit in banno domini * imperatoris. Negociatores autem Pisani * per totum imperium nostrum libere sint et vadant per terram et aquam absque omni pedagio et dritura, nec cogantur emere vel vendere ultra suum velle, nec alicus[r] quilibet aliquo ingenio prohibeatur a Pisanis emere. Et concedimus et damus vobis in feudum litus maris et tantum iuxta hoc, quod libere Pisani in eo facere naves et galeas et exercere suas mercationes possint, et quod in eo nobis pertinet a Ciuitauecla usque ad Portum Ueneris, et quod nullus possit in eo vel faucibus aquarum infra terminum contentis facere portum vel applicare cum mercibus contra voluntatem Pisanorum. * Et si Pisani pro hiis vel de hiis concessionibus in toto vel in parte obtinendis vel recuperandis aliquem gravaverint vel possessionem abstulerint sive habuerint, non cogemus civitatem Pisanam nec potestatem seu rectorem vel consules, qui pro tempore fuerint, ad iusticiam faciendam. Si quis autem de predictis concessionibus quidquam Pisane civitati abstulerit vel inquietaverit, citabimus eum precipientes, ut desistat, et restitui faciemus. Quod si non fecerit, per sententiam nostram eum[s] banno[s] supponemus, nec extrahemus a banno, nisi prius satisfecerit Pisane civitati. Hec supradicta omnia damus in feudum et concedimus communi Pisanorum et per presentis privilegii paginam confirmamus *. Et de supradictis investivimus commune Pisanorum per ensem, quem manu tenebamus *. Predictam autem concessionem seu[t] dationem ratam esse volumus et firmam non obstante aliquo privilegio vel rescripto vel litteris ab antecessoribus nostris[u] vel a nostra maiestate impetratis vel impetrandis et, si qua talia privilegia[v] seu rescripta fuerint inventa, ea imperiali auctoritate cassamus. Confirmamus etiam ipsi civitati Pisane[w] omnia privilegia et que in ipsis continentur, que a predecessoribus nostris Romanorum[x] imperatoribus seu regibus eidem civitati Pisane sunt indulta, statuentes et imperiali auctoritate districte precipientes, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes nullaque civitas nullaque potestas nullumve commune vel locus, nulla denique persona ecclesiastica vel seccularis[y] hanc nostre concessionis seu confirmationis divalem paginam presumat infringere seu aliquo ei temeritatis ausu obviare. Quod qui facere presumpserit,

---

[q] n *verb., wohl aus* it, transsire *VU*
[r] alic *mit* us-*Haken A statt* alius *VU*
[s–s] *zunächst in einem Wort, dann durch Punkt getrennt*
[t] s *aus Bogen wohl für* e *oder* d *verb.*
[u] r *wohl verb.*
[v] l wohl *aus Bogen für* e *verb.*
[w] e *durch kleines Loch in der Faltung beschädigt*
[x] *durch Abreibung infolge Faltung beschädigt*
[y] *so A*

mille lib(ras) auri puri in sue presumptionis penam componat, quarum medietas fisco nostro, reliqua vero medietas iniuriam passis persolvatur. Ut autem hec nostre confirmationis seu concessionis paginam inviolabiliter in omne evum observetur, presentem exinde paginam conscribi et maiestatis nostre bulla iussimus sigillari. Huius rei testes sunt: Wolfgerus patriarcha Acquilegensis, Engelhardus Zizensis episcopus, Waltherius Lunensis episcopus, Iohannes Florentinus episcopus, Azzonis marchio Estensis, comes Hildebrandinus, comes Bonefacius, comes Teditius, Heinricus marscalkus de Kallendin, Heinricus camerarius, Gvnzelinus[z] dapifer, Waltherus pincerna et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.) Ego Cvnradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theodorici Coloniensis archiepiscopi et tocius Ytalie archicancellarii recognovi. Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis M$^{o}$C$^{o}$C$^{o}$VIIII$^{o}$, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XII, imperio vero I$^{o}$.

Dat. apud castrum Podii Bonizi per manus Waltheri imperialis aule prothonotarii, VIII kal. novembris, indictione XIII[a].

(SP.D.)[aa]

---

[z] us-*Haken durch Loch in der Faltung zerstört*

[aa] *zwei rhombenförmige Einschnitte im Pergamentblatt.*

## BFW 308.

*Otto nimmt das Nonnenkloster Montecellese in seinen Schutz und bestätigt ihm die genannten Besitzungen und Freiheiten.*

*Poggibonsi, (1209) Oktober 25*

*Abschrift aus der ersten Hälfte des 17. Jh. in der Biblioteca comunale zu Siena, E. IX. 16, fol. 40r–41r (D).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 19 Nr. 29 aus Abschrift des 18. Jh. zu Venedig.*

*Meiller in: Notizenblatt 1, S. 178 Auszug aus heute verlorener Abschrift des 16. Jh. in Wien (m). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 146. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 200. – Ghignoli, Carte S. 240 (Erwähnung). – BFW 308.*

*Der Text beruht offenbar zur Gänze auf dem Wortlaut einer heute verlorenen Urkunde Heinrichs VI. (Böhmer – Baaken 686), der wiederum das Diplom Friedrichs I. für Montecellese vom 1. August 1185 (DF. I. 912) zugrundelag.*

Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Ad eterni imperii premium et ad temporalis incrementum imperii apud imperatorem[a] imperatorum[a] nobis proficere non ambigimus, si ecclesias dei in suo iure conservando spetiali[b] nostrę magestatis protectione communimus[c]. Notum igitur facimus universis fidelibus imperii tam pręsentibus quam futuris, quod nos divini amoris intuitu et pro salutis nostrę subsidio cenobium sanctimonialium Monticellense et personas divinis in eo mancipatas obsequiis et omnia eius bona mobilia et immobilia, quę nunc habet vel in posterum prestante domino poterit obtinere, sub nostrę defensionis protectione suscepimus eaque et nominatim[d] ecclesiam sancti Bartolomei de Tauona[e] et plebem sancti Martini de Ancaiano et ecclesiam sancti Bartolomei de Coscona et ecclesiam sancti Fabiani de Larginano et ecclesiam sancte Margaretę et plebem de Martura et plebem de Tabiano et ecclesiam sancte Cecilie de Monte Pescario et canonicam sancti Michaelis de Groseto et ecclesiam sancte Marię de Notali[f] et ecclesiam cum xenodochio de Pignese et ecclesiam sancti Petri in Cellio et ecclesiam sancte Andreae de Strebulliano et monasterium sancte Trinitatis de Monte Caluo cum omnibus suis pertinentiis et monasterium sancti Iusti de Rentennano[g] et monasterium sancte Marie in Colle cum omnibus eorum pertinentiis et quicquid iuris habet in ecclesia sancti Martini de Quarto et in ecclesia sancti Stefani[h] de Brioxano eidem monasterio confirmamus indulgentes abbatisse, que nunc ei presidet, et abbatissis post eam in eo substituendis, ut in causis ecclesie sue sacramentum calumpnie[i] libere liceat eis per advocatum[j] sive per procuratorem exhibere. Preter supradicta etiam precipimus, ut nulli consules, nullum comune datiam ab eis vel eorum hominibus exigant[k].

---

[a–a] regem regum *DF. I. 912*
[b] spetialis *D*
[c] comminuimus *D*
[d] nominata *D*
[e] Ravona *D*
[f] *so D; vgl.* Dotali *DF. I. 912 und BFW 3418*
[g] te-*Ligatur durch Tintenfleck beschädigt D*
[h] *so am Rand aus* Sani *bzw.* Fani *verb. D*
[i] canupnie *mit Kürzungszeichen über* p *D*
[j] avocatum *D*
[k] exhigant *D*

Que omnia H(enricum) Romanorum imperatorem[l] antecessorem nostrum eis confirmasse et indulsisse[m] ex[n] sui scripti autentico cognovimus. Statuimus igitur et sub[o] debito fidelitatis precipimus[o], ut nullus dux, nullus marchio, nullus comes aut capitaneus, nulla civitas, nullum comune nullave potestas, nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, predictum cenobium vel in personis vel in rebus audeat inquietare nec presentem magestatis[p] nostrę paginam audeat aliquo modo violare[p]. Quod qui fecerit, sexaginta libras auri puri pro pena componat, dimidium camere nostre, reliquum ecclesie iniuriam passe. Huius rei sunt testes: dominus Wulferus[q] sancte Aquilegiensis ecclesie patriarcha, dominus Conradus[r] Spirensis episcopus et imperii cancellarius[s] et Henricus de Callandrino imperii marescalcus et Henricus imperii camerarius[t] et Gualterius[u] imperii prothonotarius, Vrricus[v] et Marcualdus et Iulianus notarii et alii quam plures tam nobiles quam ignobiles[w].

Datum apud Podium Bonizi[x] octavo kalendas novembris, indictione tertiadecima.

---

[l] imperator *D*
[m] indussisse *D*
[n] *so wohl statt* et *D*
[o–o] imperiali auctoritate sancimus *DF. I. 912*
[p–p] nostre maiestatis paginam aliquo modo presumat violare *DF. I. 912*
[q] Wolfkerus *m*
[r] Coradus *D*
[s] cangellarius *D*
[t] camararius *D*
[u] Gualterus *m*
[v] Henricus *m*
[w] innobiles *D*
[x] Bonisii *m.*

## BFW 310.

*Otto nimmt das Kloster Vallombrosa und alle Klöster der gleichnamigen Kongregation mit ihren Besitzungen, insbesondere der Burg Magnale, in seinen Schutz, gewährt ihnen für ihre Walken und Mühlen Freiheit von Abgaben und Diensten und gestatten die Errichtung von Bauwerken an Flüssen und deren Ufern.*

*Poggibonsi, 1209 Oktober 25*

*Notarielle Abschrift aus der 1. Hälfte des 14. Jh. im Archivio di Stato zu Florenz, Corporazioni religiose soppresse dal governo francese, Convento 260 (Vallombrosa), Nr. 126, fol. 49v (D). – Abschrift des 17. Jh. im Archivio Segreto Vaticano, Arm. LIV vol. 4 (Cornelius Margarini, Thesaurus historicus sacre et politice veritatis), fol. 134r–134v (E).*

*Lami, Deliciae eruditorum collectanea 3, S. 215 (irrig zu Oktober 28) aus Abschrift im Archiv zu Vallombrosa.*

*BFW 310.*

*Es handelt sich um eine wortwörtliche Wiederholung einer Urkunde Heinrichs VI. vom 18. Februar 1191 (Böhmer – Baaken 131.*

Octo[a] quartus dei gratia Romanorum imperator et[b] semper augustus. Cum in exercendo commissi nobis divinitus regiminis officio nichil[c] deo gratius esse sciamus quam ecclesiarum seu monasteriorum tuitioni et proficuo iugem et sollicitam[d] operam adhibere, id nobis suo loco et tempore censuimus summo affectu et studio faciendum. Noverint itaque universi imperii nostri fideles presentem[e] paginam intuentes, quod nos divine remunerationis intuitu monasterium Vallisumbrose et cuncta[f] monasteria sue congregationis cum omnibus bonis et pertinentiis, que vel nunc habent vel imposterum iusto[g] aquisitionis[h] titulo[h] habituri sunt, et nominatim castrum[i] Magnalis, in tuitionem nostre maiestatis ac defensionem recepimus. Regia etiam auctoritate[j] nostra congregationi memorati monasterii indulsimus, ut folles eorum et omnia molendina ipsorum in fluminibus edificata vel edificanda ab omni nuntiorum nostrorum exactione libera et ab omni generaliter functione sint immunia. Insuper concessimus eis, ut in fluminibus et ripis non obstante nuntiorum nostrorum repugnantia[k] edificent. Ad cuius evidentiam rei presentem cartam conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri statuentes et sub obtentu gratie nostre precipientes, ut nullus imperii nostri fidelium sepedictum monasterium in bonis suis habitis aut[l] habendis molestare presumat[m] vel contra hanc nostram concessionem aliquod prestare impedimentum salvo tamen omnium privatorum iure. Quod qui fecerit, indignationem nostram se noverit incursurum et imperialis banni sententie subiacebit.

---

[a] Otho *E*
[b] *fehlt E*
[c] nihil *E*
[d] *so VU und E wohl statt* sollicite, sollcem *mit Kürzungsstrich durch* ll *D*
[e] prȩsentem *E, dessen Kopist hier – wie auch in der Folge konsequent –* ȩ *verwendete*
[f] cunta *D*
[g] iuste *E*
[h–h] *fehlt E*
[i] castro *D*
[j] authoritate *E*
[k] repungnantia *D*
[l] vel *E*
[m] *D* presumat *mit überflüssigem Kürzungsstrich über* at

Datum apud Podium Boniczi[n] anno incarnationis dominice $M^{o}CC^{o}IX^{o}$ [o], VIII kal.[p] novembris, indictione $XIII^{cima}$ [q].

[n] Bonizium *E*
[o] MCCIX *E*
[p] kalendas *E*
[q] XIII *E*; *SP.2. an roten Seidenfäden laut notarieller Beglaubigung in D.*

## BFW 309.

*Otto beurkundet, dass er Bischof Pietro von Ascoli Piceno mit den Regalien der Kirche und Grafschaft von Ascoli investiert und diese mit allem Zubehör in seinen Schutz genommen habe.*

*Castelfiorentino, 1209 Oktober 27*

*Original, 196 + 28 x 152 mm, im Archivio storico diocesano zu Ascoli Piceno, Archivio capitolare, A Nr. 14 (A).*

*Ughelli, Italia sacra 1, Sp. 521 = ed. II. 1, Sp. 462 = Cappelletti, Chiese d'Italia 7, S. 729. – Andreantonelli, Historia Asculana S. 270 wohl aus A. – Franchi, Ascoli imperiale S. 190 Nr. 25 aus A und S. 191 in italienischer Übersetzung. – Borri, Quinternone S. 629 Nr. 121 aus Abschrift des 14. Jh.*

*Franchi, Ascoli imperiale S. 189 (Abb.).*

*Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 826 Nr. 39. – Marcucci, Saggio delle cose ascolane, Appendice S. 237 (mit Textauszügen). – Capponi, Memorie storiche S. 67. – Cameli, Cod. dipl. ascolano Nr. 59 (mit Textauszug). – BFW 309.*

# Otto quartis[a] # dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod veniente[b] ad presentiam nostram dilecto fidele nostro Petro Esculano episcopo[c] ipsum, prout decuit, tam honestum et prudentem virum et specialiter[d] nobis dilectum benigne recepimus et pio affectu ipsum honoravimus, regalibus quoque Escvlane ecclesie cum comitatu[e] et universis eius pertinenciis cum omni honore et iurisditione sceptro imperiali eum investivimus. Ad hec quoque inspecta[f] honestate ipsius episcopi, quem semper diligere proposuimus[g] et honori pariterque utilitati ipsius intendere semper decrevimus, de imperiali clemencia ipsum et eius ecclesiam cum comitatu et universis[h] pertinenciis suis in specialem protectionem nostram recepimus imperiali edicto districte precipientes, ut nemini licitum sit ipsum vel in regalibus vel in comitatu vel in aliquibus, que ad ipsum pertinent, vel etiam quemquam sibi subiectorum hominum ledere vel aliquo gravamine molestare. Quod qui facere presumpserit, in sue presumptionis penam centum libras argenti[i] puri componat, quarum medietas fisco nostro, reliqua vero medietas iniuriam passo persolvatur.

Dat. apud Castellvm Florent(inum) VI kal. novembris, indictione XIII.

(SP.D.)[j]

---

[a] *so A, es fehlt der zweite Mittelschaft des zweiten* u
[b] *erster Mittelschaft des ersten* n *infolge Faltung abgerieben*
[c] *zweites* o *durch Rasur des dritten Mittelschaftes aus* m *verb.*
[d] r *am Rand etwas abgerieben*
[e] at *wohl aus* u *verb.*
[f] *danach Rasur eines Buchstabens*
[g] *erstes* u *durch Abreibung in der Faltung stark verblasst*
[h] *am Oberschaft des zweiten* s *und darüber zwei kleine Löcher in der Faltung*
[i] *unter* rg *ein Loch in der Faltung*
[j] *gelbe und rote Seidenfäden erhalten.*

## BFW 312.

*Otto bestätigt dem Eremitenkloster F o n t e   A v e l l a n a  unter Wiederholung seiner als König ausgestellten Urkunde (BZ 36) die Besitzungen und Rechte.*
*Im Heerlager bei San Miniato, 1209 Oktober 28*

*Original, 566 (–579) + 30 (–39) + 429 mm, im Archiv des Pontificium Collegium Germanicum et Hungaricum (ACGU) zu Rom, FAV / U Nr. 164 (A). – Notarielle Abschrift von 1210 im Archivio di Stato zu Rom, Sassoferrato, Famiglia Saporiti Nr. 1, Pergamene, Cassetta 209bis Nr. 1 (B).*

*Mittarelli – Costadoni, Annales Camaldulenses 4, Appendice Sp. 280 Nr. 179 mit IV kal. novembris aus Abschrift und S. 212 (Erwähnung). – Baronius – Raynaldus – Laderchius, Annales ecclesiastici 36, S. 320 Nr. 4 mit IV kal. novembris aus Abschrift. – Pierucci – Palazzini, Carte di Fonte Avellana 3, S. 25 Nr. 399 aus AB und einer weiteren Abschrift.*

*Iacobilli, Vite de´ santi e beati 3, S. 348 Nr. 49 (zu Oktober 30). – Muffat, Beiträge S. 66. – Ankershofen in: Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen 14, S. 145 Nr. 689 (zu Oktober 29). – Winkelmann, Acta 1, S. 178 f. (mit Textauszügen in den Anmerkungen). – Mülverstedt, Reg. archiepiscopatus Magdeburgensis 3, S. 581 Nr. 320. – Arduini in: Archivio storico per le Marche e per l'Umbria 4, S. 418 Nr. 295. – Gibelli, Fonte Avellana S. 139 (Erwähnung zu Oktober 29, mit Anführung mehrerer Zeugen) = Vitaletti in: Archivum Romanicum 3, S. 430. – Jaksch, Mon. historica ducatus Carinthae 4/1, Nr. 1638 (zu Oktober 29). – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 201. – Hagemann in: QFIAB 29, S. 150 Nr. 14. – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1256. – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 180. – BFW 312 (zu Oktober 29).*

*Das Original weist im Bereich der Faltungen starke Abreibungen, Risse und Löcher sowie dunklere, vermutlich durch Feuchtigkeitseinwirkung hervorgerufene Flecken auf. Die zerstörten Stellen wurden durch eckige Klammern gekennzeichnet. Sie lassen sich in den meisten Fällen sinngemäß, sonst nach der Vorurkunde und gestützt durch die Lesungen in B, einer Kopie, die sehr genaue Nachzeichnungen von Chrismon, Elongata und Monogramm bietet, ergänzen. Der Text bietet eine wortwörtliche Wiederholung der von Otto nur etwa zwei Monate zuvor noch als König ausgestellten Urkunde BZ 36 (VU I). Die Wendung* tam preterita quam futura tempora complectatur *wurde aus einer Urkunde Heinrichs VI. für Fonte Avellana (Böhmer – Baaken 560 vom 21. Oktober 1196; VU II) übernommen.*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Ad temporalis regni gloriam et eterne retributionis meritum apud regem regum nobis proficere credimus, si piis et religiosis locis sollicite provideamus et deo [in] his famulantes ab infestatione malorum hominum securos[a] et quietos nostre defensionis munimine reddamus. Hiis autem precipue inperialis benignitatis clementiam libentius debemus inpertiri, quibus sue religionis et honeste conversationis[b] intuitu predecessores nostros Fridericum et Henricum[c] inperatores augustos propensiorem inperialis eminentie gratiam et defensionis sue protectionem[d] contulisse cognoscimus. Quia ergo fratres de heremo Fontis Auellane[e] sacris operibus iugiter insudare[f] et bona fama in domo dei flagrare intelleximus, dignum duximus ampliori nostre serenitatis clementia locum et possesiones[g] eorum intueri et propensioris gratie[h] beneficio personas et res ipsorum commendatas habere et specialius semper manute[nere. Notum igitur] facimus omnibus Christi et inperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos prefatam ecclesiam, scilicet heremum Fontis Auellani, cum universis eius pertinentiis in

---

[a] *erstes* s *aus tironischer Note für* et *verb.*
[b] *erster Mittelschaft des* u *(für* v*) infolge Faltung zerstört*
[c] *über* n *blasser Fleck*
[d] ion *infolge Faltung stark abgerieben*
[e] *so A*
[f] i *infolge Faltung teilweise zerstört*
[g] *so A*
[h] e *infolge Faltung teilweise zerstört*

nostre[i] tuitionis speciale patrocinium tanta benivolentia suscepimus, ut [omnia eidem ecclesie et] fratribus inibi deo servientibus tam in capite quam in menbris[j] spectantia ea pace, que rebus fisci nostri debetur, semper perfrui[k] velimus. Eapropter omnibus inperii nostri fidelibus[l] marchionibus, comitibus, civitatum consulibus, capitaneis, valvasoribus[m] et universis public[am] amministrationem gerentibus et ceteris quibuslibet hominibus sub debito fidelitatis, qua inperio astricti sunt, firmiter precipiendo mandamus, quatenus nichil unquam de omnibus possessionibus, que prefatis attinent fratribus, violenter aut contra voluntatem ipsorum[n] contingant aut tollant ac eos tam in hominibus quam in animalibus, tam in edibus quam in agris, in omnibus omnino rebus et locis ad ius eorum pertinentibus nulla prorsus tributorum vel angariarum aliorumve servitiorum exactione molestent, quoniam [no]s eosdem fratres ac possesiones[o] eorum ab hiis exactionibus liberos de cetero et inmunes fore statuimus. Ad augmentum quoque inperialis gratie de fodro inperiali hanc eisdem fratribus indulgemus et concedimus commoditatem, quatenus id de eorum manualibus[p] et quibuslibetp ipsorum ecclesiis et terris et hominibus, ubicumque proprias et eis specialiter attinentes habent possesiones[q], nec marchio nec comes nec capitaneus[r] nec ullus consulatus aut potestas nec aliqua penitus exigat persona, set tempore, quo illud dandum est, fratres predicti id per omnes homines suos fideliter colligant et de ipso ob salutem anime nostre ad utilitatem ecclesie sue disponant * et ipsi fratres et eorum homines * a nostris nuntiis vel a quibuscumque aliis nulla datione graventur. Insuper iubemus, ut liceat eisdem fratribus homines ipsorum super sua, id est ecclesie illius bona de loco ad locum pro libito suo transferre et ad utilitatem suam transmutare nullo vetante vel inpediente. Preterea statuimus, ut[s] nullus iudicum tam de civitatibus quam de forinsecis locis habeat potestatem iudicamdi[t] vel ad iudicium vocandi homines predicte ecclesie, nisi causa prius fuerit ad priorem et fratres perlata et ab eis emendatio vel secundum iustitiam aut secundum amicabilem compositionem reverenter et benigne requisita. Precipimus etiam firmissime omnibus iudicibus tam in civitatibus quam extra per castella et villas constitutis, si quando contigerit predictos fratres proclamationem super illatis iniuriis[u] facere, ut statim iudices celeri eis iustitia subveniant et presens promptumque iuris auxilium contra adversamtium[v] violentias eis eficaciter[w] inpendant. Insuper[x] statuimus[y], ut ipsi fratres in causis civilibus sacra[mentum]

---

[i] *zweiter Mittelschaft des* n *infolge Faltung zerstört*
[j] *so A*
[k] *zweites* r *auf Rasur von* s *oder* f
[l] de *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[m] *obere Buchstabenteile von* asorib(us) *durch horizontale Fraßspuren ausgehend von einem Loch in der Faltung beschädigt*
[n] rum-*Kürzung durch Riss in der Faltung teilweise zerstört*
[o] *so A*
[p–p] alibus – quibuslibet *infolge Faltung stark abgerieben, das Wort* et *zerstört*
[q] *so A*
[r] us *durch Abreibung in der Faltung beschädigt*
[s] u *durch Riss in der Faltung teilweise zerstört*
[t] *so A*
[u] *erster Mittelschaft des* n *durch Riss in der Faltung zerstört*
[v] *so A*
[w] *so wohl A,* ef *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[x] ins *durch Loch teilweise zerstört*
[y] tu *durch Loch unter der Zeile etwas beschädigt*

calumpnie prestare non cogantur et quod eis nulla prescriptio temporis obiciatur nisi centum annorum, que | /**II**/ tam preterita tempora quam futura complectatur et nulla civitas vel castrum suo statuto vel consuetudine possit contra ista in aliquo venire et hec omnia et certa nostra scientia concedimus et proprio motu statuimus. | /**I**/ Precipimus etiam eiusdem ecclesie patronis firmiter iniungentes, quatenus predictam ecclesiam vel in hominibus vel in ullis rebus ipsius aliqua molestia vexare[z] non presumant, eisdemque patronis et nostris simul nuntiis et ceteris inperii[aa] fidelibus diligenter iniungimus, ut eandem sancte Crucis ecclesiam de heremo Fontis Auellani per omnes personas ac pertinentias eius et ab omni incursu[bb] [viol]entie[cc] semper defensare studeant. Confirmamus[dd] etiam eidem ecclesie omnes eius possessiones, quas actenus tenuit et possedit et quas deinceps iuste et rationabiliter acquiret, ac ipsi pacem in eis et quietem nostre auctoritatis edicto stabilimus. Preterea concedimus et confirmamus ipsi ecclesie omnes homines et possessiones, quas nunc habet vel in posterum iuste est habitura[ee], et quicquid in eius iuris habemus, ipsi conferimus et nominatim hospitale apud Esinum cum universis suis pertinentiis. Precipimus quoque, ut nulla omnino persona super homines, monasteria, cappellas et possessiones [ac r]es ipsorum usarias vel commendatitias[ff] vel alia indebita servitia presumat [inponere][gg] vel iniuste inposita[gg] exercere. Insuper priori et fratribus eiusdem monasterii de nostra benignitate concedimus, quatenus possessiones monasterii, cum ad ipsum iuste[hh] et legitime devolvuntur, auctoritate sua earum intrent possessionem, et attestationes, quas produxerint in causis suis, postquam fuerint autenticate, super eisdem causis postmodum sine iteratione iuramenti licite producant. Si quis vero pretaxatis clementie nostre statutis ausu temerario contraire presumpserit, pena quinquaginta librarum auri puri sit condempnatus, quarum medietas fisco nostro, residua prefate ecclesie exhibeatur[ii]. Ut autem hec nostra confirmatio rata in perpetuum habeatur, presentis privilegii paginam fecimus inde conscribi et nostre maiestatis sigillo roborari. Volumus autem predictos fratres huius privilegii donationibus uti in bonis illis, que ipsi iure proprii ad manus suas habent, non autem in hiis, que ex oblationibus fidelium pro certo canone receperunt. Huius rei testes sunt: Wolfgerus patriarcha Aquilegensis, Albertus Maideburgensis archiepiscopus, Otto Wirzeburgensis[jj] episcopus, Manegoldus Pattauiensis episcopus, Ludewigus[kk] dux Bawarie[ll], * Bernardus[mm] dux Karinthie, Azzo marchio Astensis, comes Hartmannus de Wirtenberc, comes Albertus de Dilingen, Ezzelinus de

---

[z] ue *(für* ve*) infolge Faltung abgerieben*
[aa] *so A*
[bb] cu *durch Riss im Pergament beschädigt*
[cc] viol *durch Feuchtigkeitsfleck und Loch in der Faltung stark beschädigt*
[dd] mam *durch kleine Flecken etwas beschädigt*
[ee] habitu *infolge Faltung etwas abgerieben*
[ff] *zweites* a *infolge Faltung abgerieben*
[gg–gg] inponere – inposita *infolge Faltung abgerieben,* nponere *durch Riss in der Faltung fast gänzlich zerstört*
[hh] iu *infolge Faltung abgerieben*
[ii] h *von derselben Hand über der Zeile eingefügt*
[jj] ze *durch Riss in der Faltung stark beschädigt*
[kk] Ludevuigus *A*
[ll] Bauuarie *A*
[mm] *davor fehlt* Otto dux Meranie*; vgl. VU I*

Taruisio, Heinricus marscalchus inperii, Heinricus camerarius inperii, Pa[ss]awerra[nn] et Monacus de Uilla iudices curie nostre et alii quam plures.

# Sicnum[oo] domini Ottonis quarti Romanorum[pp] imperatoris invictissimi. # (M.)[qq]

Ego Curradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Teodorici[rr] Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt autem hec anno domini M°CC°VIIII, regnante domino Ottone glorioso Romanorum imperatore anno imperii eius primo. Dat. in castro Sancti Miniatis quinto kal. novembris, indictione tertia decima.

(SP.D.)[ss]

---

[nn] Pa[ss]auuerra *A*
[oo] *so A*
[pp] ma *durch kleine Löcher etwas beschädigt*
[qq] *rechter Längsschaft durch Riss in der Faltung beschädigt*
[rr] T *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[ss] *rote gewebte Seidenschnüre erhalten.*

## BFW 313.

*Otto nimmt die Bürger von S i e n a auf ihre Bitte in seine Gnade auf und erlässt ihnen alle seit dem Tod Kaiser Heinrichs VI. nicht geleisteten Abgaben sowie die Entschädigung für anderen zugefügtes Unrecht.*

*San Miniato, 1209 Oktober 29*

*Original, 292 (–305) + 35 x 289 mm, im Archivio di Stato zu Siena, Diplomatico Riformagioni Balzana, casella 32, 1209 X 29 (A).*

*Böhmer, Acta S. 764 Nr. 1068 aus A.*

*Malavolti, Historia di Siena 1, S. 156 (Erwähnung, zu Oktober 19) = Malavolti, Historia fol. 45v. – Tommasi, Historie di Siena 1, S. 198 (Erwähnung zu Oktober 27). – Lisini in: Bullettino senese di storia patria 14, S. 570. – Lisini, Inventario S. 140. – Schneider, Reg. Senense 1, Nr. 455. – BFW 313.*

# Otto quartus # divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus[a]. Imperatorię maiestatis nostrę serenitas sicut rebelles quosque debita animadversione ducit puniendos, ita devotos et fideles suos consueta benignitatis suę clementia iudicat respiciendos. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos inspecta ferventi devotione, quam fideles nostri cives Senenses circa sublimitatis nostrę obsequia[b] constanter se exhibent exhibituros, ad instantem ipsorum postulationem universos et singulos in plenitudinem gratię nostrę recepimus pie et clementer remittentes singulis et universis omne tributum sive tributa annualia et debita, quęcumque retinuerunt et non solverunt á tempore mortis antecessoris nostri Heinrici illustrissimi Romanorum imperatoris divi augusti usque nunc, et omnes exactiones, iniurias, molestias, maleficia et dampna facta sive illata ubique vel quibuscumque personis statuentes itaque[c] imperiali decernimus auctoritate, quatinus predicti fideles nostri cives Senenses non teneantur in toto vel in parte inde alicui[d] vel aliquibus personis[e] de iure vel de facto aut aliquo alio modo[f] respondere[g]. Volumus enim et sanccimus, ut inde sint in perpetuum liberi et absoluti. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem paginam inde conscriptam maiestatis nostrę sigillo iussimus communiri. Dat. apud Sanctum Miniatem anno dominicę incarnationis M°CC°VIIII°, indictione XIII[a], IIII° kalendas novembris.

(SP.D.)[h]

---

[a] gu *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[b] *davor Rasur wohl eines langen* s
[c] *so A wohl statt* atque
[d] a *verb.*
[e] s *stark abgerieben*
[f] m *aus* in *verb.*
[g] d *aus* e *verb.*
[h] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 314.

*Otto nimmt das Kloster San Salvatore zu Badia a Isola in seinen Schutz, gewährt ihm den Gerichtsstand vor dem Kaiser oder dem kaiserlichen Legaten sowie das Recht, sich für jeglichen Rechtsstreit einen Vogt zu wählen, und bestätigt ihm alle Übereinkünfte mit den Herren von Staggia.*

*San Miniato, 1209 Oktober 29*

*Original, 460 + 50 (–56) x 351 (–377) mm, im Archivio di Stato zu Siena, Diplomatico, Monastero S. Eugenio di Siena, 1209 ottobre 29, casella 32 (A).*

*Ficker, Forschungen 4, S. 271 Nr. 218 aus A. – Ciacci, Gli Aldobrandeschi 2, Nr. 272. – Cammarosano, Abbadia a Isola S. 415 Nr. 115 aus A und beglaubigter Abschrift von 1210 V 22.*

*Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 51 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – Lisini in: Bullettino senese di storia patria 14, S. 570. – Lisini, Inventario S. 140. – Schneider, Reg. Senense 1, Nr. 456. – BFW 314.*

*Wortwörtliche Wiederholung der Urkunde Friedrichs I. vom 20. Januar 1178 (DF. I. 726; VU I). Eine kurze Wendung (*in propria anima*) stammt aus der echten Fassung der Urkunde Heinrichs VI. vom 8. Oktober 1191 (Böhmer – Baaken 172; VU II).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clemencia Romanorum imperator et semper augustus. # **/I/** Noverit omnium sancte dei ecclesie nostrorumque presencium scilicet ac futurorum * sagacitatis industria, qualiter nos pro dei amore et remedio[a] anime nostre nostrique imperii stabilitate abbatiam sancti Saluatoris in loco, qui vocatur Insula, et abbatem illius loci, qui vocatur Vgo, et fratribus ibi deo servientibus tam presentibus quam futuris cum omnibus suis pertinenciis et rebus, quas nunc legittime possident vel in antea iuste acquirere poterunt, sub nostra imperiali municione suscepimus et nostra imperiali auctoritate, quecumque divi predecessores nostri prefate abbatie contulerunt, sive in castellis, sive in villis, mancipiis, terris cultis et incultis, mobilibus et immobilibus, confirmamus precipientes, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, episcopus, nullus consul alicus[b] civitatis vel loci aut aliqua persona nostri imperii magna vel parva prenominatam abbatiam et monachos, qui ibidem sunt vel fuerint, cum[c] omnibus suis hominibus tam liberis quam servis vel ancillis presumat ad placita trahere vel distringere aut iudicare nisi in nostra imperiali vel nostri[d] certi legati presencia. Et quia semper presentes esse non possumus[e] in causis eorum, cum non habeant alium patronum preter nos[f], ne iura sua propter hoc deteriorentur, damus et concedimus[g] predicte abbatie, ut abbas et sui successores habeant potestatem et licenciam in unaquaque causa sua eligendi advocatum, quem voluerint, ydoneum, qui iuret de calumpnia | **/II/** in propria anima | **/I/** et finiat causam. Et finita causa nullam in predicta abbatia habeat potestatem occasionem[h] predicte advocationis. Insuper etiam imperiali auctoritate confirmamus et roboramus pacta omnia et conventiones et iuramenta, que facta sunt inter ipsam abbatiam et dominos de

---

[a] r *durch Faltung beschädigt*
[b] *so A,* alic *mit* us-*Haken, VU* alicuius
[c] u *aus* o *verb.*
[d] n *durch Faltung beschädigt*
[e] *erstes* u *verb.*
[f] *erster Schaft de* n *durch Faltung beschädigt*
[g] u *verb.*
[h] *so A*

Stagia fideles ipsius abbatie, sicut rite et rationabiliter facta sunt et continentur in publico instrumento facto per manum Reinali[i] iudicis[j] atque notarii tempore H(einrici) imperatoris. Si quis vero contra hoc nostrum statutum privilegii huius violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras centum[k], medietatem curie nostre et medietatem predicte abbatie sancti Saluatoris. Quod ut verius credatur et diligencius observetur, hoc privilegium sigillo nostro iussimus communiri et nostra imperiali auctoritate precepimus custodiri et penitus observari. * Cuius rei * testes sunt: Wolfgerus patriarcha Acquilegensis, Azzo marchio Estensis[l], comes Ildebrandinus, Ezzelinus de Taruisio, Heinricus marscalkus de Kallendin, Gunzelinus dapifer imperii, Passawerra, Monachus de Uilla, Albertus Strucius imperialis aule iudices et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.) Ego Cvnradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Teodorici Coloniensis archiepiscopi et tocius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt autem hec anno domini M$^{o}$CC$^{o}$VIIII$^{o}$, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XII$^{o}$, imperii vero primo.

Dat. per manus Waltheri imperialis aule prothonotarii apud castrum Sancti Miniatis IIII$^{o}$ kal. novembris, indictione XIII$^{a}$.

(SP.D.)[m]

---

[i] *so A statt* Reinaldi
[j] *vor* s *Rasur eines weiteren i*
[k] n *durch Faltung beschädigt*
[l] *rundes Schluss-*s *verb.*
[m] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 315.

*Otto bestätigt Erzbischof Hubald von R a v e n n a nach dem Vorbild seiner Vorgänger die genannten umfangreichen Besitzungen, Rechte und Freiheiten.*

*San Miniato, 1209 Oktober 30*

*Notarielle Abschrift aus der ersten Hälfte des 13. Jh. im Archivio storico diocesano zu Ravenna, Archivio arcivescovile, Pergamene Nr. 10360 (B). – Notarielle Abschrift von 1551 II 23 ebenda, Pergamene Nr. 8276 (D). – Abschrift vom Ende des 16. Jh. im Archivio Segreto Vaticano zu Rom, A.A.Arm. I–XVIII, 4953 (E). – Abschrift des 17. Jh. in der Schrift "Italiae Exarchatus" des Guillelmus Valla in der Biblioteca Apostolica Vaticana zu Rom, Vat. lat. 6206, fol. 133r–136r (F).*

*Ughelli, Italia sacra 2, Sp. 374 aus E = ed. II. 2, Sp. 374 = Dumont, Corps diplomatique 1/1, S. 140 Nr. 262, = Lünig, Cod. Italiae dipl. 4, Sp. 17 Nr. 14. – Summarium S. 3 Nr. 2 aus D. – (Fantuzzi), Monumenti Ravennati 5, S. 304 Nr. 54 aus D.*

*Rabotti, Ravenna e la sua chiesa S. 153 Nr. 6 (Abb. von B) und S. 155 (zur Überlieferung).*

*Rubeus, Historiarum Ravennatum libri decem ed. II. S. 374 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe) und S. 812. – Lilii, Dell'Historia di Camerino 1, S. 138 (mit Textauszug). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 826 Nr. 40. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 52 (mit Wiedergabe von Zeugenreihe, Signumzeile und Rekognition). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 146. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1429. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 202. – Curradi, Fonti per la storia di Ravenna S. 771 Nr. 85. – Pierpaoli, Cronologia ravennate S. 35. – BFW 315.*

*Als Vorurkunden diente die Urkunde Friedrichs I. vom 16. April 1160 für die erzbischöfliche Kirche von Ravenna (DF. I. 315; VU I), die heute verlorene, jedoch durch die Nachurkunde Heinrichs IV. (DH. IV. 322 vom 26. Juni 1080) überlieferte Urkunde Konrads II. aus dem Jahr 1028 (DK. II. 119; VU II), das Diplom Heinrichs VI. vom Dezember 1195 (Böhmer – Baaken 491; VU III), sowie eine weitere Urkunde Friedrichs I. vom 14. März 1185 für den Erzbischof und den Klerus von Ravenna (DF. I. 901; VU IV). VU II, die verlorene Urkunde Konrads II. (DK. II. 119), ist nur über die Zwischenstufe ihrer unmittelbaren Nachurkunde DH. IV. 322 bekannt. Die nach VU II unterstrichenen Stellen folgen daher dem Henricianum, das selbst aber nicht für den Text der Ottourkunde herangezogen wurde.*
*Die Benützung der beiden Vorurkunden I und II erfolgt in der Beschreibung des Besitzes nicht konsekutiv. Mehrere Passagen begegnen sowohl in VU I als auch in VU II wortwörtlich oder nahezu wortwörtlich gleichlautend (kleinere Abweichungen zwischen den beiden Vorurkunden blieben in diesem Fall unberücksichtigt). Zwischen ihnen sind wechselnd Passagen einmal aus der einen, dann aus der anderen Vorurkunde eingeschoben.*

(C.)[a] In[b] nomine sancte et individue[b] trinitatis[c]. Otto[d] quartus divina favente[c] clementia Romanorum imperator et[e] semper augustus. **/I/** Ratio[f] exigit[f] et imperiali congruere[g] videtur honori, ut affectuosa et preclara[h] obsequia fidelium nostrorum benemerentium de nobis pre oculis et manibus memoriter habeamus et iuxta[i] imperialem magnificentiam dignum favorem, dignam gratiam dignamque retributionem eis ita rependamus[j], ut aliorum studia et voluntates ad serviendum devotius[k] imperio alacrius excitemus. Eapropter universorum imperii nostri fidelium tam futura quam presens etas cognoscat, qualiter

[a] *Nachzeichnung des Chrismons in B*
[b–b] In – individue *in Majuskeln DE*
[c–c] trinitatis – favente *fast zur Gänze durch Rasur entfernt D*
[d] Octo *B,* Otho *F*
[e] *fehlt F*
[f–f] ratio exi *durch Riss zerstört B*
[g] congrue *D*
[h] clara *F*
[i] iux *D*
[j] *durch Riss zerstört B*
[k] cum devotione *F*

dilectus princeps[l] noster Hvbaldus[m] venerabilis sancte Rauennatis[n] ecclesie[n] archiepiscopus * nostre maiestatis presentiam[o] humiliter adierit et * pro confirmatione privilegiorum suorum pia devotione et[p] fideli studio nobis preces porrexerit[q]. Cuius sedule petitioni nos ex consueta imperiali clementia[r] benigne[r] annuentes auctoritate nostra ei et ecclesie sue confirmamus et firmissime roboramus omnes illic[s] pertinentes episcopatus, monasteria, ecclesias, civitates et[t] castella ac omnes res, que umquam per cartas antiquas, privilegia atque precepta ad eandem sacrosanctam[u] Rauennatem ecclesiam iuste et rationabiliter pertinuerunt[v], videlicet | **/I, II/** comitatum[w] Cesenatem[x] cum castro vetere et novo et turribus[y] ac omnibus sibi | **/I/** iuste pertinentibus cum districtu et honore, castrum Riuersani[z] cum omnibus pertinentiis suis[w], | **/I, II/** comitatum Ficoclensem[aa] cum episcopatu suo[bb] et ripa, | **/II/** episcopatum Regiensem cum dono[cc] et consecratione *, | **/I/** comitatum Bobii, comitatum Forompopilii[dd] cum districtu suo et Castrum Nouum cum curte et pertinentiis suis et comitatum Foroliuii[ee] cum districtu suo et civitatibus[ff] eorum et cum omnibus ad eosdem pertinentibus, | **/II/** comitatum * Feretranum[gg] cum episcopatu suo et[hh] cum monasterio sancti Saluatoris in ipso comitatu posito[hh], | **/I, II/** comitatum Decimanum[ii], comitatum Trauersarie, | **/II/** comitatum Ymolensem, comitatum Comaclensem cum ripa et piscariis suis, comitatum Ferrariensem cum ripa et piscariis suis[jj] *, | **/I, II/** monasterium sancti Ylari[kk] in[ll] Galiata cum omni districtu et placito[mm] suo, | **/II/** castellis et curtibus et pertinentiis suis, | **/I, II/** monasterium sancti Thome apostoli et sancte Eufemie infra civitatem Ariminensem[nn] cum omnibus pertinentiis suis et omnes res, quas diaconus[oo] Petrus filius

---

[l] filius *F*
[m] Hubaldus *DE*
[n–n] ecclesie Rauennatis *D*
[o] presenti *durch Riss zerstört B*
[p] *fehlt B*
[q] porrexit *F*
[r–r] benignitate *F*
[s] ill *durch Riss zerstört B,* illi *F*
[t] *fehlt B*
[u] santam *F*
[v] pertinere *DE*
[w–w] comitatum – suis *fehlt an dieser Stelle, folgt nach* comitatum Ficoclensem cum episcopatu suo et ripa *F*
[x] Cesenatum *B,* Cesene *D,* Cesen*(*a*)*t*(*em*) E*
[y] tribus *BDE*
[z] Raue*(*r*)*ssani *B*
[aa] Ficcolen*(*sem*) B*
[bb] *fehlt E*
[cc] domo *B*
[dd] Foropompilii *DE,* Foriponpilii *F*
[ee] Folliui *mit* r*-Kürzung über* o*, danach Rasur eines Buchstabens B,* Foriliuii *F*
[ff] civitabus *B*
[gg] Ferentinum *D,* Fereternum *E*
[hh–hh] et – posito *fehlt F*
[ii] Decianum *B*
[jj] *fehlt DE*
[kk] Hilarii *F*
[ll] de *B*
[mm] placitu *DE*
[nn] Arimini *BF,* Arrimin*(*ensem*) D*
[oo] eiaconus *D*

Martini ducis[pp] | **/I/** per cartulam donationis in sanctam Rauennatem ecclesiam tradidit, et quecumque | **/I, II/** Ingelrada[qq] comitissa | **/II/** tenuit a mari Adriano[rr] usque ad Alpes et a fluvio Reni usque ad[ss] Potentiam, | **/I/** sicut imperator Otto[tt] Petro[uu] Rauennati archiepiscopo confirmavit, item res et possessiones, | **/I, II/** quas Lambertus[vv] cum uxore[ww] et filiis suis habuit a[xx] mari[xx] usque ad Alpes, a fluvio Reno usque ad Foliam. | **/I/** Confirmamus etiam[yy] predicto archiepiscopo Hv(baldo)[zz] et eius ecclesie | **/I, II/** districtum Rauenne cum portis, ripis et portubus[aaa], muris, publicariis, omnibus theloneis, moneta | **/II/** publica, quam hinc inantea ibi fieri precipimus sub potestate sancte dicte ecclesie superius eiusque presulum. Concedimus etiam | **/I, II/** omnem potestatem in omnibus infra et extra civitatem Rauenne | **/I/** exceptis illis nostris regalibus cum districtu, quorum custodiam homo et missus noster, qui in eadem civitate manere consuevit, in feudo a nobis habere dignoscitur; exceptis etiam illis feudis, quibus homines nostri ab imperio investiti[bbb] sunt[bbb] ex antiquo et novo. Concedimus[ccc] et confirmamus[ccc] | **/I, II/** massam, que vocatur Fiscalia[ddd], cum Cornu[eee] Ceruino[eee], monasterium sancte Marie in Pomposia[fff] | **/II/** cum omnibus rebus et pertinentiis suis, portum Volane[ggg] integraliter[hhh] cum piscariis suis et omni litore maris et portubus usque ad portum Ceruie et usque ad fluvium[iii] Punctarii. Simulque[jjj] donamus iuxta auctoritatem nostrorum antecessorum[kkk] imperatorum abbatiam sancte Marie positam in loco Bangaricie[lll] cum dono[mmm] et consecratione abbatum et cum omnibus pertinentiis suis[nnn] inter Padum et Atisam fluvios sitis[ooo] in territoriis[ppp] Adriensi et Ferrariensi[qqq] et ubicumque sint[rrr] vel[sss] invente fuerint eiusdem abbatie proprietates. Confirmamus etiam | **/I/** comitatum Argente cum Pado et ripis et paludibus a principio

---

[pp] is *durch Loch beschädigt B*
[qq] Ingetrada *DE*
[rr] Adriatico *F*
[ss] fehlt *B, folgt irrig* Foliam *F*
[tt] Octo *B,* Otho *F*
[uu] o *wohl aus* u *verb., danach* s *radiert B,* Petrus *DE*
[vv] Lanbertus *B*
[ww] *folgt* sua *B*
[xx–xx] a mari *fehlt B*
[yy] et *DE*
[zz] Hubaldo *DEF*
[aaa] portibus *EF*
[bbb–bbb] investitis *B*
[ccc–ccc] confirmamus et concedimus *DE, folgt* etiam *BF*
[ddd] *teilweise stark verblasst, wohl* Fescalla *B,* Fischalia *F*
[eee–eee] *durch Abreibung am Rand stark beschädigt B*
[fff] Poposia *B*
[ggg] Uollane *B,* Uolane *EF*
[hhh] integriter *B*
[iii] flumen *DE*
[jjj] similiterque *DE*
[kkk] predecessorum *D*
[lll] fehlt *Kürzungsstrich für* n *B,* Bangarine *DEF*
[mmm] domo *B*
[nnn] *folgt* et *DEF*
[ooo] siti *D*
[ppp] territorio *DE*
[qqq] Ferariens*(i) B*
[rrr] s *mit Kürzungsstrich B*, supra *DE*
[sss] velut *B*

comitatus Argente usque Rauennam. Statuimus etiam, ut[ttt] omnium[ttt] naves transeuntium per Argentam tantum solvant quantum et Cremonenses exceptis illis, quorum naves nihil[uuu] debent solvere. Confirmamus etiam, quecumque iuste possidet infra comitatum Ferrariensem[vvv]. Item | **/II/** confirmamus stabilique gradu corroboramus ipsi ecclesie omnia, que antiquitus vel noviter tenuit vel tenet sive ei pertinet[www] in tota marchia Camarini[xxx] per diversos comitatus et territoria, videlicet Auximanum[yyy], Anconitanum[zzz], Senogaliensem[aaaa] et Fani aliosque comitatus et nominatim[aaaa] * Massam Aframanam[bbbb], que vocatur Auximana, in qua est castrum Vbaldi, castellum Ofanie[cccc] et massam Russiani, massam Merolanam[dddd], que[eeee] de Senogall(ia)[ffff], curtem Montonis, massam Victoriadam[gggg] et massam Salam territorii Fani, castrum Tuderani territorii Popiliensis[hhhh]. Hec omnia cum * rebus et possessionibus et pertinentiis suis emissa nostra preceptione atque imperiali edicto sepefatam ecclesiam habere firmiterque tenere precipimus. | **/I/** Adicientes etiam concedimus sancte[iiii] Rauennati ecclesie, ut nulla preteriti temporis prescriptio ab hac nostre concessionis die retro eidem ecclesie obici possit et deinceps possessiones eiusdem ecclesie vel monasteriorum suorum ad ecclesiam Rauennatem pertinentium non nisi spatio centum annorum conscribantur[jjjj]. Ceterum predicto archiepiscopo concedimus facultatem rescindendi contractus iniustos et ecclesie sue damnosos, ipsique archiepiscopo, ne[kkkk] iuramentum calumnie prestet vel aliquis pro persona archiepiscopi, quamdiu vixerit, remittimus. Confirmamus etiam et penitus corroboramus iure perpetuo sancte Rauennati ecclesie | **/II/** omnes res mobiles et immobiles et quecumque ab antecessoribus nostris regibus et[llll] imperatoribus necnon Romane[mmmm] sedis apostolice[nnnn] sancte Rauennati ecclesie suisque presulibus preceptali institutione[oooo] seu confirmatione sunt attributa. Hec autem, que superius dicta sunt, concedimus Rauennati ecclesie ad instar nostrorum predecessorum Corradi[pppp] et Federici Romanorum imperatorum. Item | **/III/** imperiali auctoritate confirmamus et firmiter corroboramus iamdicto principi

---

[ttt–ttt] *teilweise stark abgerieben B*
[uuu] m *mit überschriebenem* i *B*
[vvv] Ferariens*(*em*) B*
[www] pertineret *DF,* pretineret *E*
[xxx] Camerini *DF*
[yyy] Ausiman*(*um*) B*
[zzz] Anconitani *B*
[aaaa–aaaa] Senogaliensem – nominatim *fehlt F,* tim *von* nominatim *durch Loch zerstört B*
[bbbb] a Firmana *DE,* Afranianam *F*
[cccc] Offanee *D,* Offanie *EF*
[dddd] Merollanam *B*
[eeee] *wohl wie VU für* que vocatur, que *mit Kürzungszeichen B,* quem *DE,* que est *F*
[ffff] Sinogalli *D,* Senegallia *F*
[gggg] Uictoriandam *B,* Uictoriadam *E*
[hhhh] Ppllien *mit Kürzungsstrich B,* Populien*(*sis*) D,* Popullien*(*sis *) E,* Populiensi *F*
[iiii] fehlt *D*
[jjjj] conscribatur *B, durch Rasur teilweise entfernt D,* prescribantur *F*
[kkkk–kkkk] ne – archiepiscopo *fehlt B, vom Notar am Ende seiner Beglaubigung nachgetragen und mittels Verweiszeichen eingefügt*
[llll] etiam *DE*
[mmmm] *wohl* Romanis *B*
[nnnn] apostollicis *B*
[oooo] instructione *DE*
[pppp] Conradi *B*

nostro archiepiscopo[kkkk] Rauennati et sue ecclesie totum et integrum comitatum Argente, videlicet ipsam Argentam, Portum et totam plebem de Portu, scilicet Caput Sandali[qqqq], Grasallum[rrrr], Ripapersicum, Virgundinum[ssss], Portum Ueterarie[tttt] et Sandalum[uuuu], Materium quoque, Cauallum[vvvv] et curtem de Podio, plebem Sancti Viti[wwww] cum hominibus suis et quicquid ecclesia Rauennatis habet in ipsa plebe et in Luybola[xxxx], et alias capellas ipsius comitatus et homines cum omnibus pertinentiis supradictorum locorum, placito videlicet et districtu, et cum omni iurisditione, cum Pado, ripis, piscariis, paludibus, stratis, viis, pascuis, silvis et publicariis[yyyy] universis a principio comitatus Argente usque Rauennam, sicut ipse Hv(baldus)[zzzz] Rauennatis[aaaaa] archiepiscopus vel eius antecessores iuste hactenus habuerunt[bbbbb] et possederunt[ccccc], non obstante privilegio vel scripto[ddddd] Ferrariensium contra ius Rauennatis ecclesie ab imperiali maiestate impetrato. Hec itaque omnia supradicta in specialem defensionis nostre protectionem recipimus[eeeee] et imperiali auctoritate districte precipientes sancimus[fffff], ut nullus episcopus, marchio, dux, comes, vicecomes, nulla civitas, potestas, nulla denique humilis vel alta, secularis vel[ggggg] ecclesiastica persona contra hanc confirmationem nostram et protectionem supradictum fidelem principem nostrum vel ecclesiam Rauennatem in aliquo supradictorum aliquatenus gravare audeat vel molestare. Hec[hhhhh] autem ad exemplum Henrici imperatoris Rauennati ecclesie concedimus. Inter ea, que Rauennati ecclesie confirmamus, ista sunt[iiiii] propriis[jjjjj] nominibus exprimenda: in episcopatu Pesauriensi[kkkkk] castrum Legabicci, castrum[lllll] Granarole, castrum Gazole, castrum Fanane et Mons Catignanus; in episcopatu Ariminensi[mmmmm] castrum montis Gemmani[nnnnn], castrum Marazani[ooooo], castrum Montis Columbi, castrum Montis de Cruce, villa Corliani, castrum Sauignani, castrum Montiliani[ppppp] et castrum Montis Noui; in

---

[qqqq] Sandalli *B*
[rrrr] *mit überflüssigem Kürzungszeichen über* G *B,* Grasilum *DE,* Grassallum *F*
[ssss] Virgudinum *B,* Vergundinum *F*
[tttt] Uetrarie *DEF*
[uuuu] Sandallum *B*
[vvvv] Cauallium *DE,* Canallium *F*
[wwww] Uiti *BE*
[xxxx] Lulbola *DE,* Limbola *F*
[yyyy] plubicariis *B*
[zzzz] *stark abgerieben D, wohl* Hu*(*baldus*), fehlt E,* Vbaldus *F*
[aaaaa] *fehlt B*
[bbbbb] habuere *DE*
[ccccc] possidere *DE*
[ddddd] rescripto *D*
[eeeee] recepimus *B*
[fffff] statuimus *EF*
[ggggg] *fehlt DE*
[hhhhh] hoc *B*
[iiiii] *fehlt B*
[jjjjj] primis *E*
[kkkkk] Pisaurien*(*si*) DEF*
[lllll] et *B*
[mmmmm] Arrimin*(*ensi*) D*
[nnnnn] Gordani *D*, Germani *E, wohl* Gemani *F*
[ooooo] Mazazini *D,* Carazani *F*
[ppppp] Montaliani *DE*

episcopatu Cesene castrum Subriuole[qqqqq], castrum Montis Kuki[rrrrr], castrum Saliani, castrum Montis Gerardi, castrum Sergiani et Fanani[sssss], castrum Deolaguarde[ttttt], castrum Casalecli[uuuuu] et Rudilianum[vvvvv], castrum Stagnani, villa Rote[wwwww] et castrum Ronci; in episcopatu Foropopiliensi[xxxxx] castrum Bagnoli, castrum Molini[yyyyy] Ueteris, castrum Quiliani[zzzzz], castrum Montis Bouarii[aaaaaa]; in episcopatu Fauentino castrum Aurioli, castrum Taibani[bbbbbb] et villa Sancti Potiti; in episcopatu Ymolensi[cccccc] villa Luci; in territorio Rauennati Rouedola[dddddd], villa Sancti Pancratii et Sancti Archangeli[eeeeee], villa Rossi[ffffff] et Coibui[gggggg] et castrum Casemurate[hhhhhh]. Ad hec imperiali clementia, **/IV/** amore dei et salute imperii[hhhhhh], pro[iiiiii] remedio etiam anime[iiiiii] nostre indulgemus iamdicto Rauennati[jjjjjj] archiepiscopo principi nostro et omnibus Rauennatis ecclesie suffraganeis atque omnibus abbatibus, prelatis et omnibus clericis[kkkkkk] omnibusve[llllll] venerabilibus ecclesiis atque[mmmmmm] piis locis et universis ecclesiasticis personis tam in Rauenna[mmmmmm] quam in archiepiscopatu et Romania[nnnnnn] atque Marchia ad eosdem[oooooo] pertinentibus constitutis id, quod concessum est a[pppppp] sacris canonibus et venerandis principum Romanorum legibus, videlicet ut ipse ecclesie et[qqqqqq] earum emunitates per circuitum gaudeant privilegiis per sacros canones et venerandas Romanorum[qqqqqq] principum leges sibi indultis et, qui in eas commiserit, penas[rrrrrr] subeat a canonibus et legibus prefixas. Persone quoque ecclesiastice plena gaudeant atque fruantur libertate et pace, videlicet[ssssss] ut nec ad angarias vel perangarias vel alias operas[tttttt] per aliquem etiam nostrum[ssssss] missum

---

[qqqqq] Suriole *F*
[rrrrr] Cucchi *F*
[sssss] Fani *F*
[ttttt] Delaugnuarde *B,* Diolaguarde *F*
[uuuuu] Casalechi *F*
[vvvvv] Rudiglianum *D*
[wwwww] Ronte *B*
[xxxxx] Foroppllien *mit Kürzungsstrich durch* ll *BDE,* Foropopulensi *F*
[yyyyy] Mollini *B*
[zzzzz] Guiliani *F*
[aaaaaa] uarii *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[bbbbbb] Taybani *B*
[cccccc] Ym *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[dddddd] Rouedolla *B,* Rauedola *D,* Rouedula *F*
[eeeeee] Arcangeli *E*
[ffffff] Russi *BF*
[gggggg] Cauboy *B*
[hhhhhh–hhhhhh] Casemurate – imperii *durch Riss in der Faltung zerstört B, Buchstabenreste der letzten Worte* lute ... ii *erkennbar*
[iiiiii–iiiiii] *danach folgt Rasur von etwa 5–6 Wörtern D*
[jjjjjj] *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[kkkkkk] ecclesiasticis *E*
[llllll] omnibus *DE*
[mmmmmm–mmmmmm] atque – Rauenna *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[nnnnnn] Romana *B*
[oooooo] eo *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[pppppp] *folgt Rasur von* b *oder* d *B*
[qqqqqq–qqqqqq] et – Romanorum *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[rrrrrr] penes *D*
[ssssss–ssssss] videlicet – nostrum *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[tttttt] opera *D*

aliamve maiorem seu minorem personam preter ea, que ad pia opera per canones et leges sunt[uuuuuu] deputata[vvvvvv], nullo[wwwwww] modo cogantur. De suis quoque domicultilibus[xxxxxx], id est, que suis propriis laboribus et[yyyyyy] per suas familias excolunt, nihil omnino prestare[zzzzzz] compellantur non[yyyyyy] per aliquam a nobis missam vel mittendam alicui iurisditioni personam[aaaaaaa] prepositam[aaaaaaa] vel preponendam, maiorem minoremve, non per marchionem vel ducem, non per comitem, capitaneum vel varvassorem, non per[bbbbbbb] civitates aut consules[bbbbbbb] civitatum, non per rusticos vel aliquam comunitatem vel singularitatem, set[ccccccc] nec aliquam collectam vel exactionem, quocumque nomine censeatur[ddddddd], vel hospitationes per aliquam vel aliquos predictorum[eeeeeee] inviti prestare cogantur[eeeeeee]. Sui autem homines tam in Romania[fffffff] quam in Marchia, sive in castris sive in villis habitent, iurisditioni suorum dominorum, sive inter se agant sive conveniantur ab aliis, omnino subiiciantur[ggggggg]. Si vero ipsi[ggggggg] alios conveniant, sub eorum dominis agant, ita ut actor[1] semper forum rei sequatur[1]. Fodrum quoque alternis[hhhhhhh] annis, qui unum iugum habuerit boum[iiiiiii], XII Lucenses tantum[iiiiiii], qui autem duo iuga, XVIII, qui vero tria[jjjjjjj], cum quibus araverit, II solidos et sic deinceps pro se et familiis[kkkkkkk] suis solvant[kkkkkkk]. Qui vero unum solum bovem, cum quo aret, habuerit, VI denarios pro se et familia sua tribuat, qui autem manibus tantum operatur vel alia opera[lllllll] exercet, IIII denarios similiter pro se et familia sua persolvat omni alia exactione, quocumque nomine censeatur[mmmmmmm], penitus cessante[nnnnnnn]. Hec[nnnnnnn] autem omnia concessimus sancte Rauennati ecclesie salvo iure imperii in omnibus hiis, que modo possidet et de iure debet habere. Si quis vero[ooooooo] hec[ooooooo] tam pia nostra statuta violare temptaverit, si marchio est vel civitas vel magnum castrum, in X libris auri feriatur, medietate[ppppppp] camere[ppppppp] nostre et medietate predicto archiepiscopo et aliis prenominatis inferenda, si vero[qqqqqqq] comes fuerit, in tribus[rrrrrrr] libris auri feriatur, capitaneus autem et

---

[uuuuuu] supra *DE*
[vvvvvv] deputatas *DE*
[wwwwww] ullo *F*
[xxxxxx] domicultibus *D*
[yyyyyy–yyyyyy] et – non *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[zzzzzz] preparare *DE*
[aaaaaaa–aaaaaaa] sonam prepositam *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[bbbbbbb–bbbbbbb] per – consules *durch Risse in der Faltung zerstört B, Buchstabenreste …*es *des letzten Wortes erkennbar*
[ccccccc] scilicet *E*
[ddddddd] *durch Riss in der Faltung zerstört B,* censeantur *D*
[eeeeeee–eeeeeee] predictorum – cogantur *durch Abreibung in der Faltung zerstört B,* prerare cogant *D,* præparare cogant *E*
[fffffff] Romana *D*
[ggggggg–ggggggg] ubiiciantur – ipsi *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[hhhhhhh] alterius *D*
[iiiiiii–iiiiiii] boum – tantum *durch Riss und Abreibung in der Faltung zerstört B*
[jjjjjjj] ria *durch Loch zerstört B*
[kkkkkkk–kkkkkkk] miliis – solv *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[lllllll] *stark abgerieben B*
[mmmmmmm] censeantur *D*
[nnnnnnn–nnnnnnn] cessante – hec *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[ooooooo–ooooooo] vero – hec *stark abgerieben B*
[ppppppp–ppppppp] edietate cam *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[qqqqqqq] vos *DE*
[rrrrrrr] III *DE*

minimum castrum vel comunitas in duas[sssssss], varvassores vero[ttttttt] in unam puniantur, civis aut castellanus[uuuuuuu] vel rusticus[uuuuuuu] quartam partem suorum mobilium[vvvvvvv] similiter feriatur. Adicimus etiam, ut, si quando prenominatus archiepiscopus vel alii predicti seu eorum homines coram[wwwwwww] nostris iudicibus vel eis, quos alicui iurisditioni prefecimus[xxxxxxx], agant vel conveniantur, sive causam ammittant sive in ea obtineant[yyyyyyy], pro libra[yyyyyyy] nostris iudicibus et potestatibus non nisi XII denarios persolvant et infra XL dies eorum cause decidantur, nisi maiores indutias propter absentiam testium vel instrumentorum causa postulaverit, et statim executioni mandetur et, quod iudicatum fuerit, nisi appellatione[zzzzzzz] suspendatur[zzzzzzz], firmissime teneatur. Hec autem ad exemplum Federici imperatoris predecessoris nostri sancte Rauennati ecclesie et eius[aaaaaaaa] suffraganeis concedimus statuentes et imperiali edicto firmiter precipientes, ut nulla unquam persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis[bbbbbbbb], seu etiam ulla civitas vel[cccccccc] comune vel castrum[cccccccc] hanc nostre confirmationis divalem paginam presumat infringere seu aliquo ei temeritatis ausu obviare. Quod qui facere presumpserit, in sue presumptionis penam centum libras auri[dddddddd] purissimi[dddddddd] componat, medietatem fisco nostro, reliquam vero medietatem[eeeeeeee] iniuriam[eeeeeeee] passis persolvendam. Testes autem huius[ffffffff] rei sunt[gggggggg]: Wolfgerus[hhhhhhhh] patriarcha Aquilegensis[iiiiiii], Engelh(ardus)[jjjjjjj] Nuuenburgensis[kkkkkkkk] episcopus, Walterottus[lllllll] Lunensis[mmmmmmmm] episcopus, Aleprandus episcopus[nnnnnnnn] Vercellanus[nnnnnnnn], Aldibrandus[oooooooo] Vulteranus[pppppppp] episcopus, Mainardinus[qqqqqqqq] Ymolensis[rrrrrrr] episcopus,

---

[sssssss] duabus *F*
[ttttttt] II° *E*
[uuuuuuu–uuuuuuu] lanus – rusti *durch Riss in der Faltung zerstört B,* vel *fehlt D*
[vvvvvvv] bonorum *D*
[wwwwwww] *abgerieben B*
[xxxxxxx] preficimus *B*
[yyyyyyy–yyyyyyy] btineant – libra *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[zzzzzzz–zzzzzzz] appellatione suspendatur *durch Riss und Abreibung in der Faltung weitgehend zerstört B*
[aaaaaaaa] *fehlt B*
[bbbbbbbb] seculari *D*
[cccccccc–cccccccc] vel – cast *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[dddddddd–dddddddd] ri pu *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[eeeeeeee–eeeeeeee] etatem iniur *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[ffffffff] huiusmodi *D*
[gggggggg] supra *D*
[hhhhhhhh] Wolferius *D*
[iiiiiii] Aquilegiensis *F*
[jjjjjjj] Engellus *F*
[kkkkkkkk] Niuenb*(*er*)*gen*(*sis*) D,* Niuenb*(*er*)*g*(*e*)*n*(*sis*) E,* Niuembergensis *F*
[lllllll] o *am Zeilenende abgerieben B*
[mmmmmmmm] Liuiensis *F*
[nnnnnnnn–nnnnnnnn] Verzelen*(*sis*)* episcopus *D,* Verzellensis episcopus *E,* Vercellen*(*sis*)* episcopus *F*
[oooooooo] brandus *durch Riss in der Faltung zerstört B*
[pppppppp] Uulteranus *D,* Vulterranus *E*
[qqqqqqqq] Moriandinus *D,* Monardinus *E*
[rrrrrrr] Imolensis *F*

Zillinus[ssssssss] de[tttttttt] Triuisia[tttttttt], Atho[uuuuuuuu] marchio Hestensis[vvvvvvvv], Saliguerra[wwwwwwww] Ferrariensis[xxxxxxxx], Henricus[yyyyyyyy] Calendrini mariscalcus imperii, Gonzellinus[zzzzzzzz] dapifer imperii, Passaguerra[aaaaaaaaa], Monachus[bbbbbbbbb], Albertus Structius imperialis aule iudices et alii quam plures.

# Signum[ccccccccc] domini Ottonis[ddddddddd] quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)[eeeeeeeee]

Ego[fffffffff] Corradus[fffffffff] Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theodorici[ggggggggg] Coloniensis[hhhhhhhhh] archiepiscopi et totius Ytalie[iiiiiiii] archicancellarii recognovi.

Acta[jjjjjjjj] sunt[kkkkkkkkk] autem hec anno dominice incarnationis MºCCºVIIIIº [jjjjjjjj], regnante domino Ottone[llllllll] quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XIIº, imperii vero eius primo.

Datum apud castrum Sancti Miniatis per manus Gualterii[mmmmmmmmm] imperialis aule prothonotarii IIIº kal. novembris, indictione XIIIª [nnnnnnnnn].

---

[ssssssss] Zilinus *DEF*
[tttttttt–tttttttt] de Triuisia *durch Riss in der Faltung zerstört B,* de Treuisia *E,* de Teruisio *F*
[uuuuuuuu] Antho *D,* Attho *F*
[vvvvvvvv] Hestensi *B,* Estensis *F*
[wwwwwwww] Salingnuera *B,* Salinguerria *F*
[xxxxxxxx] Ferariensis *B*
[yyyyyyyy] Henrigus *BE*
[zzzzzzzz] Gonzalinus *D,* Gonzolinus *EF*
[aaaaaaaaa] Passagnuera *B*
[bbbbbbbbb] Monacus *E*
[ccccccccc] *Signumzeile in verlängerter Schrift E*
[ddddddddd] Octonis *B,* Othonis *F*
[eeeeeeeee] *Nachzeichnung des Monogramms BE*
[fffffffff] Ego Corradus *fast zur Gänze durch Rasur entfernt D,* Coradus *B,* Conradus *F*
[ggggggggg] Theoderici *D*
[hhhhhhhhh] Colomen*(*sis*) E*
[iiiiiiii] Italie *DF*
[jjjjjjjj–jjjjjjjj] Acta – MºCCºVIIIIº *fehlt an dieser Stelle, folgt nach* imperii vero eius primo *F*
[kkkkkkkkk] supra *E*
[llllllll] Octtone *B,* Othone *F*
[mmmmmmmmm] Galterii *B*
[nnnnnnnnn] XIIIº *B,* XIII *DF.*

*[1–1] Decr. Grat. 2,11,1,15.*

## BFW 316.

*Otto nimmt die Burg* M o r i a n o *in seinen Schutz und bestätigt ihr die von Friedrich I. und Heinrich VI. verliehenen Rechte betreffend die Freiheit von Abgaben, Leistungen und Diensten an die Stadt Lucca vorbehaltlich der Rechte des Kaisers und des Bischofs von Lucca.*

*San Miniato, 1209 Oktober 30*

*Notarielle Abschrift von 1270 I 16 (B), heute verloren, daraus Abschrift aus der 2. Hälfte des 14. Jh. im Archivio storico diocesano zu Lucca, Biblioteca arcivescovile, 31, p. 15 (B´). – Insert in der Originalurkunde Karls IV. von 1355 II 3 (Böhmer – Huber 1980; C), heute verloren, daraus notarielle Abschrift von 1356 IX 4 ebenda, Priv. 36 (C´), und Abschrift aus der 2. Hälfte des 14. Jh. ebenda, Biblioteca arcivescovile, 31, p. 30 (C´´).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 20 Nr. 30 aus B´.*

*Bertini in: Memorie e documenti di Lucca 4/1, S. 123f. (mit Textauszügen). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 53 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – BFW 316.*

*Beim Text handelt es sich um eine wortwörtliche Wiederholung der von Heinrich VI. als König ausgestellten Urkunde vom 26. September 1186 (Böhmer – Baaken 19).*

Octo[a] quartus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. Imperatoriam maiestatem nostram decet, ut ex offitio a deo sollertie nostre credito oppressionibus et iniuriis fidelium nostrorum, horum precipue, quos imperio specialius[b] dinoscitur[c] pertinere, virtute imperialis potentie[d] potenter occurramus omnesque damnorum atque vexationum occasiones penitus de medio tollentes unicuique, quod suum est, equitatis vigore conservemus. Eapropter notum facimus universis imperii fidelibus * presentis etatis et future, quod nos castrum Morianum cum omnibus attinentiis suis et districtu[e] et capellam[f] de Mammole[g] et[h] capellam de Aquilea[h] et capellam de Maschiano et capellam sancti Concordii cum omnibus personis in eis nunc habitantibus et per evum habitaturis tam clericis quam laicis[i] et cum omnibus eorum bonis * mobilibus et immobilibus, que nunc habent vel in posterum[j] deo dante iuste poterunt obtinere, sub protectione defensionis nostre suscepimus et[k], ne aliqua persona vel aliquod comune sive potestas et nominatim ne Lucana civitas aliquam datam vel exactionem seu fodrum requirat ab eis vel accipiat, auctoritate nostra prohibemus, nisi sicut a quadraginta octo[l] annis retroactis facere consueverunt, salva in omnibus et per omnia imperiali nostra iustitia et iure Lucensis[m] episcopi. De castro autem Moriano, quando nos in Italia fuerimus, homines de Moriano nobis

---

[a] Otto *C´*
[b] specialiter *B´*
[c] dinoscuntur *C´´*
[d] excellentie *VU sowie DF. I. 910*
[e] districtum *C´´*
[f] *C´ hier und in der Folge stets* cappellam
[g] Mamele *C´´*
[h–h] et capellam de Aquileia *in C´an dieser Stelle ausgelassen und nach* Concordii *angefügt*
[i] laycis *C´*
[j] imposterum *C´C´´*
[k] *fehlt C´´*
[l] *fehlt C´´*
[m] Lucani *C´C´´*

aut certo nuntio nostro singulis annis quindecim libras Lucenses persolvent. Ad augmentum quoque[n] nostre[o] gratie[o] et libertatis[p] predictorum fidelium nostrorum concedimus eis et imperiali auctoritate confirmamus, ut nulli comuni nec ipsi[q] Lucane civitati[q] liceat angariam[r] vel perangariam[r] ab eis extorquere nec aliquod[s] onus[s] publice functionis aut cuiuspiam[t] servilis operis presumat eis imponere. Que omnia iam dictis[u] fidelibus nostris facta fuisse per antecessores nostros Fridericum[v] et Henricum divos Romanorum imperatores, ex ipsorum publicis didicimus instrumentis. Statuimus igitur et[w] imperiali firmamus edicto, ut nulla civitas, nullum comune, nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, contra preceptum huius nostre concessionis venire presumat nec prescriptis afflictionibus prefata loca et habitatores eorum nec presentes nec futuros[x] attemptet aliquatenus inquietare. Quod qui fecerit, in ultionem temeritatis sue centum libras auri puri[y] pro pena componat, dimidium[z] camere nostre, * reliquum[aa] passis iniuriam persolvendum. Huius rei testes sunt: Gualferus[bb] Aquilegiensis[cc] patriarcha, Hubaldus[dd] Rauenas[ee] archiepiscopus, Conradus[ff] Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Hildebrandinus[gg] palatinus comes Thuscie[hh], Azo marchio Estensis, Azelinus[ii] de Taruisio[jj], Salinguerra de Ferraria, Henricus marescalcus[kk], Gunzelinus[ll] senescalcus[mm], Walterus[nn] pincerna, Cuno camerarius[oo], Henricus triscamerarius[pp], Albertus Structius[qq], Passaguerra, Monacus[rr] de Villa iudices curie imperialis et alii quam plures.

---

[n] quorum *C´*
[o–o] gratie nostre *C´C´´*
[p] *so VU sowie DF. I. 910,* liberalitatis *B´C´C´´*
[q–q] ipsa Lucana civitas *C´,* ipsa Lucensis civitas *C´´*
[r–r] angaria vel perangaria *C´*
[s–s] onus aliquod *C´C´´*
[t] cuiusque *C´C´´*
[u] dilectis *C´C´´*
[v] Fredericum *C´*
[w] *fehlt C´*
[x] futuras *B´*
[y] *fehlt C´C´´*
[z] dimidiam *C´C´´*
[aa] reliquam *C´C´´*
[bb] Gualfgerus *C´C´´*
[cc] Aquilegensis *C´*
[dd] Lubaldus *C´C´´*
[ee] Rauennas *C´*
[ff] Cunradus *C´,* d *durch Loch im Pergament zerstört C´´*
[gg] Hildebrandus *C´C´´*
[hh] Chuscie *B´,* Cusae *C´C´´*
[ii] A *zerstört C´´*
[jj] Teruisio *C´C´´*
[kk] marscalcus *C´,* mascalcus *C´´*
[ll] Cunrelinus *C´C´´*
[mm] senascalcus *C´´*
[nn] Gualterius *C´,* Gualterus *C´´*
[oo] cammerarius *C´*
[pp] vicecammerarius *C´,* vicecamerarius *C´´*
[qq] Struccius *C´,* Scruceius *C´´*
[rr] Monachus *C´´*

Dat. in castro Sancti Miniati anno domini millesimo[ss] ducentesimo nono, tertio[tt] kal. novembris, indictione terciadecima[uu].

---

[ss] milesimo *B´,* M° *C´*
[tt] III *C´C´´*
[uu] tertiadecima *C´,* XIII *C´´*.

## BFW 317.

*Otto nimmt das Zisterzienserkloster S a n  G a l g a n o mit allen Personen, Gütern und Zubehör in seinen Schutz, befreit es von allen Abgaben in den genannten Besitzungen und gewährt ihm weitere Zugeständnisse.*

*San Miniato, 1209 Oktober 31*

*Notarielle Abschrift von 1308 VI 19 im Liber privilegiorum S. Galgani, Compagnie religiose soppresse da Pietro Leopoldo, 475, 290[bis] im Archivio di Stato zu Florenz, fol. 4r–5v (B).*

*Iongelinus, Notitiae abbatiarum lib. VII, S. 85. – Ughelli, Italia sacra 1, Sp. 360* unvollständig = Ughelli, Italia sacra ed. II. 1, Sp. 1447 = Lami, Sanctae ecclesie Florentinae monumenta 1, S. 351. – Canestrelli, San Galgano S. 118 Nr. 8 aus B.*

*Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 827 Nr. 41. – Mecatti, Storia cronologica 1, S. 54 (Erwähnung, zu 1210). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1430. – Schneider, Reg. Senense 1, Nr. 457. – BFW 317.*

*Einzelne sprachliche Wendungen lassen Parallelen zu zwei Urkundentexten Heinrichs VI. für denselben Empfänger erkennen und sind entsprechend ausgewiesen (Böhmer – Baaken 141: VU I, Böhmer – Baaken 554: VU II).*

(C.) In nomine sancte et individue trinitatis. Octo quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. /**I**/ Ad eterne vite premium et * temporalis imperii * incrementum apud creatorem omnium nobis maxime proficere non ambigimus, si ecclesiis dei et personis religiosis gratie nostre subsidium et imperialis defensionem maiestatis studemus propensius impertiri. /**II**/ Quapropter notum facimus universis imperii * fidelibus presentibus et futuris, /**I**/ quod nos intuitu divine retributionis monasterium et totum conventum Sancti Galgani Cisterciensis ordinis, quod monasterium situm est in episcopatu Vulterrano in Monte Sepio, eo quod personas ibi existentes in eo ordine deo devotas et maxime religiosas esse audivimus, cum personis omnibus ibidem deo famulantibus et universis bonis, obedientiis et pertinentiis suis /**II**/ in specialem maiestatis nostre protectionem recepimus, ipsum monasterium et locum, personas omnes et obedientias et universa ad ipsos pertinentia, que nunc habent vel in posterum dante domino poterunt iuste adipsci, /**I**/ ab omni data, collecta, tributis, angaria seu perangaria, munere publice functionis et ab omni gravamine vel exactione cuiuscumque persone imperpetuum libera esse decernentes, quorum quedam certis nominibus duximus exprimenda: Montem Sepium, in quo ipsum monasterium est fundatum, cum nemore et omnibus adiacentibus et quicquid habetur[a] in curte et districtu de Berignone cum suis pertinentiis, et quicquid habent in villa de Lamole, in curte de Cluslino et de Fruosine, de Monticiano, sicut Ildebrandus Vulterranus episcopus hec omnia ipsis dedit et concessit, adicimus etiam, quicquid habent in curtibus de Sticiano et de Lactaria, /**II**/ campum[b] quoque de Valuosi situm iuxta abbatiam Ardingam ab antecessore nostro Henrico Romanorum serenissimo imperatore ipsis datum et concessum, insuper abbatiam de Giuniano a domino Innocentio summo pontifice ipsis concessam cum omnibus suis obedientiis et pertinentiis. Hec autem omnia, sicut prenotata sunt, cum pascuis, nemoribus, silvis, terris cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus et cum omni utilitate, sicut ipsis data sunt et concessa, imperiali auctoritate ipsis confirmamus concedentes, ut in causis forensibus licitum eis sit sindicum vel procuratorem constituere, nulle quoque constitutiones locorum vel civitatum contra ius facte ipsis preiudicent, nulla

---

[a] *so B statt* habent
[b] canpum *B*

quoque persona nullaque civitas vel comune vel locus ipsos prohibere debeat, quominus extrahant vel exportent, que ipsis ad domus et fratrum victum et personarum suarum sustentationem sunt necessaria. Statuimus quoque et iubemus, ut, si res alique predicte domui et suis pertinentiis ab aliquo vel aliquibus fuerint ablate vel ad manus aliquorum devenerint, domini locorum tam diu eas retineant, quousque debitam inde predicti fratres accipiant iustitiam. Ad hec de speciali liberalitatis nostre gratia ipsis indulgemus, quatenus omnis[c], qui se ad ordinem illum transferre voluerit[d], licite et libere ipsum possint cum omnibus rebus suis mobilibus et immobilibus, quas eis dederit, recipere, nisi sit servus, volentes et sanctientes, ut ab omni passagio vel pedagio pro possessionibus, rebus, personis et animalibus eorum ad ipsos aliquo modo pertinentibus omnino /**I**/ liberi sint et absoluti. Sancimus itaque et * statuimus *, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla civitas nullumque comune nullaque omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, contra hanc serenitatis nostre divalem concessionem venire audeat vel in aliquo predictum monasterium aut fratres aliquatenus perturbare. Quod qui fecerit, in ultionem sue temeritatis sexaginta libras auri puri pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum passis iniuriam. /**II**/ Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Wu%alferius Aquilegensis ecclesie patriarca, Vbaldus Ravennas archiepiscopus, Engelhardus[e] Cicensis episcopus, Ildebrandus Vulterranus[f] episcopus, Atho marchio Estensis, Petrus Vrbis prefectus, Artimannus comes de Kirchberc, Ildebrandinus comes palatinus, Ethelinus de Treuisio, Henricus mariscalcus de Calendin, Henricus camerarius de Rauensberc et alii quam plures.

Signum domni Octonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theodorici[g] Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nono, regnante domino Octone quarto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius duodecimo, imperii vero primo.

Data apud Sanctum Miniatem per manus Gualterii imperialis aule protonotarii, pridie kalendas novembris, indictione XIII[a].

---

[c] i *auf Rasur von* e
[d] voluerint *B*, n *durch Punkt getilgt*
[e] Engelbardus *B*
[f] Wlterranus *B*
[g] *rechts neben dem Monogramm von erster Hand nachgetragen.*

## BFW 318.

*Otto bestätigt Pfalzgraf Ildebrandin (von Tuszien) und dessen Erben alles, was ihm und dessen Vater von Kaiser Friedrich I. und anderen römischen Herrschern übertragen wurde, insbesondere die Reichsrechte in der Stadt Massa Marittima, und investiert ihn mit drei Fahnen.*

*San Miniato, 1209 November 1*

*Original, 583 (–594) + 44 x 370 (–407) mm, Archivio Segreto Vaticano zu Rom, A.A.Arm. I–XVIII, 9 (A).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 21 Nr. 31 aus Abschrift vom Ende des 13. / Anfang des 14. Jh. im Archivio Roncioni zu Pisa.*

*Manni, Sigilli 8, S. 46 (Erwähnung). – Meiller in: Notizenblatt 2, S. 371 Nr. 3 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 54 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – Kehr in: NA 14, S. 354 Nr. 12. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1431. – Ciacci, Gli Aldobrandeschi 2, Nr. 273. – Wiesflecker, Reg. der Grafen von Görz 1, Nr. 346 (mit auszugsweiser Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 158 Nr. 26 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – BFW 318.*

*Es handelt sich um eine wortwörtliche Wiederholung der Urkunde Heinrichs VI. vom 27. April 1195 (Böhmer – Baaken 431).*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Benignitas imperialis excellentię suos fideles ac devotos clementer honorare consuevit eorumque meritis preclaris ac fidelibus exhibitis ad honorem imperii obsequiis munificentię suę beneficiis liberaliter respondere. Ad universorum itaque imperii nostri fidelium tam presentis ętatis quam posteritatis successurę volumus pervenire notitiam, quod nos considerata fide ac devotione nec non et obsequiis[a] prelucidis, quę dilectus fidelis noster Ildebrandinus comes palatinus filius quondam comitis Ildibrandini palatini nostre celsitudini incessanter exhibuit et in posterum creditur exhibiturus, benignitate imperiali concedimus ei et confirmamus suisque heredibus in perpetuum quicquid olim antecessor noster Fridericus inclitę recordationis Romanus[b] imperator aut aliquis antecessorum[c] nostrorum Romanorum imperatorum[c] vel regum patri suo Ildibrandino comiti palatino vel eius antecessoribus concesserunt et ipse nunc tenet. Addimus quoque eidem Ildibrandino comiti palatino suisque heredibus in perpetuum et imperiali auctoritate concedimus, confirmamus et assignamus quicquid iuris imperium habet vel ad[d] imperium pertinet in civitate Massa et in cunctis pertinenciis suis. Hec omnia sibi et heredibus suis imperiali auctoritate confirmamus, concedimus et assignamus et de omnibus hiis, quę in privilegiis patri suo vel eius antecessoribus â prememorato imperatore Friderico vel ab aliis nostris antecessoribus traditis et concessis continentur, et de omnibus, quę prefatus[e] pater suus tenuit et possedit, pro se et heredibus suis sollempniter per tria vexilla eum investivimus. Statuimus itaque et imperiali edicto firmiter precipimus, ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, contra hanc nostrę concessionis confirmationisque paginam venire audeat vel eam aliquo perturbationis modo violare. Quod

[a] ii *verb.*
[b] *so A,* n *durch Loch in der Faltung stark beschädigt,* us-*Haken darüber klar erkennbar*
[c–c] cessorum – im *teilweise durch Faltung beschädigt*
[d] *von erster Hand sofort nachträglich eingefügt*
[e] *gestrichen nach* pater suus *VU*

qui facere presumpserit[f], in penam temeritatis suę centum libras auri componat, medietatem fisco nostro, reliquum iniuriam patienti. Ad cuius[g] rei[g] certam in posterum evidentiam presens inde privilegium conscriptum maiestatis nostrę sigillo iussimus communiri. Testes huius rei sunt: Wolfgerus patriarcha Aquilegensis, Vbaldus archiepiscopus Rauennâs, Engilhardus episcopus Nwenburgensis, Ildibrandinus Uulteranus episcopus, Azzo marchio Estensis, comes Meginhardus de Gorcia, comes Hartmannus de Wirtinberc, comes Marquardus de Verngên, Ezilinus de Taruisio, Ro%vdolfus de Kisilowe, Blickerus de Steinahc, Heinricus marscalcus de Kallindin, Gunzilinus dapifer, Waltherus pincerna, Heinricus camerarius de Rauinspurc, Albertus Strucius, Passawerra et Monachus de Villa imperialis curię iudices et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aulę cancellarius vice domini Tiderici Coloniensis archiepiscopi et tocius[h] Ytalię archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis millesimo[i] C°C°VIIII, indictione XIII[a], regnante domino Ottone[j] quarto[j] Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius duodecimo, imperii vero primo.

Dat. apud Sanctum Miniatem per manum Waltheri imperialis aulę prothonotarii, kalendas novembris.

(SP.D.)[k]

---

[f] it *wohl verb.*
[g–g] cuius – r *durch Faltung und Fleck beschädigt*
[h] *durch Fleck beschädigt*
[i] *über* m *Riss in der Faltung*
[j–j] ne – qua *durch Fleck und Loch in der Faltung zerstört*
[k] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica, ursprüngliche Siegelfäden durch rotes Band ersetzt.*

## BFW 319.

*Otto nimmt die Kollegiatkirche San Frediano zu L u c c a in seinen Schutz, bestätigt die von seinen Vorgängern Friedrich I. und Heinrich VI. gewährten Privilegien und Schenkungen, verbietet darüber hinaus unter anderem die Errichtung eines öffentlichen Wegs zwischen der Kirche und der Mauer, die von den Kanonikern zur Abwehr von Hochwässern errichtet wurde, und verbietet, dass der Kirche vor Amtsträgern der Kommune Recht verweigert wird.*

*San Miniato, 1209 November 2*

*Gleichzeitige notarielle Abschrift im Archivio di Stato zu Lucca, Diplomatico S. Frediano, 1209 XI 2 (B).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 22 Nr. 32 aus B.*

*Repetti, Dizionario 2, S. 846 (mit Textauszug). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 55 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1432. – BFW 319.*

(C.) # In nomine sanctę et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum inperator et semper augustus. # Officium imperatorię maiestatis a deo nobis creditum â providentia sollicitudinis nostrę requirit, ut unicuique fidelium imperii, quod suum est, iuste conservemus, etiam spem in domino habentes, quod cum ęcclesiis et personis religiosis in suis necessitatibus familiari cura providemus, ad salutem nostram acceptum deo indubitanter prestamus obsequium. Eapropter cognoscat tam presens etas fidelium imperii quam successura posteritas, quod nos antecessoris nostri Friderigi Romanorum imperatoris divi augusti vestigia digne sequentes ecclesiam beati Fridiani in Lucana civitate sitam et eius canonicos cum rebus ipsis pertinentibus sub nostram protectionem et mundiburdium suscipimus prohibentes, ut nulli liceat infra civitatem vel claustrum predicte ecclesie in personam vel in rem cuiusquam insultum facere et ut nullus secularium potestatum infra claustrum vel cimiterium violenter hospitari presumat. Si quis vero ab ecclesia hospitatus fuerit, a nullo in persona vel in rebus aliquo modo perturbetur. Quicquid etiam infra urbem Lucanam vel extra, presertim in loco, qui vocatur Murla seu Mutiliana, atque Longize et Guindolfo sive Collemori vel in Uurno necnon in loco, qui dicitur Parminiana sive Coldisacco inter villam Orenthani et Altum Passum, in campis, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, molendinis, montibus, vallibus, planiciebus iuste et legaliter ad predictam beati Fridiani ecclesiam et eius claustri canonicos[a] pertinentibus et respicientibus, que modo habent vel que in antea domino annuente habituri sunt, inperialis dignitatis nostre precepto eis eorumque successoribus confirmamus et corroboramus. Insuper intuitu divine pietatis et religionis, quę in eadem ecclesia vigere dinoscitur, omne datum frumenti et ordei, quod eiusdem ecclesie canonici de molendino in flumine Else habent et annuatim curie nostre de castro Sancti Miniatis solvere solebant, inperiali liberalitate ipsis remittimus in perpetuum et indebitas exactiones tam a comite quam a nostris ministerialibus, qui ibi successione temporum fuerint, sub debito fidelitatis et gratie nostre obtentu fieri prohibemus. Ad augmentum quoque gratie nostre villam de Salaria, sicut eam legitime possident, et quicquid nunc habent vel in posterum iuste adepturi sunt, ubique in imperio nostro et nominatim in comitatu Ferrariensi et in episcopatu Lunensi et in Massano episcopatu, quicquid etiam in curia Sancti Miniatis nunc possident vel adhuc iuste possessuri sunt, liberum esse et ius

---

[a] canoniquos *B*

piscandi in Iussiana et piscarias sine aliquorum impedimento in ea faciendi, et ut res predicte ecclesie per Arnum fluvium libere absque omni contradictione et exactione ducantur et transeant, eidem ecclesie concedimus et inperiali auctoritate confirmamus, precipientes, ut omnia bona et omnes possessiones eius ab omni dato et sordido onere et publica functione et ab omni violenta exactione cuiuscumque communis seu potestatis et precipue Lucane civitatis omnino libere sint et penitus absolute. Preterea inperiali clementia eisdem canonicis sancti Fridiani damus et confirmamus[b] sex cultras terrarum in Iussciana et boscum unum cum terra, que est ultra rivum, aliam quoque terram apud hospitale de Cauena ad faciendam ecclesiam, sicut predecessor noster imperator Heinricus sextus inclite recordationis illis contulit. Inhibemus etiam firmiter et interdicimus sub pena gratie nostre, ut inter murum, quem dicti canonici de propriis fecerunt expensis ad arcendum flumen, et ecclesiam sancti Fridiani via publica non fiat nec â potestate aliqua seu consulibus sive a comuni Lucane civitatis nec ab aliqua persona magna vel parva, nisi de voluntate et assensu prioris et capituli et facta exinde ecclesie ipsi digna compensatione tam de expensis predictis quam de ipso orto. Demum confirmamus[c] sepefate ecclesie et canonicis deo ibi famulantibus et in specialem magnitudinis nostre accipimus defensionem, quecumque bona habent in archiepiscopatu Pisano et in episcopatibus Placentino, Senensi et Vulterrano, statuentes et districte precipientes, ut nullus archiepiscopus, nullus episcopus, nullus dux, nullus marchio, nullus comes neque capitaneus, nulla civitas, nullum commune, nullave potestas, nulla denique persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, canonicos in ecclesia beati Fridiani vel in locis suis deo servientes inquietare vel molestare audeat aut de prefatis rebus disvestire aut invasionem facere presumat sive, quid inde ad utilitatem ecclesie facere voluerint, impedire, salva in omnibus et illesa[d] inperialis dignitatis auctoritate. Si quis autem huius precepti nostri paginam violare aut infringere presumpserit, centum libras auri puri pro pena componat, quarum medietas camere nostre, reliqua vero passis iniuriam persolvatur. Ad hec sancimus, ut civiles consuetudines, que ius predicte ecclesie contra sacras et venerandas leges Romanorum inperatorum et regum quoquomodo inpedire videntur, irrite habentur et vacue, firmiter quoque precipientes, ut propter libertates et concessiones ecclesie sancti Fridiani indultas iusticia facienda pro tempore nunciis ecclesie non denegetur coram treguanis seu consulibus et aliis, qui pro tempore habuerint regimen civitatis. Huius rei testes sunt: Vuolfgerus patriarcha Aquilegensis, Vbaldus Rauennas archiepiscopus, Engilchardus Nvvenburgensis episcopus, Ildibrandinus Vulterranus episcopus, Azzo marchio Estensis, comes Ildibrandinus, comes Hartmannus de Vuirtinberc, Heinricus marscalcus de Callindin, Gunzilinus dapifer, Vualtherus pincerna, Heinrigus camerarius de Ravinspurc et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum inperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Corradus Spirensis episcopus inperialis aule cancellarius vice domini Tiderici Coloniensis archiepiscopi et tocius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo C°C°VIIII°, indictione XIII[a], regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XII°, imperii vero primo.

---

[b] comfirmamus *B*
[c] comfirmamus *B*
[d] inllesa *B*

Datum[e] apud Sanctum Miniatem per manum Waltheri imperialis aule prothonotarii, IIII nonas[f] novembris.

[e] Datur *B*
[f] nonus *B*.

## BFW 320.

*Otto nimmt Graf Albert (V.) von P r a t o in seinen Schutz und bestätigt ihm die genannten Besitzungen mit allem Zubehör vorbehaltlich der zwischen diesem und dessen Mutter Tabernaria getroffenen und beurkundeten Vereinbarung sowie der Reichsrechte in (Castel di) Casio, Ugnano und Savignano (Lungoreno).*

*San Miniato, 1209 November 4*

*Notarielle Abschrift aus der 2. Hälfte des 13. Jh. im Archivio provinciale zu Trient, Famiglia baroni a Prato di Segonzano, Pergamene Nr. 1 (B).*

*(Savioli), Annali Bolognesi 2/2, S. 301 Nr. 386.*

*Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 56 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 146. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 206. – BFW 320.*

*Der Text basiert auf einer Vorurkunde Kaiser Friedrichs I. vom 10. August 1164 (DF. I. 456).*

(C.) # In nomine sancte[a] et individue trinitatis. Octo quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Imperialis eminentie celsitudo preclara suorum fidelium servitia pre oculis sue maiestatis semper habere consuevit, nobiles quoque viros et eos, qui pro dilatando imperialis corone solio tempore pacis et werre fideliter et strenue plurimos labores et maximas expensas tollerarunt[b], congruis honoribus et amplioris gratie beneficiis decorare. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos attendentes devota servitia, que fidelis noster Albertus comes filius quondam comitis Alberti de Prato maiestati nostre exibuit et imposterum creditur exhibiturus, ipsum et omnia bona sua, que nunc habet vel in futurum dante domino iuste poterit obtinere, in specialem serenitatis nostre protectionem recepimus concedentes ei et imperiali auctoritate confirmantes Vgnanum cum pertinentiis suis, Mangone cum Corthanello et Milliare, Cirignano et Sancto Martino atque Montecarello, que olim fuerunt de curte Mangonis, Bruscolum, Terram Uallesem, roccam Gonfienti, Monticellum, Montem Acutum de Rigathia, Cerbariam, Montem Acutum de Valle Bisenzii, Vernium, Bargi, Pidierla, ius et usantias, quas consuevit pater eius habere in Casi et Sauignano, roccam de Vico cum Vercione, que olim fuit de curte sua cum aliis suis pertinentiis, Camugnanum, Bargatha, Limognum, Contraserra, que fuit olim de curte sua, Castillionem de Gatta, Cretam de montanis, que non multum distat a Gonfienti, Mugone, Pillianum cum Sparago, Montem Dauignum, Fossatum, Torri, Castreola, que fuit de curte de Casi, Brucianellum, Giratulam atque Cingionem. Hec omnia cum omnibus aliis, que idem comes Albertus tenet vel * alius seu alii nomine suo tenent vel possident, cum curtibus et omni iurisdictione nobis vel imperio in suprascriptis locis pertinenti, disctrictis et pertinentiis suis in alpibus, vallibus, montibus, planitiis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, insulis, fluminum[c] ripis[d], pedagiis, tholoneis, mercatis et mercatorum curatitiis[e], pascuis, paludibus, salectis, silvis cultis et incultis, divisis et indivisis, usariis, bonis consuetudinibus, quas domus sua solita est habere tam in civitatibus quam extra, in castellis, villis,

---

[a] sante *B*
[b] *so B und VU statt* tolerarunt
[c] *erstes* u *durch Loch in der Faltung zerstört*
[d] p *durch Loch im Pergament zerstört*
[e] *infolge Faltung stark abgerieben,* ura *durch Loch fast zur Gänze zerstört*

districtibus, * aquarum portibus et navigiis * ei suisque legittimis heredibus * concedimus. Et ut hec omnia predicta libere habeat et absolute possideat, ab omnium hominum petitione, molestatione, causatione et omni imperpetuum remota contradictione imperiali auctoritate sancimus salva conventione inter ipsum comitem Albertum facta et matrem suam comitissam Tabernariam, sicut continetur in publico instrumento inde facto per manum Archipresbiteri iudicis salvoque iure imperii in Casi, Vgnano et Sauignano statuentes et districte precipientes, ut predictum comitem suosque heredes in hac nostra donatione nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla civitas, nulla potestas, rectores vel consules, nullum comune nullaque persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, molestare, inquietare vel disvestire presumat[f]. Quod si quis attemptaverit, in ultionem temeritatis sue mille libras auri pro pena componat, medietatem camere nostre et reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo comuniri. Huius rei testes sunt: Wulferius Aquiliensis patriarcha, Vbaldus Rauennensis archiepiscopus, Ildrebandus[g] Vulterranus episcopus, Gualteroctus Lunensis episcopus, Cursendinus[h] Imolensis episcopus, Atho marchio de Hesti, comes Ildrebandinus[i], comes Maginardus de Feriolo, Henrigus de Calendino imperialis aule mariscalcus[j], Gotolinus siniscalcus, Gualterius pincerna, Henrigus camerarius, Petrus prefectus et alii plures.

# Signum domini Octonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theodorici Coloniensis ecclesie archiepiscopi[k] et totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nono, indictione tertiadecima, regnante domino [Octone][l] quarto gloriosissimo Romanorum imperatore, anno imperii eius primo. Dat. apud Sanctum[m] Miniatem pridie nonas novembris[n].

---

[f] presumat *mit Kürzungsstrich über* u
[g] *so B*
[h] *so B statt* Mainardinus
[i] *so B*
[j] *an* i *über der Zeile wohl überflüssige* er-*Kürzung oder hochgestelltes* s
[k] p *der Kürzung* epi *für* episcopi *durch Riss in der Faltung zerstört*
[l] *durch Loch in der Faltung zerstört B*
[m] Santum *B*
[n] *Siegel Ottos IV. laut B.*

## BFW 321.

*Otto nimmt den Eremus und den gesamten Konvent von Camaldoli in seinen Schutz, bestätigt ihm die von Kaiser Heinrich VI. und Papst Innocenz III. übertragenen Klöster, Besitzungen und Rechte, befreit ihn darüber hinaus von allen unrechtmäßigen Abgaben und Leistungen und gewährt ihm eine Verjährungsfrist von 80 Jahren.*

*Fucecchio, 1209 November 6*

*Original, 679 (–690) x 580 mm, im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Lunghe, Camaldoli, S. Salvatore (Eremo), 1209 novembre 6 (A).*

*Mittarelli – Costadoni, Annales Camaldulenses 4, App. Sp. 283 Nr. 180 aus Abschrift des 14. Jh. im Archivio di Stato zu Pisa = Cod. dipl. Sardiniae 1, S. 316 Nr. 18 (Teildruck.).*

*(Fortunius), Historiarum Camaldulensium libri tres S. 180 (Erwähnung zu April 6). – Ammirato, Vescovi S. 107. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 43 Nr. 57 mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls. – Paoli in: Archivio storico Italiano ser. 4, 12, S. 430 mit Textauszügen. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1433. – Lasinio, Regesto di Camaldoli 3, S. 43 Nr. 1466 mit Textauszügen. – BFW 321.*

*Für die Aufzählung der dem Orden angehörigen Klöster, Kirchen und Besitzungen wurden eine Urkunde Papst Innocenz´ III. von 1198 V 5 (Potthast 137; ed. Mittarelli a.a.O. Sp. 212 Nr. 133; VU III) sowie eine Urkunde Heinrichs VI. von 1186 X 6 (Böhmer – Baaken 20; VU II), benützt. Einzelne kürzere Passagen beruhen auf einem weiteren Diplom Heinrichs VI. von 1187 I 28 (Böhmer – Baaken 33; VU I). Zudem sind im Text noch vier heute verlorene Urkunden desselben Herrschers genannt, deren Bestimmungen bestätigt werden: Böhmer – Baaken 34 von 1187 I 28: VU IV, Böhmer – Baaken 48 von 1187 V 5: VU V, Böhmer – Baaken 87 von 1189 VII 15: VU VI und Böhmer – Baaken 367 von 1194 VII 21:VU VII. Ihre dispositiven Teile sind auszugsweise aus handschriftlichen Regesten bekannt; die damit wortwörtlich übereinstimmenden Passagen wurden daher ebenfalls durch Unterstreichung gekennzeichnet.*

(C.) # In nomine sanctę et individue trinitatis. Otto quartus divina[a] favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Cum omnibus ecclesiasticis personis et viris religiosis imperialem favorem clementer impendere teneamur, eorum precipue utilitatibus intendere omnino debemus, quorum nos orationibus conmendamus humiliter et devote et quos fervens religio et honesta conversatio serenitati nostre speciali dilectione conmendatos reddunt plurimum et acceptos. /**I**/ Attendentes igitur religionem et devotionem Camaldulensis ordinis /**II**/ omnium tam futurorum quam presentium Christi imperiique nostri fidelium scire volumus industriam, qualiter nos /**I, II**/ pro remedio anime nostre et omnium parentum nostrorum et quia nos eorum orationibus devote hac humiliter conmendavimus, sanctam /**II**/ Camaldulemsem[b] heremum cum toto suo conventu et cum universis suis locis et possessionibus et rebus atque pertinentiis, quas nunc habent vel in posterum concedente[c] domino iuste poterunt adipisci, in specialem nostre maiestatis protectionem recepimus dignum et congruum decernentes predicti conventus monasteriorum et quorundam locorum heremi prefate nomina singulariter inferius annotare: **/III/** in episcopatu Aretino monasterium Fontisboni[d] cum hospitali et omnibus suis bonis, in ipsa civitate monasterium sancti Petri in Picculo, * ecclesiam sancti Michaelis cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Laurentini prope civitatem Aretinam et omnia, que ab episcopis Aretine civitatis heremo predicte concessa

[a] *zweiter Schaft des* n *durch Faltung zerstört*
[b] *so A*
[c] *erstes* e *durch Fleck verblasst*
[d] *i auf Rasur von* s

esse noscuntur et ipsorum scripti assertione firmata, ecclesiam[e] sancti Martini, que est iusta Letarchie, * monasterium Silue Munde, monasterium de Pratalia, monasterium sancte Marie de Agnano, monasterium sancti Petri de Rota, monasterium sancti Saluatoris Berardingorum cum omnibus eorum pertinentiis, monasterium sancti Savini in Chio, monasterium sancti Andree de Castellione, monasterium sancti Quirici de Rosis, ecclesiam sancti Niccolay de curte Luponis, heremum de Fleri cum monasterio suo, monasterium sancti Viriani cum omnibus pertinentiis eorum, monasterium sancti Bartholomei in Anglari cum toto castro Anglari et cum ecclesiis et alivillis, castellis et omnibus pertinentiis suis, plebem sancte Marie de Micciano * cum ecclesiis et pertinentiis suis, ecclesiam sancti Iohannis, que est in Anglari, ecclesiam de Monte Aureo, que modo sita est in Castellione, et castrum de Castellione, quod olim fuit in Monte Aureo, cum omnibus suis pertinentiis et ipsum Montem Aurevm, ecclesiam de Uirio, castrum /**II/** de Trecciano cum ecclesia et suis pertinentiis et ius, quod habet in castro de Capresa et in toto eiusdem castri districtu, et omnia, que quondam fuerunt Bernardini olim filii Sidonie, et omnia, que Quintauallis et Astuldus dederunt sive concesserunt per instrumenta vel alio modo prefate heremo, /**III**/ ecclesiam sancte Marie *, que est sita in Montione, ecclesiam de Moiona et totum castrum cum suis omnibus pertinentiis, ecclesiam de castello Laurenthano et loca sive iura, que sancta heremus habet in castro predicto, ecclesiam sancti Vitalis prope ipsum castrum cum omnibus suis pertinentiis, ecclesiam de Agna cum curia et hominibus[f], quos[f] habet in predicto loco, et cum omnibus pertinentiis tam ecclesie quam eiusdem curie, ecclesiam de Soci cum toto castro et eiusdem castri curie et cum omnibus suis pertinentiis, ecclesiam de Condolese cum omnibus suis pertinentiis et homines, quos habet predicta heremus in villa de Lonnano et in villa de Tegiano et in toto Casentino atque Muscello, et partem sive ius, quod habet prefata sancta heremus /**II**/ in * Partina et in toto eiusdem districtu, et homines, quos habet in castro Serraualle, et quicquid iuris habet in ipso castro et eius curia, et vendictionem factam /**II, III**/ ab Henrico preposito Aretine /**II**/ canonice sancti Donati et eius canonicis, sicut in privilegio domini pape Innocentii III et domini Henrici VI continetur, et omnes curtes, quas habet predicta heremus in episcopatu Aretino et Castellano vel Fesulano atque Florentino et quibuscumque aliis locis; /**II, III**/ in episcopatu Castellano /**III**/ monasterium sancte Marie de Diciano, /**II, III**/ monasterium sancti Sepulchri cum /**II**/ omnibus ad ipsum pertinentibus, /**III**/ ecclesiam de Planectolo cum castello et omnibus suis pertinentiis, plebem sancte Marie de Suara, ecclesiam de Ualialla cum parte et toto iure, quod habet in ipso castro et eius curia; in episcopatu Fesulano monasterium sancte Marie de Puplena et ecclesiam sancti Michaelis iuxta ipsum cum omnibus eorum pertinentiis, monasterium sancti Iohannis de Pratoueteri, ecclesiam sancti Bartholomei de Astapetronii, ecclesiam sancti Egidii de Gauiserra, ecclesiam sancti Nicholai de Monte Menzano, ecclesiam sancti Miniatis de Lonnano cum curte et eius pertinentiis, monasterium Montis Muri, ecclesiam sive canonicam sancte Margarite de Tosina et ius patronatus eiusdem ecclesie, quod fuit concessum heremo predicte a Ranerio quondam Guidalocti, et in plebe Pomino et plebe de Glagceto et in aliis ecclesiis, sicut in publicis instrumentis continetur, et quicquid dictus Rainerius heremo prefate concessit; in episcopatu Florentino monasterium sancti Saluatoris[g] de

---

[e] *erstes* c *aus* l *verb.*
[f–f] hominibus – quo *auf Rasur*
[g] *erstes* s *durch Loch in der Faltung beschädigt*

Camaldulo iuxta civitatem Florentinam, monasterium sancti Petri de Luco, heremum Buldronis cum omnibus eorum pertinentiis; in episcopatu Lucano monasterium sancte Iocunde cum omnibus suis pertinentiis, monasterium sancti Petri in Putheolis[h] cum cappella burgi Porcarie, monasterium sancti Saluatoris de Cantiniano cum illo statuto et omni libertate, quam dominus Henricus VI imperator dicto monasterio concessit et in eius privilegio continetur, hospytale iuxta burgum Sancti Genesii cum omnibus suis pertinentiis; in episcopatu Vulterano monasterium sancti Iusti prope civitatem Uulteranam, monasterium Petri[i] de Cerreto, monasterium sancte Marie in Policiano, monasterium sancti Petri in Fontiano; in episcopatu Pisano monasterium sancti Stephani in Cintoria, monasterium sancte Marie de Morrona, /**II, III**/ monasterium sancti Sauini in Montione /**II**/cum omnibus eorum pertinentiis et possessionibus; /**II, III**/ in ipsa civitate Pisana /**III**/ monasterium sancti Michaelis, monasterium sancti Fridiani[j], /**II, III**/ monasterium sancti Zenonis, hospitale sancti Fridiani /**III**/ cum omnibus eorum pertinentiis; in episcopatu Clusino monasterium sancti Petri in Uiuo Montis Amiati; in Marchia in Exinensi episcopatu monasterium Heremite, ecclesiam sancti Georgii; in episcopatu Auximano monasterium sancte Marie in Serra; in episcopatu Anconitano ecclesiam sancte Lucie; in episcopatu Camarinensi monasterium sancte Helene Esine cum omnibus suis pertinentiis, et similiter in Marchia heremum Aqueperellis et ecclesiam de Quadrigara cum eorum pertinentiis; in episcopatu Pensariense monasterium sancti Dicentii et heremum Sagioli; in episcopatu Ariminensi heremum de Montali[k]; in episcopatu Cesenati hospitale de Rouoreto; in episcopatu Rauennati /**II, III**/monasterium sancti Appolenaris in Classe cum omnibus suis /**III**/ pertinentiis; in episcopatu Montisferetrani monasterium sancte Trinitatis Montis Erculis; in episcopatu Foripopuliensis[l] hospitale Aimerici in Caua de[m] Colle, monasterium sancti Paterniani[n] de Ferrazano, monasterium sancte Marie de Urano iuxta Brettinorum, in Galiata monasterium sancte Marie de Insula, heremum de Faiolo, monasterium sancte Marie in Triuio; in episcopatu Forliuiensi ecclesiam sancte Marie iuxta ipsam civitatem; in episcopatu Fauentino monasterium sancti Ypoliti iuxta civitatem; in episcopatu Imolensi monasterium sancti Eustasii; in episcopatu Boneniensi[o] /**II, III** monasterium sancti Archangeli iuxta /**III** castellum /**II, III** Bretti, /**III** monasterium sancte Christine, in ipsa civitate monasterium sancti Damiani, heremum Camaldulensem iuxta ipsam civitatem, hospitale sancte Marie de Rauone; in episcopatu Triuisiano monasterium sancte Christine; in episcopatu Veronensi monasterium sancte Marie de Camaldulo; in episcopatu Vincentino monasterium sancti Viti; in episcopatu Senensi monasterium sancti Georgii de Api, monasterium sancti Vigilii infra civitatem Senensem; in insula Sardinie monasterium sancte Trinitatis[p] Sacraria, ecclesiam sancte Eugenie de Samanar, ecclesiam sancti Michaelis et sancti Laurentii in Uanari, ecclesiam sancte Marie et sancti Iohannis in Altasar, ecclesiam sancte Marie in Contra,

[h] *Oberlänge des* l *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[i] *davor fehlt* sancti
[j] *danach* s *durch Punkte getilgt*
[k] o *infolge Faltung stark abgerieben*
[l] *so A*
[m] d *mit Kürzungszeichen auf Rasur eines schrägen Anstrichs vielleicht für* v
[n] nia *infolge Faltung abgerieben*
[o] *zweites* n *durch kleinen Tintenfleck beschädigt*
[p] *folgt* de *VU III und NU*

ecclesiam sancti Iohannis et sancti Simeonis in Saluenaro, ecclesiam sancti Nicholai de Trulla, ecclesiam sancti Petri in Scano, ecclesiam sancti Pauli in Cotrognano, ecclesiam sancti Petri in Olim et monasterium de Orrea; in episcopatu Spoletitio[q] monasterium sancti Siluestri de Monte Suaui cum omnibus pertinentiis suis; in episcopatu Perusino possessionem, quam dedit Rainerius quondam Bertrami, civis Perusinus, heremo prefate. Hec igitur omnia cum omnibus ad ipsa monasteria, loca vel ecclesias pertinentibus et ea, que in antea iuste Camaldulensis heremus poterit adipisci, sibi auctoritae imperiali perpetuis temporibus confirmamus confirmantes etiam singulis monasteriis, ecclesiis et locis Camaldulensis conventus, quicquid iuste ac rationabiliter possident vel in antea dante domino sibi poterunt optinere. Eximimus quoque predictam heremum et eius monasteria et loca sui conventus ab omni gravamine iniusto precipientes districte civitatum, castrorum, villarum, burgorum et aliorum locorum ducibus, marchionibus, comitibus, potestatibus, consulibus, rectoribus, officialibus et aliis ecclesiasticis secularibusque personis, quod predictam heremum et eius conventus ad dationem aliquam vel collectam seu libram vel ad aliquam aliam exactionem illicitam, quocumque nomine nominetur, affossata[r] facienda, ad muros hedificandos vel ad alia illicita munera aliquatenus cogere non presumant, set predicta heremus et omnia loca sui conventus a predictis gravaminibus imperiali auctoritate liberata in dei servitio liberius valeant inmorari. Inhibemus etiam patronis predictorum monasteriorum, ecclesiarum et locorum, quod sub pretestu iuris patronatus et perversarum consuetudinum, quas sibi contra sacros canones et sacras leges usurpare consueverunt, dicta monasteria, ecclesias et loca singula molestare vel eis violentiam in personis vel in rebus mobilibus[s] seu immobilibus vel alio iure nequaqum inferre presumant. Prohibemus etiam, quod fratres et nuntii predictorum locorum euntes et redeuntes pro personis et animalibus et omnibus rebus eorum ab aliquo vel ab aliquibus pedagia vel passagia solvere non cogantur, set stando, eundo et redeundo auctoritate dei et nostra perpetua et firma securitate fruantur. Pro remedio autem anime nostre et omnium parentum nostrorum ad imitationem antecessoris nostri Henrigi Romanorum inperatoris divi augusti, sicut in ipsius privilegiis continetur, donamus ecclesie predicte sancti Saluatoris /**I**/ Camaldulensis heremi foderum de curte Socii et /**IV**/ de Moiona /**I**/ et de hominibus in eisdem locis manentibus sive curiis eorundem locorum cum angariis, perangariis, halbergariis, quas nuntii nostri ibidem accipere consueverunt, /**IV**/ volentes, ut predicti homines, quia ipsi heremo vicini dicuntur, in lignis aliisque commodis familiaribus[t] eo expeditius valeant eis[u] providere. De aliis vero locis ipsius heremi et monasteriorum sui ordinis et hominibus iuxta concessionem ipsius domini Henrici imperatoris inde factam, sicut in alio ipsius privilegio continetur, fratres /**II**/ Camaldulensis ordinis fodrum nostrum imperialem competenter colligant et, cui tunc * dandum fuerit, persolvant, nisi forte nobis * placuerit illud eisdem dei servis donare. Concedimus preterea et statuimus, ut nulla ecclesiastica seu secularis[v] persona aliquam possessionem Camaldulensi heremo seu

---

[q] *so A*
[r] *so A statt* ad fossata
[s] *aus* mobibus *verb. A*
[t] b *mit* us-*Haken von anderer Hand nachträglich eingefügt*
[u] s *infolge Faltung stark abgerieben*
[v] e *durch Loch in der Faltung zerstört*

alicui domui sui[w] conventus conpetentem vel aliquo iure pertinentem sine Camaldulensis prioris licentia et uniuscuiusque domus conventus, prelati et fratrum consensu vendere vel alienare, donare vel permutare presumant nec aliquis eam accipere audeat. Et quod aliqua statuta vel consuetudines civitatum vel ullius communitatis aut persone predicte heremo et sui conventus monasteriis et domibus et personis aliquatenus contra debitum non obsistant, concedimus etiam heremi nominate ecclesie suique conventus monasteriis et domibus, quod nulla alia prescriptio quam octogenaria eis ab aliquo possit opponi vel aliquod preiudicium facere non obstante lege „Quod quisque iuris“[1] vel alia lege. Indulgemus quoque[x], quod homines Camaldulensis heremi et monasteriorum et locorum sui conventus iniuste ab aliquo non inquietentur. Pascua vero heremi iamdicte et Fontisboni monasterii animalibus et ligna dicte heremo seu monasterio necessaria in alpibus absque aliorum gravi iactura vel dapno[y] concedimus et ex nostra benignitate largimur /**V**/ concedentes predicte heremo Camaldulensi ad instar domini Henrici VI imperatoris, ut castris hac villis suis, sicut hactenus priores Camaldulenses et eorum officiales consueverunt, castaldiones seu vicecomites, quoscumque voluerint, preficiant eosque, quotiens ipsis placuerit, nostra auctoritate removeant[z] et alios, qui ipsis idonei videantur, pro voluntate sua substituant[aa]. Molendina quoque ipsius heremi ab omnibus exactionibus libera reddimus et penitus exempta et /**II**/ licitum sit eis atque possibile fratribus predicte heremi facere novum aqueductum per conpetentia loca, undecumque illis melius atque oportunius visum fuerit, in fluvio Arno et in fluvio de Larclano[bb] et[cc] in fluvio de Sarra, specialiter in villa de Uiaio et Sancte Crucis et in villa de Montione et que habent in curte de Lorenthano constituta in fluvio Arno et quod habent in castello de Biblena similiter in fluvio Arno et que habent in fluvio de Larclano, nulla prorsus contradicente seu resistente persona. Imperiali vero auctoritate prohibemus, /**VI**/ ut nullus infra unum miliare a superiori ecclesia ipsorum, que in heremo sita est, aut inferiori monasterio Fontisboni eius specialiter obsequio pertinenti iuxta concessionem domini Henrici imperatoris inde factam ipsis munitionem aut villam vel habitationem cuiuscumque quantitatis audeat hedificare de novo. /**VII**/ Ad hec autem nuntiis nostris per Ytaliam constitutis, qui modo sunt et qui pro tempore erunt, firmiter precipiendo mandamus, quatinus prenominatam heremum et conventum sibi commissum et omnia sibi pertinentia non audeant molestare, set intuitu divine pietatis a malefactoribus tueantur et, cum fuerit eis aliqua ex parte predictorum querimonia proposita, sine gravamine[dd] faciant sibi iustitiam exiberi. /**I**/ Ut autem cuncta predicta inrefragabiliter ab omni persona penitus observentur, * nostre maiestatis sigillo presens privilegium iussimus communiri. Unde si quis contra hec fuerit ausus venire iamdicta, centum libras puri auri pro pena componat, medietatem quarum camere[ee] nostre, reliquam vero iniuriam passis. Huius[ff] rei

---

[w] ui *und* con-*Kürzung durch Abreibung und Loch in der Faltung teilweise zerstört*
[x] o *aus* e *verb.*
[y] *so A*
[z] *mit überflüssigem Kürzungsstrich über* nt
[aa] uant *auf Rasur*
[bb] c *und* l *auf Rasur*
[cc] *auf Rasur nachträglich eingefügt*
[dd] *dritter Schaft des* m *und* i *auf Rasur*
[ee] c *auf Rasur,* ame *durch Fleck verblasst*
[ff] *ab hier bis zum Ende von anderer Hand mit dünnerer Feder*

testes sunt: W%olfkerus patriarcha Aquilegensis, Vbaldus Rauennas archiepiscopus, Lottharius Pisanus archiepiscopus, Ildebrandus Wlteranus episcopus, Engelhardus Cicensis[gg] episcopus, Petrus Vrbis prefectus et Theobaldus frater eius, Azzo marchio Estensis, Ildebrandinus palatinus comes, Hartmannus comes de Kirchberc, Ezzelinus de T(er)uisio, Henricus marscalcus de Callendin, Henricus de Rauenesberc camerarius, Gunzelinus dapifer et alii quam plures.

# Sinum[hh] domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theoderici Coloniensis archiepiscopi et totius Italie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC°VIIII, indictione XIII, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno imperii eius primo. Data apud Ficiclium[ii] octavo idus novenbris[jj] per manum Gualterii protonotarii.

---

[gg] *überflüssiger Kürzungsstrich über* n
[hh] *so A; Signumzeile und Monogramm mit dunklerer Tinte und anderer Feder*
[ii] *danach freier Raum von etwa 6 Buchstaben*
[jj] *so A.*

[1] *Decr. Grat. pars 2, 33, 3, dist. 1, 17.*

# BFW 311.

*Otto bestätigt dem Kloster V a l l o m b r o s a alle aufgezählten Besitzungen und die zu dessen Kongregation gehörenden Klöster, gewährt ihnen Freiheit von allen Abgaben und Zöllen sowie eine Verjährungsfrist von 80 Jahren, und nimmt das Kloster mit dessen rechtmäßigem Besitz in seinen Schutz.*

*(nach 1209 November 6)*

*Unvollständige Abschrift aus der 1. Hälfte des 13. Jh. im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, Vallombrosa, S. Maria d'Acquabella (badia vallombrosana), 1209 (B).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 41 Nr. 47 aus B.*

*BFW 311.*

*Der zweite Teil des Textes stimmt über weite Strecken wortwörtlich mit entsprechenden Passagen des BFW 321 für Camaldoli überein, die durch Petitdruck gekennzeichnet wurden.*

(C.) In [nomine] sancte et individue trinitatis. Octo quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. [Inter varia …][a] potissimum ad salutem animarum proficere speramus, si ecclesiis dei et ecclesiasticis personis defensionis nostre sollertiam in conservatione […] dum provideremus eorum prosperitati, magis deo placitis orat[i]onum suarum suffragiis mereamur et [eterna] beatitudine iuvari. Eapropter cognoscat tam pre[sens etas] imperii fidelium quam successura posterit[as], quod quidem nos pie considerantes religionem et monasticam conversationem dilecti nostri B(enigni)[b] venerabilis abbatis monasterii sancte Ma[rie] Vallisumbrose, quod in diocesi Fesulan[a] situm est, divaque sequentes vestigia predecessoris nostri pie recordationis Henrici regis Frederici filii[c] ipsum abbatem d[…] et omnes personas in e[o] divinis mancipatas et mancipandas obsequiis et omnia ipsorum bona mobilia et [immobilia, …] atque possess[iones, quas possident] vel iuste possidere debent et habere, aut in posterum prestante deo iuste poterunt obtinere, [nom]inatim locum, ubi situm monasterium est, cum omnibus [...] silvis, pascuis, alpibus et pratis, et castrum de Magnale cum tota curte sua et ecclesiis, silvis, pascuis, alpibus et pratis, et quicquid habent in Arisionchi et in Altomene, hospitale quoque de Fauentia positum in porta Ymolense, hospitale de Spongiolo diocesi Fauentina cum pertinentiis illorum, curtem […] de Compi, curtem de Guarlone, curtem de Saniorsole et de Pazolatico, curtem de sancta[d] Maria virgine[e] diocesi Florentina cum omnibus pertinentiis illarum, curtem de Ugnano, curtem de Cognano et de Pitiano, curtem de Cartinese diocesi Fesulana cum omnibus pertinentiis illarum, et quicquid habent in Monte Crucis et Assieci et Adcuona et ad Boumum et ad Ampenana in castello et curte ipsius et Aduertelli et in monte Mingnaio, et quicquid habent et possident et possidere [de]bent in omnibus locis, in castellis, villis, donicatis, cum cursibus aquarum, in montibus et in planis, et omnia monasteria eius congregationis, videlicet monasterium sancte Trinitatis positum in civitate Florentina, monasterium sancti Saluii, monasterium de Ripolis, monasterium de Musceto, monasterium de Razolo posita in diocesi Florentina;

---

[a] *zur Ergänzung vgl. DF. I. 887*
[b] B *durch Loch beschädigt*
[c] filius *B*
[d] *von selber Hand über der Zeile eingefügt*
[e] ugi *ohne Kürzungszeichen*

monasterium de Pasinniano, monasterium Montis Scalarii, monasterium de Cultu Buono, monasterium de Caprilia, monasterium de Talliafime in diocesi Fesulana; monasterium sancti Donati de Senis, monasterium sancti Iacobi, monasterium de Alfiano, monasterium sancte Mustiole de Turri, monasterium de Ardinga posita in Senensi diocesi; monasterium de Spineta in diocesi Clusina; monasterium de Remita in diocesi Spolitina; monasterium de Oselle, monasterium sancti Iacobi in diocesi Castellana; monasterium de Strumis in diocesi Aretina; monasterium sancte Marie de Serena, monasterium de Coneo posita in Uulterrana diocesi; monasterium sancti [Pau]li de Pisis in ripa[f] Arni[f], monasterium de Ficeclo, monasterium de Cappiano in diocesi Lucana; monasterium de Furculis, monasterium de Pacciana, monasterium Fontis Taonis, monasterium de Monte Plano, monasterium de Uaiano, monasterium sancte Marie de Prato et de Garignano posita in Pistoriensi diocesi; monasterium sancti Mercurialis de Forliuio, monasterium sancte Marie de Flumana posita in Lunensi diocesi; monasterium sancti Apolinaris, monasterium sancte Reparate, monasterium de Crispino posita in diocesi Fauentina; monasterium de Trecenti in diocesi Ymolense; monasterium Montis Armati, monasterium sancte Cecilie de Coruara, monasterium de Oppleta in diocesi Bononiensi; monasterium de Cauanna positum in diocesi Parmensi; monasterium sancti Benedicti et sancti Marci de Placentia, monasterium sancti Sepulcri de Papia, monasterium sancti Petri Herbe Amate, monasterium sancti Bartholomei Uallisumbrose positum in diocesi Nouariense; monasterium sancti Benedicti de Molecchio positum in diocesi Uercellensi; monasterium sancti Iacobi de Astura positum in diocesi Taurinensi; monasterium Uallisumbrose de Asti, monasterium sancte Marie et sancti Petri de Polingiera; monasterium sancti Bartholomei de Ianua, monasterium de Latronoro, monasterium sancti Pauli de Terdona, monasterium sancti Barnabe Grati Solii, monasterium sancti Carpofori de ripa Adde posita in diocesi Mediolanensi; monasterium sancti Sigismundi in diocesi Cremonensi; monasterium de Astino diocesi Pergamensi; monasterium sancti Geruasii in diocesi Brixiana; monasterium de Ligana in diocesi Ueronensi; monasterium sancte Trinitatis iuxta Veronensem civitatem cum omnibus pertinentiis supradictorum monasteriorum et quicquid habent et possident et possidere debent in omnibus locis, in ecclesiis, in castellis, villis, donicatis, cum cursibus aquarum, in montibus et in planis, hec igitur omnia cum omnibus rebus ad ipsam abbat[iam sanct]e Marie Vallisumbrose et eius monasteria, loca vel ecclesias pertinentibus et ea, que in [an]tea iuste * poterit adipisci, sibi auctoritate imperiali perpetuis temporibus con[f]irmamus confirmantes etiam singulis monasteriis, ecclesiis, hospitalibus, curtibus [et] locis Uallimbrosane congregationis quicquid iuste ac rationabiliter possident vel in antea dante domino sibi poterunt obtinere. Eximimus quoque predictam abbatiam Uallumbros[e] et eius monasteria sive ecclesias et omnia sua[g] loca et[h] sue congregationis ab omni gravamine[i] * precipientes districte civitatum, castrorum, burgorum, villarum et aliorum loco[rum] ducibus, marchionibus, comitibus, proceribus, potestatibus, consulibus, rectoribus[j], officialibus et aliis ecclesiasticis secularibusque personis,

[f–f] ripa Sarni *B*
[g] *von selber Hand über der Zeile eingefügt*
[h] *von selber Hand über der Zeile eingefügt*
[i] am *durch Loch beschädigt*
[j] recctoribus *B,* recc *durch Fleck beschädigt*

quod predictam abbatiam Uallisumbrose et monasteria eius congregationis et omnia eius loca ad dationem aliquam vel collectam seu libram vel ad aliquam aliam exactionem illicitam, quocumque nomine nominetur, ad fossata[k] facienda, ad muros hedificandos vel ad alia illicita munera aliquatenus cogere non presumant, sed predicta abbatia et omnia loca sibi pertinentia a predictis gravaminibus imperiali auctoritate liberata in dei servitio liberius valeant immorari. Inhibemus etiam omnibus personis, ut predictam abbatiam eiusque monasteria, ecclesias et loca singula molestare vel eis violentiam in personis, * in rebus mobilibus seu immobilibus vel alio iure nequaquam inferre presumant. Prohibemus etiam, quod fratres et n[untii pre]dictorum[l] locorum euntes et redeuntes pro personis et animalibus et omnibus rebus eorum ab aliquo vel ab aliquibus pedagia vel passagia solvere non cogantur, sed stando, eundo et r[ede]undo auctoritate dei et nostra perpetua et firma securitate fruantur. * Concedimus preterea et statuimus, ut nulla ecclesiastica seu secularis persona aliquam possessionem Vallisu[mbrose] abbatie seu alicui domui sue congregationis competentem vel aliquo iure pertinentem sine Uallinbrosani abbatis licentia * et fratrum eius consensu vendere, * alienare, donare [vel] permutare presumat nec aliquis eam presumat accipere. Et quod aliqua statuta vel consuetudines civitatum vel ullius comunitatis aut persone predicte abbatie et suis [monasteri]is vel ecclesiis et domibus et personis aliquatenus contra debitum non obsistant, concedimus etiam nominate Uallinbrosane ecclesie suisque monasteriis sive ecclesiis et domibus, [quod nul]la alia prescriptio quam octogenaria eis ab aliquo possit opponi vel aliquod preiudicium facere non obstante lege “Quod quisque iuris” vel alia lege. Indulgemus quoque, [quod] homines Uallinbrosane abbatie et monasteriorum et ecclesiarum et locorum sue congregationis iniuste ab aliquo vel aliquibus non inquietentur. * Molendina quoque et gualkeras et omne edificium aquarum ipsius abbatie et eius conventus ab omnibus exactionibus libera reddimus et penitus exempta. Et licitum sit eis atque possibile fratribus predicte abbatie et eius conventus facere novum aqueductum per competentia loca, undecumque illis melius atque oportunius visum fuerit, in fluviis[m] et rivis, nulla prorsus contradicente seu resistente persona. Ad hec autem nuntiis nostris per Italiam constitutis, qui modo sunt et * pro tempore erunt, firmiter precipiendo mandamus, quatenus prenominatam abbatiam [et eius] congregationem sibi commissam et omnia sibi pertinentia non audeant molestare, set intuitu divine pietatis et nostri precepti a malefactoribus omnibus tueantur et cum [fueri]t eis aliqua ex parte predictorum querimonia proposita, sine gravamine faciant sibi iusticiam exhiberi. Nos vero, sicut predictum monasterium ea nunc iuste tenet et pos[sidet], sub de[fens]ione protectionis nostre suscepimus et prenominato abbati fratribusque suis atque eorum sussessoribus imperiali auctoritate confirmamus. Quod ut clarius [credatur] et a maiori reverentia autenticum robur optineat, presentem inde paginam conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri statuentes et imperiali auctoritate sancientes, ut nullus pontifex, nullus dux neque marchio neque comes neque vicecomes, non scultatius [neque] gastaldio, nulla civitas, nullus consulatus, nullum comune nullave potestas, nulla denique persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, datam vel exactionem aut tributum audeat aliqua occasione ab

[k] affossata *VU*
[l] *Ergänzung nach VU*
[m] fluiis *B*

eis extorquere neque a monasteriis sue congregationis, ecclesiis vel curtibus eorum nec angariam sive paran[g]ariam vel onus cuiusque publice functionis presumat imponere. Quod qui fecerit[n]

[n] *hier bricht der Text ab.*

## BFW 322.

*Otto bestätigt Bischof Sofredinus und der Kirche von P i s t o i a die von Friedrich I. und Heinrich VI. gewährten Privilegien, bestätigt ihnen darüber hinaus die auf ihren Besitzungen erbauten Burgen und nimmt diese und ihre Bewohner in seinen Schutz.*

*Fucecchio, 1209 November 8*

*Gleichzeitige notarielle Abschrift im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, Pistoia, Vescovado, 1209 novembre 6 (B).*

*Zacharia, Anecdotorum collectio S. 239 Nr. 21 Anm. 1–12 (unvollständig).*

*Rosati, Memorie S. 86 (Erwähnung). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 58 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 159 Nr. 27 (zu November 9, mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – BFW 322.*

*Als Vorurkunde diente die Urkunde Heinrichs VI. vom 28. Oktober 1196 (Böhmer – Baaken 565).*

# Octo quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. # Apud creatorem omnium tum ad presentis vite decursum prosperiorem, tum eterne salutis augmentum nobis certissime profuturum non ambigimus, si ecclesiis dei in suis necessitatibus pium auxilii nostri favorem impendimus ipsasque in suo iure et honore studemus conservare. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos dilectum fidelem nostrum Sofredinum venerabilem Pistoriensem episcopum eiusque successores episcopos et ecclesiam Pistoriensem cum omnibus bonis suis videlicet Montemagno et eius curte et villa de Buriano, castro Lamporeccho, villa de Vrbiniano et eius curte, castro de Celle cum valle de Celle et eius curte, sicut nostri antecessores Fridericus et Heinricus Romanorum imperatores divi augusti per privilegia sua antecessoribus suis Pistoriensibus episcopis confirmaverunt, et universis aliis rebus et possessionibus, que vel de nostra concessione vel per se vel per alios in presentiarum iuste habet vel in posterum dante domino poterit obtinere, in specialem maiestatis nostre recepimus protectionem antedicto episcopo suisque successoribus plenum ius dantes et potestatem, ut terras et homines ecclesie sue de predictis locis vel[a] possessionibus distringat, datas ab eis accipiat et plenam inter eos de causis suis faciat iustitiam salva in omnibus iustitia et dignitate imperiali. Castra quoque, quecumque in predictis iam possessionibus hedificata sunt vel adhuc hedificabuntur, dumtaxat imperio eiusque honori et utilitati in nullo obsistant, memorato episcopo suisque successoribus et ecclesie Pistoriensi confirmamus et cum hominibus ea inhabitantibus ipsam[b] in nostram accipimus defensionem. Statuimus igitur et presentibus consulibus et eis, qui pro tempore fuerint, in civitate Pistorii et generaliter universis nuntiis nostris et potestati Pistoriensi, quando fuerit, et consiliariis et toti populo sub[c] debito fidelitatis districte precipimus, quatenus huic nostro precepto se nullatenus opponant et predictum[d] episcopum[d] vel suos successores contra predicta omnia aliquatenus molestare presumat. Quod si quis facere attemptaverit, quinquaginta libras auri purissimi pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei perpetuam evidentiam hanc cartam exinde conscriptam maiestatis nostre

---

[a] l *mit Kürzungsstrich wohl auf Rasur*
[b] ipsa *(*ipa *mit Kürzungszeichen)*
[c] u *durch Loch in der Faltung zerstört*
[d–d] dictum episcopum *auf Rasur, davor* p *mit Kürzungsstrich eingefügt*

sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Wolfgerus patriarcha Aquilegensis, Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Azzo marchio Estensis, comes Hartmannus de Wirtinberc, comes Marquardus de Verngen, Ro%vdolfus de Kisilowe, Blickerus[e] de Steznahc, Henricus marscalcus de Kalindin, Gunzilinus dapifer, Waltherus pincerna de Schipfen, Henricus camerarius de Rauinspurc[f], Albertus Strucius, Passawerra, Monachus de Villa imperialis curie iudices et alii quam plures.

Datum apud Ficeclum anno domince incarnationis millesimo CC°VIIII, VI idus novembris, indictione XIII[a] [g].

---

[e] k *aus* h *verb.*
[f] R *aus* K *verb.*
[g] *das Original war laut B mit dem kaiserlichen Siegel Ottos versehen.*

# BFW 323.

*Otto nimmt das Hospital S. Michele zu Poggio Bonizio (Poggibonsi) in seinen Schutz, erlässt ihm alle kaiserlichen Dienste einschließlich des Fodrums und die dem Kaiser und der dortigen Burg zu leistenden Abgaben und bestätigt ihm alle Schenkungen.*

*Fucecchio, (1209) November 8*

*Original, 171 (–177) + 21 (–26) + 210 mm, im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, Firenze, S. Giovanni Battista detto di Bonifacio (ospedale), 1210 novembre 8 (A).*

*Rena – Camici, Serie 5d, S. 93 aus Abschrift.*

*BFW 323.*

# Otto quartus # dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Imperialis eminencie tytulos[a] digne extollimus decenterque adornamus, cum nos ei, per quem omnia possidemus, quedam ex hiis ad opus pauperum non denegamus adtendentes illud salomonicum ei debemus saltem aliqua conferre, per quem recognoscimus nos plurima possidere. Notum sit igitur universis presentis pagine inspectoribus, quod nos divine pietatis intuitu domum hospitalem sancti Michahelis apud Podium Bonizi cum universis[b] pertinenciis suis in specialem maiestatis nostre protectionem recepimus et fodrum[c] imperiale et omnia etiam[d] obsequia, que de possessionibus eiusdem domus nobis provenire deberent, et maxime recoltas sive quascumque alias[e] exactiones ad usum nostrum vel ad opus communis ipsius castri ipsi domui remisimus. Insuper quidquid etiam ad[f] opus pauperum Christi eidem domui sive in mobibilibus[g] sive in immobilibus a quoquam collatum fuerit, eidem hospitali perpetuo manendum concedimus atque confirmamus statuentes et firmiter precipientes, ut neque consules, qui modo sunt, neque nuncius noster, qui nunc est, nec etiam, qui pro tempore illic futuri sunt, hanc nostre concessionis seu confirmationis paginam[h] presumat[i] infringere vel aliquo ei temeritatis ausu obviare. Dat. apud Fiscekum VI idus novembris, indictione XIII[a].

(SP.D.)[j]

[a] u *wohl aus* o *verb*
[b] u *mit* er-*Kürzung und erstes* s *durch Faltung beschädigt*
[c] f *aus* o *verb.*
[d] et *infolge Faltung teilweise abgerieben*
[e] *zweites* a *durch kleinen Riss in der Faltung beschädigt*
[f] a *infolge Faltung teilweise abgerieben*
[g] *so A*
[h] *zweites* a *mit Kürzungsstrich infolge Faltung beschädigt*
[i] u *durch Fleck beschädigt*
[j] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BZ 37.

*Otto nimmt das neu errichtete Hospital Santa Maria e Santa Trinità in der C e r b a i a mit allen Gütern in seinen Schutz, befreit es von allen unrechtmäßigen Abgabenforderungen der Städte und Kommunen und gewährt ihm die uneingeschränkte Weidegerechtigkeit sowie den Bau einer Mühle.*

*Im Hospital (in der Cerbaia), 1209 November 11*

*Notarielle Abschrift des 15. Jh. im Archivio di Stato zu Lucca, Altopascio 1, fol. 229v (D).*

*Schneider in: QFIAB 22, S. 71 Nr. 5 aus D (zu November 14). – Nelli in: Actum Luce 24, N. 1–2, S. 93 Anm. 12 aus D.*

*Walter, Reichskanzlei S. 197 Nr. 6. – BZ 37 (zu November 14).*

Otto quartus dei[a] gratia Romanorum imperator semper augustus. Habentes pre oculis[1)] cordis[1)] nostri paupertatem Iesu Christi, qui, cum dives esset in omnibus, pro nobis pauper fieri dignatus est, ut nos, qui pauperes sumus, divites[b] essemus in ipso per gratiam, paupertatem, que pro nomine ipsius fit, non solum detestari nolumus[c], imo in ipso commendari auctoritate imperatorie[d] maiestatis[e] ab ipso nobis collate tueri volumus et[f] favere[f]. Loca igitur ea, ubi pauperes Christi in Christo reficiuntur et suscipiuntur, iuxta[g] virtutem potentie[h] nostre sub clipeo defensionis nostre tute semper esse volentes, ut nos sub[i] ipso, per ipsum et in ipso, qui vera pax est, salvi et securi semper possimus subsistere. Significamus omnibus fidelibus nostris presentibus et futuris, quod nos quoddam[j] hospitale de novo constructum et edificatum, quod multa deprimitur paupertate et tenue est possessionibus, situm scilicet[k] inter burgum[l] Cappiani et burgum[m] Ghalleni, dictum hospitale sancte Marie de sancta Trinitate fundatum in Cerbaria in loco, qui dicitur Rivus[n] Turbidus, cum omnibus bonis, que nunc iuste possidet vel in antea iuste acquisitionis[o] titulo poterit adipisci[p], sub specialem maiestatis nostre subscepimus protectionem. Ex benignitate quoque nostra et ex superabundante[q] gratia nostra damus eidem hospitali ad subsidium pauperum per[r] inde transeuntium et qui ibi teneri[s] et recipi solent et possunt, omne ius in loco Cerbarie

---

[a] *davor gestrichen* divina *D*
[b] *irrig* divtes D
[c] n *aus* v *verb. D*
[d] inpie *D mit* er-*Kürzung an* p
[e] magiestatis *D*
[f–f] confavere *D*
[g] iusta *D*
[h] *wohl aus* poterint *verb. D*
[i] *so D, möglicherweise irrig statt* cum
[j] quodam *mit Kürzungsstrich über* o
[k] silicet *D*
[l] burghum *D*
[m] burghum *D*
[n] Rius *D*
[o] aquisitionis *D*
[p] addipisci *D*
[q] superabundata *D*
[r] *so D*
[s] tenere *D*

inter viam sancti Martini et viam de Montefalcone et Rivum[t] Turbidum et Rivum[u] Morum in omnibus hiis, que ad usum et commodum ipsius hospitalis possunt pervenire. Iam dictum quoque hospitale ex certa scientia nostra et nostra liberalitate ab omni exactione indebita et ab omni angaria[v] et perangaria[w] et omni dacio et collecta, que a civitatibus et comunibus et eorum rectoribus solet et potest imponi, eximimus[x] et de cetero liberum esse volumus et absolvimus. Damus insuper predicto hospitali auctoritatem[y] et plenam facultatem, ut animalia ipsius hospitalis pascere[z] possint, ubi[z] magis fuerit utile et expediens. Damus etiam licentiam[aa] predicto hospitali, ut liceat ei edificare molendinum secundum quod supra eis concessimus, ita tamen, quod nulli faciat preiudicium in edificatione illius molendini. Nolumus tamen, ut aliquis propter aliquam calumpniam nec propter aliquam occasionem[bb] edificationem illius molendini impediat, nisi manifestam et iustam possit[cc] assignare rationem. Precipimus igitur sub pena decem librarum auri hec omnia, que predicto hospitali concessimus ex nostra gratia, firmiter observari. Ad cuius rei certam evidentiam presentem paginam conscribi et imperialis nostre maiestatis precipimus sigillo[dd] consignari.

Datum in ipso hospitali anno domini MCCVIIII, indictione III[ee], tertio idus novembris[ff].

---

[t] Rium *D*
[u] Rium *D*
[v] angharia *D*
[w] perangharia *D*
[x] exhimimus *D*
[y] autoritatem *D*
[z–z] pascere possint *am linken Rand und* ubi *über der Zeile von nahzeitiger Hand eingefügt*
[aa] *verb. D*
[bb] occaxionem *D*
[cc] posset *D*
[dd] caritate *D*
[ee] *so D statt* XIII
[ff] *Wachssiegel an roten Seidenfäden laut notarieller Beglaubigung in D.*

*[1–1] Eph. 1,18.*

***- .** ***unsicher***

*Otto verbietet den Leuten von V e r s i l i a und G a r f a g n a n a , die gegenüber den Edlen von Porcari Verpflichtungen haben, unter Androhung einer Strafe von 1000 Mark Silber deren Gerichtsbarkeit Folge zu leisten.*

*Lucca,* in placia Sancti Martini*, 1209 (nach Oktober 4, wohl Mitte November)*

*In den Annalen des Tholomeus von Lucca (ed. Schmeidler, MGH SS rer. Germ. n. s. 8, S. 98) heißt es:* Eodem anno Octo imperator in placia Sancti Martini, ut habetur in dicto registro, inhibuit omnibus de Versilia et de Garfagnana, qui deberent vel tenerentur nobilibus de Porcari, quod responderent eis de aliquo iure, quod eis competeret, sub pena M marcharum argenti. *– BFW 323a.*

## BFW 336.

*Otto bestätigt den Bürgern von F o l i g n o ihre Besitzungen in den angegebenen Grenzen mit Ausnahme von Bevagna und Coccorone (später Montefalco), die dem Reich vorbehalten bleiben.*

*(wohl Lucca, 1209 Mitte November)*

*Notarielle Abschrift von 1339 IV 5 im Archivio di Stato zu Foligno, Comune Foligno, Archivio delle Sei Chiavi, Credenzino IV, Libro I, Nr. 1, p. 1–2 (C). – Abschrift des 17. Jh. in der Biblioteca Lodovico Jacobilli del Seminario vescovile zu Foligno, B VI 8, fol. 198r–198v (D).*

*Ficker, Forschungen 4, S. 274 Nr. 222 aus C = Faloci-Pulignani in: Bollettino della R. Deputazione di storia patria per l'Umbria 33, S. 230 Nr. 5. – Tedeschi in: Bollettino storico della città di Foligno 43/44, S. 238 Nr. 5 aus C.*

*Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 63 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 147. – Rajna in: Archivio storico italiano, serie 5, 7, S. 103 Anmerkung 1 (Erwähnung mit kurzem Textauszug). – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 286. – Baldaccini, Regesto S. 22. – Marconi, Foligno S. 36 Nr. 5. – BFW 336.*

*Als Vorurkunde diente ein heute verlorenes Diplom Friedrichs I. DF. I. *1194 vom August oder September 1185, das der auf den 24. Mai 1177 datierten Fälschung DF. I. 1067 zugrundelag. Übereinstimmungen mit DF. I. 1067, die aus der verlorenen echten Urkunde stammen dürften, sind unterstrichen. Im März 1210 bestätigte Herzog Diepold von Spoleto den Leuten von Foligno das Diplom Ottos und wiederholte über weite Strecken dessen Wortlaut (BFW 12362; ed. Tedeschi S. 241 Nr. 6; NU). Beschädigte bzw. unleserlich gewordene Stellen in C lassen sich zum Großteil mit Hilfe von übereinstimmenden Passagen in DF. I. 1067 ergänzen, während für jene Stellen, die nicht aus der VU entnommen wurden, D und die Nachurkunde Herzog Diepolds herangezogen werden konnten.*

In nomine sancte[a] et individue trinitatis. Octo quartus divina favente clementia Romanorum imperator augustus[b]. Imperatorie maiestatis nostre decet clementiam devota fidelium suorum obsequia clementer respicere ipsisque pro bene meritis digna munificentie sue beneficia liberaliter impartiendo ad uberiorem ac intentiorem[c] fidelitatis constantiam ipsos integraliter conservare. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos ad memoriam reducentes et continue habentes pre oculis indefessa et preclara servitia, que fideles nostri cives Fulginenses antecessoribus nostris Romanorum imperatoribus divis augustis ad honorem et promotionem imperii semper exibuerunt et nostre maiestati iuxta desideria nostra exhibere sunt deinceps parati, ipsos omnes cum universis bonis ac possessionibus suis, quas nunc iuste habent vel in posterum auctore domino iusto acquisitionis titulo poterint obtinere, in [sp]ecialem defensionis nostre protectionem recepimus et[d] ad manus nostras et[e] servitium imperii[f] eos specialiter retinemus[g]. Preclara itaque vestigia serenissimi[h] antecessoris [nostri Friderici invict]issimi Romanorum im[peratoris divi augusti[h] cupientes custodire

[a] sante *C*
[b] austus *C*
[c] intentionem *CD*
[d] *folgt* admittimus *D, wohl zunächst statt* ad manus *(über der Zeile nachgetragen)*
[e] *folgt über der Zeile eingefügt* ad *D*
[f] *folgt* et *D*
[g] *stark abgerieben C*
[h–h] fermissima antecessorum nostrorum iustissimorum Romanorum imperatorum *D*

intacta, predictis[i] fidelibus nostris][j] civibus Fulginen[sibus[k] et toti populo, iuxta quod idem in]clitus imperator invenitur[k] fecisse[l], con[cedimus firmiter, ut habeant] senaitas, sicuti sunt a Stafili[m] et trahit per Clonam[n] [iuxta Spellu]m directo pervenientem usque in fluvium Cloton, et vadit a[lia sen]aita, sicut currit Cloton et ascendit ad fontem Palumbe, et [vadit alia] per rivum sancti Stefani[o] usque in Corgnale de Vaccagna et protendit[ur usque] ad clivum Martis, veniens alia usque ad idem Staphyle[p], ipsisque[q] c[astella], villas, aquas, molendina et universa[r], quecumque infra ambitum [predictaru]m[s] senaitarum continentur, imperiali auctoritate in perpetuum confirmamus salva tamen imperiali iustitia. Excipimus etiam Meuaneam et Coccoronum cum omnibus suis pertinentiis, quia ea specialiter ad manus nostras et servitium imperii retinemus. Statuimus itaque et imperiali edicto sancimus, ut nulla civitas, nullum commune, nullus archiepiscopus, episcopus vel nuntius[t] seu legatus noster nullaque omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, predictos fideles nostros cives Fulginenses contra hanc maiestatis nostre concessionem in castellis, villis, aquis, molendinis aliisque[u] utilitatibus infra predictas senaitas audeat impedire vel aliquo modo perturbare. Quod si quis facere presumpserit, centum libras auri puri pro pena componat[v], dimidium * camere nostre, reliquum * passis iniuriam. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem paginam inde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Vulfkerus patriarcha[w] Aquilegiensis, Lotharius Pisanus archiepiscopus, Henricus[x] Mantuanus episcopus curie vicarius, Gregorius Aretinus episcopus, Aczo[y] marchio Estensis, Ezzelinus de Treuisio, comes Hartmannus[z] de Virtemberc, Henricus marscalcus de Callendin, Guncelinus dapifer, Albertus Strucius, Passaguerra[aa], Monachus, Presbiter, Rufinus curie iudices et alii quam plures.

Signum[bb] domini Octonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

---

[i] *folgt* amicis et *D; vgl. NU*
[j] *die durch eckige Klammern gekennzeichnete Stelle in C teilweise durch Loch zerstört und teilweise stark abgerieben, aber aus Wort- und Buchstabenteilen und D noch rekonstruierbar, lediglich* Friderici *sinngemäß ergänzt*
[k–k] Fulgensibus et toti populo iuxta quod incletres imperatores invenerunt *D,* incletres *und* invenerunt *mehrfach korrigiert*
[l] *folgt* volimus et *D, NU:* volumus et
[m] *folgt über der Zeile nachgetragen* vel cruce Sancti Mauri *D; vgl. NU*
[n] *obere Teile von* C *und* l *durch Loch teilweise zerstört C*
[o] Stephani *D*
[p] Stafile *D*
[q] concedimus *D*
[r] *fehlt D*
[s] *so wohl auch D (*prędict..r*)*
[t] nuptius *mit Kürzungsstrich C*
[u] aliis *D*
[v] *D wohl aus* componeat *verb.*
[w] patriarca *D*
[x] Hericus *C*
[y] Azzo *D*
[z] Hartimannus *D, danach fehlt* de *CD*
[aa] Passguerra *CD*
[bb] singnum *C*

Ego Corradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theoderici Coloniensis ecclesie archiepiscopi et[cc] totius Ytalie[dd] archicancellarii recognovi[ee].

Acta[ff] sunt hec [anno dominice] incarnationis M°[CC°VIIII, indictione 12ª [gg], die XV septembris[gg]].

[cc] qui *D*
[dd] Italie *D*
[ee] *wohl* recogvi *C*
[ff] *durch die feste Bindung der Handschrift nicht lesbar D*
[gg–gg] 2 *verb. D*, die – 7bris *von derselben Hand wohl nachgetragen D.*

***-.**

*Otto bestätigt der Kommune von A s s i s i ihre Grenzen.*

*(nach 1209 Oktober 4, wohl Lucca, 1209 Mitte November)*

*In der Historia di Spello des Fausto Gentile Donnola von ca. 1620 im Archivio storico diocesano zu Spoleto, fol. 96v, ed. Sensi – Sensi, S. 109, heißt es im Anschluss an den Text von NEU Spello:* Sopra a questi termini così dati da detto imperatore *(= Otto IV.)* ancorchè la Communità d´Ascesi habbia dal medesimo imperatore simile privilegio con li medesemi confini dati a questa terra vicino al territorio di quella quale io ho veduto in carta pergamena ne la città d´Ascesi e qui nel palazzo nostro publico, che la portarono li signori Marcantonio Aluigi e Tullio Bini dottori di detta città e lo confrontammo con il nostro; e forsi anco la città di Foligno deve averne un altro simile.

- .

*Otto bestätigt den Bewohnern von S p e l l o Güter samt deren Zubehör innerhalb der angegebenen Grenzen.*

*Lucca, 1209 November 16*

*Abschrift in einem Transsumpt von 1348 III 6 , heute verloren, (C), davon Abschrift von ca. 1620 in der Historia di Spello des Fausto Gentile Donnola im Archivio arcivescovile zu Spoleto, fol. 95r–96r (C′).*

*Donnola, Apologia S. 150 unvollständig, wohl aus A (d). – Donnola, Historia di Spello, ed. Sensi, S. 107 aus C′.*

*Jacobilli, Vita de′santi e beati 2, S. 376. – Faloci Pulignani in: Bollettino della deputazione di storia patria per l′Umbria 23, S. 253.*

In nomine sanctę[a] et individue trinitatis. Otto quartus[b] divina misericordia[c] Romanorum imperator semper augustus. Imperatoriam decet nostram maiestatem preclara predecessorum nostrorum vestigia[d] imitari eorumque vestigiis inherentes benefitiis muniminis et approbationis nostrę manum apponere. Quapropter notum facimus universis nostri imperii fidelibus presentibus et futuris, quod nos diligenter considerantes preclara beneficia, que antecessor noster[e] Fridericus[f] Romanus imperator augustus[f] contulit fidelibus nostris de Spello, ad imitationem ipsius[g] imperatoris et intuitu devoti obsequii[h] predictorum hominum clericis[i] et laicis[i] tam minoribus quam maioribus in castaldato[j] Spellano habitantibus concedimus et confirmamus quedam prędia nostri[k] iuris in eodem castaldato, que Popularia nominantur[k], ad usufruendum[l], que talibus circumdata sunt terminis, sicut quidam eorum antecessores tempore predecessoris nostri Ottonis[m] per sacramentum affirmaverunt: primum latus a flumine Tenie[n] iuxta litus usque in insulam filiorum Berabardi; secundum latus ab eodem flumine usque ad pratum Grifonii decurrens usque ad staphulum sancti Apollinaris ascendens usque ad Saxum[o] Rufum[o] et hinc usque ad mortarium vetulum, et hinc usque ad turrem Acerisii; tertium[p] latus ab eadem turri usque ad sanctum Felicem Venafaorti et hinc usque ad fontem provenientem usque in sanctum Venantium[q] et usque in collem sancti Felicis […][r]; quartum[s] latus vero a colle sancti Felicis per viam petrosam[t] usque in petram[u] latam decurrens

---

[a] *hier wie in der Folge immer wieder* ae *statt* e *bzw.* ę *C′d*
[b] quintus *C′, diese Stelle nicht in d*
[c] *so C′ wohl statt* favente clementia*, diese Stelle nicht in d*
[d] Romanorum insignia *d*
[e] fehlt *d*
[f–f] *so d,* Romanus imperator augustus Fredericus *C′*
[g] *so d,* illius *C′*
[h] *so d,* ossequii *C′*
[i–i] *so d,* laicis et clericis *C′*
[j] *so d,* castaldatico *C′*
[k–k] *so d, fehlt C′*
[l] ususfruendis *d*
[m] *so C′ wohl statt* Friderici*, diese Stelle nicht in d*
[n] *so d,* Tinea *C′*
[o–o] *so d,* Sassum Russum *C′*
[p] 3m *C′*
[q] *so am Rand verb. C′*
[r] *Punkte zur Kennzeichnung einer Lücke im Text C′, diese Stelle nicht in d*
[s] 4m C′
[t] *so d,* pretosam *C′*
[u] *so d,* pretam *C′*

in fossam[v] […][w] usque in predictum sanctum, tunc cum campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, paludibus, montibus, collibus, vallibus, planitiebus et cum omnibus ad predicta predia pertinentibus cum cursu aquę Topini, que dividitur in loco, qui dicitur Pazole, decurrens per quosdam rivos Fulginentium usque Spellum cum alveo suo largo, lato et fundo, imperiali nostra[x] liberalitate damus atque concedimus imperpetuum, sicut alii melius et affluentius habuerunt et quicquid iure possiderunt et in futurum possiderint. Statuimus itaque et imperiali edicto sancimus et primitus pręcipimus, ut nullus princeps, dux, marchio, comes, vicecomes vel aliqua imperii nostri[y] maiestatis[y] parva persona, fideles nostros clericos vel laicos de Spellano castaldato tam maiores quam minores, naturales detentores de cunctis prediis nostris […][z], que dicuntur Popularia, dehinc usque in perpetuum perturbare, molestare vel disvestire sine legali iudicio presumat. Si quis autem huius nostri precepti violator fuerit, mille libras[aa] auri optimi pro pena conferat, dimidium aulę nostrę, reliquum iniuriam passis. Ad cuius rei certam imperpetuum valituram paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostrę signo insigniri. Huius rei testes […][bb] Aquileię, Vbaldus Rauennas archiepiscopus, […][cc] marchio Estensis, Ezellinus de Taruisio, […][dd] mareschalcus de Ala[ee].

(M.)[ff]

Ego Corradus Spirensis imperialis aulę cancellarius vice domini Tiderici[gg] Coloniensis archiepiscopi et Italię archicancellarii[hh] recognovi[hh].

Acta sunt hęc anno domini MCCIX[ii], imperante domino[jj] Ottone[kk] glorioso Romanorum imperatore anno regni eius duodecimo[ll], imperii vero primo. Datum per manum Valcheri[mm] protonotarii[nn] apud Lucam, indictione decima[oo] tertia[oo], XVI[pp] kal. decembris.

---

[v] *so d,* fossum *C´*
[w] *Punkte zur Kennzeichnung einer Lücke im Text C´, diese Stelle nicht in d*
[x] ista *C´, diese Stelle nicht in d*
[y–y] nostra maiestas *C´, diese Stelle nicht in d*
[z] *Punkte zur Kennzeichnung einer Lücke im Text C´, diese Stelle nicht in d*
[aa] libris *C´*
[bb] *Punkte zur Kennzeichnung einer Lücke im Text C´, Zeugenreihe fehlt d*
[cc] *Punkte zur Kennzeichnung einer Lücke im Text C´*
[dd] *Punkte zur Kennzeichnung einer Lücke im Text C´*
[ee] *Rest der Zeugenreihe fehlt C´*
[ff] *Nachzeichnung des Monogramms in C´, davor fehlt die Signumzeile C´d*
[gg] Benedicti *d*
[hh–hh] *nach* Italię *folgt in C´ eine durch Punkte gekennzeichnete Textlücke, jedoch wurden die beiden Wörter* archicancellarii recognovi *bereits oberhalb rechts neben dem Monogramm eingetragen, sie fehlen in d*
[ii] *so d,* 1209 *C´*
[jj] *fehlt d*
[kk] Othone *d*
[ll] XV *d, davor fehlt* eius
[mm] Baldieri *d*
[nn] *so d, fehlt C´*
[oo–oo] XIII *d*
[pp] *so d,* sexto *C´.*

## BFW 325.

*Otto nimmt die Stadt S a v o n a auf Bitten ihrer Bürger und Boten in seinen Schutz, bestätigt ihr neben allen Besitzungen und Rechten im angegebenen Gebiet, in dem er genannte Rechte der Markgrafen einschränkt, auch die mit den inserierten Notariatsinstrumenten beurkundeten Erwerbungen zu Quiliano, Albisola und Stella von Markgraf Otto Del Carretto, den Markgrafen von Ponzone und Markgraf Delfino del Bosco.*

*Lucca, 1209 November 18*

*Original, 463 (–470) + 56 (–62) x 630 (–655) mm, im Archivio di Stato zu Genua, Archivio Segreto Nr. 2722/20 (A). – Notarielle Abschrift, wohl nahzeitig, ebenda, Nr. 2722/20bis (B). – Abschrift aus der Mitte des 13. Jh. im Archivio di Stato zu Savona, Registro della catena I, fol. 2v–3v (C).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 24 Nr. 33 aus AB. – Roccatagliata, Pergamene medievali Savonesi 2, S. 221 Nr. 342 aus Insert in Originalurkunde Heinrichs VII. von 1311 XI 24 (Reg. HVII 00851). – Puncuh – Rovere, Registri della Catena 1, S. 11 Nr. 6 aus C mit Varianten aus A und Abschriften.*

*Monti, Compendio S. 5, S. 7 und S. 56 (Erwähnungen). – Torteroli, Storia S. 45 (Erwähnung). – Poggi in: Atti e memorie della Società storica Savonese 1, S. 137 (Erwähnung). – Cipolla – Filippi in: Atti e memorie della Società storica Savonese 3, S. 8 Nr. 7. – Poggi in: Miscellanea di storia Italiana serie III/10, S. 338. – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 286 (irrig als Urkunde für Parma bezeichnet). – Lisciandrelli, Trattati e negoziazioni politiche Nr. 195. – Roccatagliata, Pergamene medievali Savonesi 1, Nr. 79. – BFW 325.*

*Durch Beschädigungen an den Rändern und im Bereich der Faltungen zerstörte Stellen wurden nach B in eckigen Klammern ergänzt. Der Urkundentext beruht auf dem Diplom Heinrichs VI. für Savona vom 18. November 1191 (Böhmer – Baaken 182, VU). Zusätzlich zu einem aus der Vorurkunde übernommenen Insert wurden in die vorliegende Urkunde die Textanfänge von vier weiteren Notariatsinstrumenten inseriert (1192 November 23; ed. Puncuh – Rovere S. 115 Nr. 72; 1209 Mai 26; ed. ebenda S. 90 Nr. 52; 1198 Februar 20; ed. ebenda S. 107 Nr. 63/64, und 1209 Januar 16; ed. ebenda S. 104 Nr. 61/62).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. # Imperatorie maiestatis benivolentia eam circa fidelium suorum habere consuevit circunspectionem, ut ea, que ad augmentum eorum pertinent nec ab honore imperii discrepant, innate benignitatis consideratione libenter impertiatur[a]. Nostrorum igitur predecessorum vestigia sequentes, inducti etiam precibus fideli[b]um nostrorum civium et nuntiorum Saone[b], imperiali nostra benignitate civitatem Saone et cives Saonenses tan presentes quam futuros cum omnibus rebus ad eos pertinentibus sub protectionis nostre deffensione recipimus concedentes et confirmantes et nostra preceptali auctoritate corroborantes omnibus hominibus maioribus et minoribus habitantibus in civitate et castro Saonensi et in eorum districtu ipsi quoque civitati Saonensi omnes res et proprietates et iura et honores a iugo maris[c] usque ad Metas montes et usque ad[d] flumen Lerone tam infra civitatem quam extra et villas, libellarias, piscationes, venaciones, que habent vel habere soliti sunt. Insuper etiam iubemus, ut in hiis prescriptis confiniis castella seu municiones non edifficentur nec a marchionibus nec ab aliis aliquibus personis excepto comuni ipsius civitatis. Insuper statuimus, ut nulla superimposita[e] a marchionibus vel a comitibus * vel ab aliis nunciis eorum predictis hominibus fiat vel civitati, scilicet de fodro, de apprehensione hominum

---

[a] *so A und VU statt* impertiantur
[b–b] um – Saone *von derselben Hand auf Rasur von derselben Hand*
[c] *so A und VU, wohl statt* ad mare
[d] a *durch Riss beschädigt*
[e] *durch Fleck etwas beschädigt*

vel asaltu domorum. Ad maiorem eciam fidelitatis observantiam confirmamus emptionem, quam predicti cives fecerunt ab Ottone de Careto, sicut in instrumento publico continetur. Quas omnes res Baldus[f] Vicius et Bonusiohannes Sacus nuncii iamscripte civitatis tradiderunt[f] in manus nostras a parte comunis[g] seu comunitatis[g] Saone nobis recipientibus nomine imperii iure proprietario. Instrumenti autem supramemorati tenor hic est, in quo predicte res continentur:

Anno a nativitate domini nostri Ihesu Christi millesimo centesimo LXXXXI, indictione nona, die decimo intrante aprili. Ego Otto de[h] Carreto[h] dei gratia Saone marchio pure vendo, trado et confero vobis quatuor consulibus Saone Arnaldo Iolte, Peregrino Rubeo, Bonoiohanni Foldraco et Ardeciono Gotefredi pro comuni Saone ementibus totum id, quod[i] habeo et teneo a sancto Petro de Carpignana infra usque in Saonam et insursum usque in iugum excepta castellania Quillani, et totum id, quod habeo et teneo in Lezino et Lauagnola usque collam de Preocco et a iugo usque ripam maris excepto feudo dominorum Albuzole, quod fuit marchionis Montisferrati, et totum id, quod habeo et teneo in Saona cum toto contili, quod continetur infra predicta confinia, excepto feudo vasallorum, quos habeo in Saona, videlicet Ansaldum Buccaordei, Rubaldum Buccaordei et Peregrinum Rubeum, nil alio in me retento cum omnibus illis rationibus et actionibus, quibus tenebam et possidebam usque ad hoc tempus, abrenuntiando omni iuri et actioni, quibus hec vendicio aliquo modo per me vel aliquam aliam pro me submissam personam per aliquod tempus impediri vel inquietari posset. Insuper promitto vobis prefatis consulibus, quod domina Alda uxor mea remittet vobis omnes suas rationes et actiones in hac vendicione a me vobis facta et quod firmam habebit hanc vendicionem abrenunciando omni iuri et actioni, quibus ipsa predictam vendicionem vel aliqua alia pro ea submissa persona aliquo modo prepedire vel inquietare valeret, precio inter me et vos finito librarum mille quingentarum denariorum Ianuensium, de quo me quietum voco et solutum. Hanc[j] itaque vendicionem et cetera[k]. Possesionem et dominium nichil[l] in me retento vobis tradidisse confiteor. Preterea salvis sacramentis, que[m] a me vobis sunt facta de consiliis et subsidiis exibendis et econverso et salvo sacramento, quod est inter me et vos factum de incastellare infra dicta confinia, que omnia firma et stabilia remaneant, prout sunt cetera, sicut superius[n] sunt[n] scripta, vobis relinquo et trado et cetera. Insuper iuro[o] vobis corporaliter ad sancta dei evangelia hanc vendicionem in perpetuum habere firmam et stabilem et nullo modo ei posse contravenire et etiam tantum plus vobis promitto attendere, quantum unus sapiens

---

f–f Baldus – civitatis *von derselben Hand auf Rasur, ursprünglich* tradidit *in* tradider *mit Kürzungsstrich über* er *verb.*
g–g comunis – comu *durch Fleck leicht beschädigt*
h–h de Carreto *von derselben Hand wohl aus* dei gratia *verb., dabei* c *aus* i, a *durch Rasur aus* g, e *aus* a *und gerader Kürzungsstrich in* r-*Kürzung verb.*
i *auf Rasur*
j h *durch Rasur wohl aus* I *verb.*
k *der Rest des Satzes der VU hier ausgelassen*
l c *durch Fleck und Abreibung zerstört*
m *durch Abreibung und Loch in der Faltung beschädigt*
n ius su *durch Loch in der Faltung etwas beschädigt*
o *zu Beginn des Wortes* I *aus* i *verb.*

homo[p] dicet et statuet legaliter ad hoc, ut istud[q] firmius habeatur et stabilius et cetera[r]. Actum Saona in ecclesia sancti Petri. Signum[s] manuum, qui hanc cartula[m fi]eri rogavit. Testes ad hoc fuerunt convocati: Ansaldus Ferralasinus, Berthol[ot]us[t] Iohannis magistri, Ansaldus de domina Maiolica, Leo, Conradus Durantis, Raymundus Trancherie, Gandulfus Agnelli, Guillelmus Porrus et Cauagnarius. Ego Guido Mediolanensis notarius Saone voluntate utriusque partis scripsi.

Quas omnes predictas res, sicut superius continetur, eas emptas esse, et sicut in manibus nostris a[u] parte[u] imperii date sunt a predictis Saonensibus, investimus nomine legalis feudi Baldum[v] Vicium et Bonumiohannem Saccum[v] recipientes[w] predictam investituram nomine comunis Saone ita, ut comune Saone habeat et teneat omnes prefatas res emptas integraliter et libere et perpetuum iure feudi, pro quo feudo consules Saone seu rectores, qui pro tempore * fuerint, * fidelitatem[x] in principio sui consulatus, quando iurant consolariam, nobis tanquam imperatori et regi et nostris successoribus, qui pro tempore fuerint in imperio et regno ita, ut consules, qui de consulatu exituri erunt, sequentes in introytu iurare faciant. Preterea quoque damus, concedimus et confirmamus imperiali liberalitate vobis Baldoni Vicio et Bonoiohanni[y] Sacco nunciis et ambaxatoribus comunis Saone nomine predicte civitatis, comunis[z], ut omnes homines Saone licenter et libere possint ire, reddire et stare cum suis lignis et navibus a Saona et eius[aa] districtu[aa], quo voluerint navigare et ad propria reddire sine alicuius persone vel loci seu comunitatis contradictione. Et ut omnia, que comune Saone tenet vel possidet et deo propicio iuste acquirere poterit, licenter et libere teneat et possideat. Preterea confirmamus dicto comuni Saone emptionem, quam fecerunt de Quiliano et comperam Albizole et donacionem Stelle factam dicto comuni a marchione Dalfino, prout in instrumentis inde factis continetur, que inferius nominantur. Tenor autem compare Quiliani sic incipit: Anno dominice incarnationis MCLXXXXII, indictione X, VIIII[or] [bb] kal. decembris. In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Regnante Henrico Romanorum imperatore[cc] augusto[cc] cartulam vendicionis fecit marchio Otto de Careto in manibus consulum Saone ad utilitatem comunis Saone, quorum nomina sunt hec: Ansaldus Hosordei, Ionathas Gotfredi, Bonusiohannes Caluignanus, Papalardus, videlicet de castro et villa et curia sive pertinentiis Quiliani, in quibus continentur Coseola, salvo videlicet iure et possesionibus castellanorum eiusdem castri. Item de loco Uecii cum omni sua curia et omnibus eius pertinentiis, scilicet ut Ansaldus de Quiglano et Raymondus ipsum locum Uecii cum omnibus godiis, que inde percipiuntur, per rectum feudum honorifice a Sagona teneant. Item in Quiglano habent idem Anselmus et Raymondus preter

---

[p] *danach zwischen diesem und dem folgenden Wort eine Beschädigung im Pergament*
[q] d *durch Faltung beschädigt*
[r] *durch Fleck und Riss im Pergament beschädigt*
[s] Sign *mit Kürzungsstrich über* n*, davor Subskriptionszeichen* ss
[t] ot *stark abgerieben*
[u–u] *so A statt* ad partem *VU*
[v–v] Baldum – Saccum *von derselben Hand auf Rasur*
[w] s *auf Rasur von* m
[x] *davor fehlt* iurent*, vgl. VU*
[y] *letztes* i *aus* e *verb. oder wohl eher irrig* i *in* e *verb.*
[z] *davor fehlt* et *A*
[aa–aa] us districtu *von derselben Hand wohl auf Rasur*
[bb] *so A statt* VIIII[o]
[cc–cc] *von derselben Hand wohl auf Rasur*

vetus feudum duos porchetos et duos moltonos et sex modios annone omni anno. Item vendidit iandictis consulibus pro comuni Sagone omnia iura et omnem honorem sive potentatum, quem habet in castro et curia Albuzole et in eius dominiis, et omnia iura, que habet in eo, quod domini Albuzole tenere ab eo visi sunt in porta et ripa Sagone, et si quid aliud in predicta civitate ab[dd] eo[dd] tenere visi sunt. Asseveravit enim iandictus marchio supradictis consulibus, quod domini Albuzole, videlicet Uiualdus et Otto et Henricus, ei facere debent fidelitatem et quod ei munito seu scarito eam partem, quam habet in Albuzola veture[ee], non debent, quin inde guerram et pacem, cui voluerit, faciat. Que omnia ipse marchio iandictis Sagone consulibus vendidit et cessit promittens eis, quod si domini predicti nollent Sagone fidelitatem facere et alia, que de ipsis dicta sunt, adimplere, bona fide eos inde adiuvabit. Insuper vendidit et cessit iandictis consulibus pro comuni omnia omnino iura, que habet a iugo usque ad mare, eos inde absolvendo de omni iuramento, quo ei tenebantur de forciis vel municionibus sive castellis non faciendis et cetera, que in ipso instrumento continentur.

Aliud autem instrumentum de emptione Albuzole sic incipit:

Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo nono, indictione VIIII[ff], die[gg] vicesima sexto madii[gg]. Poncius et Petrus filius quondam Iacobi marchionis de Ponzono marchionis atque Henriccus[hh] filius Henrici quondam marchionis Ponzoni, nunc vero monachus de Talieto, ipso Henrico patre suo presente et volente atque confirmante et omne ius suum remittente fecerunt cartam vendicionis in manibus Guillelmi Tortorini Saone consulis nomine et ad utilitatem comunis Saone recipienti, de tercia parte[ii] tocius castri[ii] et ville et curie sive pertinentium Albizole cum omni iure et honore et cetera, que secuntur in instrumento sive in instrumentis factis nomine seu occasione iamscripte emptionis.

Instrumenta autem de facto Stelle sic incipiunt:

Anno nativitatis domini M centesimo[jj] nonagesimo octavo, indictione prima, die vicesimo februarii. In nomine domini. Pactum conventionis[kk] tale fecerunt inter se dominus Dalfinus de Bosc[o et comune Sa]one et dominus Dalfinus de Bosso marchio: primo iuravit conpagnam civitas[ll] Saone in publico parlamento[mm] corporaliter tactis sacrosanctis evangeliis et iuravit[nn] se esse fidelem et veracem comuni Saone et pro his[oo] de sua parte Stelli[pp] fecit donum et dacionem his consulibus Ionate de Gotofredo, Baldo Rubeo, Poncio Caiate, Rubaldus[qq] Buccaordei [pro comuni S]aona recipientibus et cetera, que secuntur.

---

[dd–dd] *von derselben Hand auf Rasur*
[ee] *so A statt* vetare, r *in Kapitälchen aus* l *verb.*
[ff] *so A statt richtig* XII
[gg–gg] die – madii *stark abgerieben, darunter großes Loch im Pergament, A irrig* vicesima *statt* vicesimo
[hh] *so A*
[ii–ii] *stark abgerieben, darunter großes Loch im Pergament*
[jj] *auf Rasur*
[kk] *zweites* o *verb.*
[ll] *so A, fehlt zweiter Mittelschaft des* u *(für* v*),* t *wohl verb.*
[mm] m *aus* l *verb.*
[nn] it *durch Fleck beschädigt*
[oo] *folgt* his de sua parte fecit *durch Unterpunktierung getilgt, danach Rasur eines Wortes (*puram*?)*
[pp] *wohl mit etwas dunklerer Tinte und etwas über der Zeilenlinie in zunächst freigelassenem Raum von derselben Hand nachträglich eingetragen*
[qq] *so A*

Hoc autem aliud instrumentum de facto Stelle sic incipit:
Anno a nativitate domini millesimo ducentesimo[rr] nono, indictione XII, diei sexto decimo ianuarii. Ego[ss] Dalfinus marchio Boschi in presentia Truchi et Arnaldi Iolte quondam Arnaldi Iolte Saone consulum et eorum insinuacione do, cedo et trado atque confirmo tibi Bonauie Rustici sindico [comunis Sa]one recipienti[tt] nomine et auctoritate comunis Saone donacionem et concessionem olim a me comuni Saone factam de medietate Stelle tan castri quam ville et eius curte et territorio[uu] et cetera.
Statuentes, ut [nullus] du[x, mar]chio, [com]es, vicecomes vel etiam nuntius noster, nullum comune civitatis, nullus eciam archiepiscopus vel episcopus vel etiam gastaldio noster, nulla magna vel parva persona, secularis vel e[cclesiastica predictos Saonenses vel comune Saone in predictis rebus] tam antiquitus a predecessoribus nostris * concessis quam a nostra munifica liberalitate indultis, datis et confirmatis inquietare[vv], auferre, exigere[vv], disvestire seu molestare presumat, set ea, sicut a nobis concessa sunt et confirmata, iure perpetuo teneant et nostra freti[ww] auctoritate libere eisdem fruantur[xx] salvo [iure et honore imperii. Quodsi quis temerario auso[yy] hanc precept]alem nostre auctor[itatis paginam] violare sive circumvenire quoquo[zz] modo presumpserit et eos in supradictis[zz] rebus molestare temptaverit[aaa], mille libras puri auri pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum comuni Saone. Quod ut melius credatur et verius et ab omnibus diligentius observetur, signo nostro corroborantes [imperiali sigillo iussimus insigniri. Huius autem rei testes sunt]: Wulferus patriarcha Aquilegensis, Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Henricus Mantuanus episcopus, Cameracensis[bbb] episcopus, Rufinus de la Porta Placentinus, Pasaguerra Mediolanensis, Albertus Struzius Cremonensis, Preuidus Placentinus imperialis curie iudices et alii quam plures.

# Sicnum[ccc] domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Colloniensis archiepiscopi Theoderici[ddd] tocius[ddd] Ytalie arcicancellarii[eee] recognovi; regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius quartodecimo, imperii eius primo.

Datum aput Lucam per manum Gualterii imperialis aule protonotarii XIIII kal. decembris, anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi M°CCVIIII, indictione XIII.

(SP.D.)[fff]

---

rr *auf Rasur*
ss Eg *wohl (aus* et*?) verb.,* o *in den Zwischenraum zum folgenden Wort hinzugefügt*
tt *erstes (langes)* i *aus* e *verb.*
uu itor *durch dunklen Fleck beschädigt*
vv–vv etare – exigere *durch Fleck beschädigt und teilweise zerstört*
ww ti *wohl aus* d *verb.*
xx ur-*Kürzung abgerieben*
yy so *BC*
zz–zz quoque modo *und* et – supradictis *durch Faltung beschädigt*
aaa *durch Flecken beschädigt,* temp *durch Loch zerstört*
bbb *davor Raum für den Vornamen freigelassen*
ccc *so A*
ddd–ddd Theoderici to *von derselben Hand auf Rasur*
eee *so A*
fff *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica, gelbe und rote Seidenfäden heute verloren.*

## *BFW 326.

*Otto ernennt Angehörige der Familie A v v o c a t i (di Col di Pozzo) zu Pfalzgrafen und kaiserlichen* missi *und bestätigt ihnen die damit verbundenen Rechte, Würden, sowie die Gerichtsbarkeit in bestimmten Gebieten.*

*(vielleicht Lucca, 1209 November 16–20)*

*In der Urkunde Karls IV. von 1355 III 13 (Böhmer – Huber 2003; notarielle Abschrift von 1433 im Archivio di Stato zu Lucca, Archivi dei notari, parte 1°, Nr. 412; ed. [unvollständig] Cianelli in: Memorie e documenti 3/1, S. 143) heißt es:* Accedentes siquidem ad nostre maiestatis presentiam nobiles … *(es folgen die Namen von Angehörigen der Familie Avvocati)* de domo Advocatorum de Luca … nobis exponere curaverunt, qualiter olim ipsorum progenitores et adscendentes pro se et heredibus et proheredibus ipsorum constituti fuerunt comites sacri inperialis palatii et missi inperatoris per plures clare memorie divos inperatores et reges Romanorum magnificos, videlicet per olim Fredericum primum, Fredericum secundum et Ottonem quartum predecessores nostros, concessa quoque et confirmata sint dictis comitibus palatinis privilegia, iura, honores et dignitates ac iurisdictiones in certis terris et locis per eosdem inperatores seu reges supradictos ac etiam per *(in der Abschrift irrig* pro*)* recolende memorie olim Iohannem regem Boemie illustrem …, prout in privilegiis ipsorum coram nostra maiestate exhibitis et exaratis … plenius continetur. – *BFW 326.*

## *BZ 61.

*Otto bestätigt der Stadt L u c c a das Münzrecht.*

*(nach 1209 Oktober 4, wohl ca. November 16–20)*

*In einer Erwähnung in der Antica chronichetta, ed. Bongi, S. 230, heißt es zum Jahr 1209:* … e del mese di ottobre fue incoronato Otto imperadore di Roma che diede la moneta a Lucha, cioè che la concedeo di fare.
*Die anonyme italienische Antica chronichetta stammt aus dem 13. Jahrhundert (vgl. dazu ebenda S. 218). Für die ältere Geschichte Luccas wurde sie im 17. Jh. von Bartolomeo Beverini für seine Annales ab origine Lucensis urbis herangezogen, der ebenfalls von der Bestätigung des Münzrechts durch Otto berichtet:* Idem imperator in hospitum gratiam cuncta privilegia ac immunitates priorum caesarum tam sacerdotibus quam populo concessa rata esse iussit cudendae quoque monetae ius ab Othone Lucensibus iterum concessum *(Beverini, Annalium ab origine Lucensis urbis vol. 1, S. 293 f.). – BZ 61.*

## BFW 327.

*Otto beurkundet mit Erzbischof Siegfried (II.) von M a i n z vor seiner Kaiserkrönung geschlossene Vereinbarungen betreffend die neuerliche Übertragung von Lehen, die schon seine Vorfahren von der Mainzer Kirche innehatten, nimmt die Städte und Burgen der Mainzer Kirche in seinen Schutz und befreit deren Juden und Leute von Bitten des Reichs.*

*Lucca, (1209) November 20*

*Original, 365 (–378) + 60 x 397 (–403) mm, im Staatsarchiv zu Würzburg, Erzstift Mainz Urkunden Weltlicher Schrank L 3/2 (A).*

*Gudenus, Cod. dipl. exhibens anecdota Moguntiaca 1, S. 416 Nr. 157 aus A = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 800 Nr. 302 (zu 1212) = Schönemann, Codex für die practische Diplomatik 1, S. 157 Nr. 80, = Jaffé in: Der Orient 3, S. 383 Nr. 3 Auszug, mit deutscher Übersetzung = Fürst, Urk. zur Geschichte der Juden 1, S. 14 Nr. 3. – Mon. Boica 29/1, S. 555 Nr. 598 aus A. – Schmidt, UB des Eichsfeldes 1, S. 112 Nr. 189 aus A.*

*Gruber, Zeit- und Geschicht-Beschreibung Göttingen 3, S. 44 Anmerkung 16 (mit Textauszug), S. 58, S. 94 Anmerkung 45 (Erwähnungen). – Grupen in: Juristisches Wochenblatt 1, S. 95 (mit Textauszug). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 153 Nr. 16 und Sp. 160 Nr. 16 (zu 1212). – Wolf, Politische Geschichte 1, S. 123 und 2, S. 94 (Erwähnungen). – Schultes, Directorium diplomaticum 2, S. 455 Nr. 75. – Holle in: Vaterländisches Archiv Niedersachsen (1836), S. 92 (zu 1212). – (Knesebeck), Urk. und Reg. 1, Nr. 55 (mit Textauszug). – Scriba, Reg. Hessen 3, Nr. 1211. – Remling, Geschichte der Bischöfe zu Speyer 1, S. 432. – Weidenbach, Reg. Bingiensia Nr. 108. – Köllner, Geschichte S. 37. – (Hanstein), Urkundliche Geschichte 1, Urk. S. 4 Nr. 12. – Tettau in: Jahrbücher NF 1, S. 17 Anmerkung 55 (Erwähnung). – Wiener, Reg. zur Geschichte der Juden Nr. 20. – Meklenburgisches UB 1, S. 197 (Erwähnung). – Stobbe, Juden in Deutschland S. 12 Anmerkung * (mit Textauszug). – Schliephake, Geschichte von Nassau S. 404 Anmerkung **. – Colombel in: Annalen des Vereins für Nassauische Alterthumskunde und Geschichtsforschung 8, S. 116 Anmerkung 1. – Friedländer, Einlager S. 113 (mit Textauszug). – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1088. – Heinemann, Heinrich von Braunschweig S. 296. – Böhmer – Will, Reg. Mainzer Erzbischöfe 2, Nr. 131. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 147. – Uslar-Gleichen, Beiträge zu einer Familien-Geschichte S. 357 Nr. 15 (mit Textauszügen). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1434. – Aronius, Reg. zur Geschichte der Juden Nr. 379. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 177 (zu 1208). – Hamann, UB Reinhausen Nr. 20. – BFW 327.*

*Wie aus dem Text hervorgeht, hatte Otto noch vor seiner Kaiserkrönung als König mit Erzbischof Siegfried von Mainz Verhandlungen über die Mainzer Lehen der Welfen geführt und die vertraglichen Vereinbarungen beurkundet (*Hiis in statu regio pertractatis regalis scripti munimen addidimus et sigilli*; vgl. das heute verlorene Diplom BFW 286). Es ist sehr wahrscheinlich, dass der damals verfasste Text nun unter Verwendung des Kaisertitels und unter Hinzufügung einiger auf die Kaiserkrönung bezogener Wendungen wortwörtlich wiederholt wurde.*

# In[a] nomine domini amen. Dei gratia Otto Romanorum imperator et semper augustus # inspectoribus huius pagine universis in perpetuum. Ea, que ab imperatoribus vel regibus erga suos principes, maxime autem ecclesiasticos[b], sollempni serie pertractantur, ut perhennis efficatie robur obtineant et vigorem, utilissimum est scriptorum testimonio commendari. Eapropter liqueat omnibus et a posterorum memoria non recedat, quod nobis regnantibus necdum imperatoriam consecrationem adeptis super benefitiis, que antecessores nostri tenuerant ab ecclesia Maguntina, cum fideli principe nostro Sifrido eiusdem ecclesie archiepiscopo frequentes sunt habiti diversique tractatus. Consulentibus demum fidelibus nostris principibus et dilectis Iohanne Treuirensi, Theodrico Coloniensi archiepiscopis, Cunrado Spirensi episcopo imperialis aule cancellario pro exhibendis nobis ab archiepiscopo Maguntino feodis memoratis secum egimus diligenter eumque videntes nostre obnoxium voluntati quingentis marcis donare promisimus

---

[a] *Initiale* I *über zwei Zeilen reichend und durch Verzierungen hervorgehoben*
[b] eccliasticos *A, fehlt Kürzungszeichen über* ecclia

et bona, de quibus nos intromittere ceperamus, sue reliquimus libera potestati, sicut inferius declaratur: patronatum ecclesie de Guttingen, advocatiam in Northeim, iurisditionem et dominium abbatie in Reinhusen omnimodo, quo pie recordationis Cunradus Maguntinus archiepiscopus ipsius novissimus antecessor fruebatur, eadem sine quolibet impedimento dimisimus ecclesie Maguntine. Decimam autem in Rostorf nobis porrexit archiepiscopus ea forma, ut, si nomine benefitii evinceretur ab ipso, nos eum redderemus indempnem. Promisit etiam excellentia nostra castra Glichen sternere seditione temporis et intranquillitate patrie quiescente. Super castro vero Hanenstein, quod dictus S(ifridus) archiepiscopus utpote sibi proprium repetivit a nobis, huiusmodi reservavimus questionem, scilicet ut dicti archiepiscopi[c], Spirensis et Herbipolensis episcopi, qui nostrum moderabantur consilium tam in eundo nobiscum pro imperatorie consecrationis obtentu quam domi manendo meram inde[d] cunctarentur sollicite veritatem et scito per experientiam publice noticie, ipsi archiepiscopo competere ius in castro, nos illud iuberemus eidem cum omni libertatis plenitudine assignari. Si vero restaret ambiguitas qualiscumque, nostra tamen dominatio secum in iudices conveniret, coram quibus ipse archiepiscopus sue possessionis titulum tueretur, nosque iustam moveremus in contrarium actionem, qua si castrum evincere valeremus, de permissione archiepiscopi nostrum esset. Adiecimus autem de gratia habundanti, quod etsi bene nanscisceremur[e] ipsius castri dominium, si archiepiscopus inter redeundum a consecrando[f] tale nobis obsequium prestitisset, in quo nostre maiestati complacere deberet, ipse prefati castri maneret dominus et possessor de nostra gratuita voluntate. Consequenter ad perpetuandum circa imperium et nostre serenitatis personam ipsius archiepiscopi favorem, studium et iuvamen secundum ius privilegiatum ecclesie Maguntine, civitates[g] eius et oppida, munitiones et predia sub regiam recepimus tutelam. Liberos et ministeriales sue iurisditioni spectantes frui permisimus iure debito et consueto. Iudeos civitatum suarum et homines censuimus ex parte imperii cuiuslibet petitionis expertes. Item fassallos ac ministeriales ipsius archiepiscopi, principes, comites, liberos inferioresque personas, que lese maiestatis reatum incidissent, suo indulsimus gaudere patrocinio, donec imperialem gratiam sortirentur. Ut autem in hoc arduo negotio et sollempni cum archiepiscopo sic concorditer consummato nostram vertere non possemus in contraria voluntatem, dictos archiepiscopos et episcopos mediatores concordie consiliique datores obligavimus archiepiscopo dedimusque sponsores, ut si pretaxatam seriem mutaremus vel aliquomodo infringere niteremur, iidem contra nos suo ipsi assisterent consilio et favore. Spirensis siquidem episcopus ipsi archiepiscopo in virtute obedientie se astrinxit, ut eo contingente se in locum, quem vellet, transferret non discessurus ab illo, donec emendationem susciperet a nobis archiepiscopus habundantem. Tanta quippe se dicebat cum imperio familiaritate ligatum, ut nunquam se foret opositurus[h] eidem. A simili archiepiscopus sepedictus cognatos, fassallos et ministeriales ipsius, Sifridum de Runkel, Wernherum et Philippum de Bonland(en),

---

[c] *danach zwei Punkte im Abstand etwa einer Buchstabenbreite, möglicherweise für die nicht ausgeführte Initiale eines Vornamens (*Cunradi*)*
[d] *darunter ein senkrechter Schnitt im Pergament von etwa 1 cm*
[e] *so A statt* nanciseeremur
[f] *zweites* n *(wohl aus* ti*) verb.*
[g] *erstes* t *in der Falte etwas beschädigt*
[h] *so A*

Wolframum ringravium[i], Walpertum et Gerardum advocatos Pinguie, Embrichonem Wlpem, Giselbertum, Cunradum de foro Rudensheim, Vlbertum de Sunnenberc, Theodricum vicedominum de Rusteberg nobis sponsores tradidit super observantia premissorum. Hiis in statu regio pertractatis regalis scripti munimen addidimus et sigilli. Postremo nobis in apicem imperatorie dignitatis erectis et munus benedictionis apostolice assecutis, quia per multa innotuit argumenta, quod archiepiscopus excellentie nostre tam laudabilem exhibuerat famulatum, ut hiis et amplioribus esset benefitiis non indignus, scripta visui vestro subiecta imperatorio duximus roboranda sigillo. Dat. apud Lvcam XII kal. decembris, indictione[j].

(SP.2.)[k]

---

[i] n *durch kleines Loch beschädigt*
[j] *Zahlenangabe (*XIII*) fehlt*
[k] *an roten, grünen, blauen und gelben Seidenfäden.*

## BFW 328.

*Otto gewährt dem Vallombrosanerkloster Santa Maria di S e r e n a eine Verjährungsfrist von mindestens 60 Jahren.*

*Pisa, 1209 November 20*

*Notarielle Abschrift von 1306 V 4 im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, Vallombrosa, S. Maria d´Acquabella (badia vallombrosana), 1004 (B). – Abschrift des 18. Jh. im Archiv der Abtei Vallombrosa, C IV 7, tom. 5/1, p. 441 (D).*

*Soldani, Hist. monasterii S. Michaelis de Passiniano 1, S. 162 Nr. 9 (zu 1210) wohl aus B. – Böhmer, Acta S. 214 Nr. 237 aus B.*

*Mecatti, Storia cronologica 1, S. 54 (zu 1210). – BFW 328.*

# Otto[a] # quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Cum omnibus imperii fidelibus manum largitatis imperialis ex equitate debeamus porrigere, spetialiter[b] tamen hominibus et personis ecclesiasticis et divino cultui[c] emancipatis, donum imperialis clementie tenemus hylarius[d] impendere. Notum sit igitur[e] omnibus imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos de spetiali[f] dono gratie, quo nos monasterium sancte Marie de Serena respicimus, pro salute nostra ob religionem (et)[g] in[g] favorem M(artini) eiusdem monasterii abbatis ipsi ecclesie concedimus et in perpetuum imperiali auctoritate confirmamus, ut nulla nisi sexagenaria vel amplior contra ipsam ecclesiam prescriptio currat vel effectum aliquem habeat, et quecumque minoris temporis pretendatur prescriptio contra ipsam ecclesiam, vana et vacua permaneat nec aliquem habeat effectum. Ad cuius rei certitudinem presentem paginam conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri. Dat. apud Pisas XII kal. decembris, indictione XIII[h].

---

[a] *Herrschername in Elongata B,* Otho *D*
[b] specialiter *D*
[c] chultui *B*
[d] hilariter *D*
[e] ergo *D*
[f] speciali *D*
[g–g] in *aus* et *verb. B,* in *D.*
[h] *das Original war laut B mit einem hängenden großen Majestätssiegel aus Wachs versehen.*

***- .** ***zweifelhaft***

*Otto erteilt dem Bischof Ildebrandin von V o l t e r r a ein Privileg und befiehlt ihm und der Kommune von Volterra, Truppen für seinen Zug ins Königreich Sizilien zu stellen.*

*1209 Oktober/November*

## BFW 329.

*Otto nimmt Bischof Soffredus von P i s t o i a und dessen Kirche in seinen Schutz, bestimmt, dass alle Kirchen der Diözese von genannten Abgaben frei sein sollen und dies auch für die Kirchen von Prato gelten solle.*

*Florenz, 1209 Dezember 3*

*Original, 391 + 30 (–42) x 285 mm, im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, Pistoia, Vescovado, 1209 dicembre 3 (A).*

*Zacharia, Anecdotorum collectio S. 241 Nr. 23 wohl aus A. – Fioravanti, Memorie storiche di Pistoja, Documenti S. 55 wohl aus A.*

*Rosati, Memorie S. 86 (Erwähnung). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 44 Nr. 59 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – BFW 329.*

# Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. # Temporalis imperii celsitudo, que orbem terrarum provido munimine moderatur, sacrosanctam ecclesiam ab ipso fidei primordio edictis et favorabilibus constitutionibus premunivit statuens, ut redditis[1] hiis, que sunt cesaris, cesari[1], libera sit ab omnibus gravaminibus tirannorum. Nos autem nostrorum predecessorum vestigia pia sollicitudine imitari volentes iustam petitionem discreti viri Soffredi Pistoriensis episcopi dilecti fidelis nostri benigne admisimus, unde tam ipsum quam ecclesiam sibi commissam sub nostra suscipimus protectione firmiter statuentes, ut ecclesia ipsa cum omnibus ecclesiis per suam diocesim constitutis libera sit ab angariis, parangariis[a] et exactionibus potestatum vel consulum seu comitum civitati Pistoriensi vel episcopatui pro tempore preminentium. Decernimus etiam, ut ecclesie Pratensis districtus, que in Pistoriensi diocesi consistunt, eadem gaudeant libertate et homines de Prato vel comune Pratensium non presumant ipsas ecclesias aliquibus exactionibus pregravare[b]. Item statuimus, ut nulli omnino laicorum liceat a predictis ecclesiis accipere foderum[c] seu collectam vel albergariam. Precipimus insuper potestatibus et consulibus sub debito fidelitatis, ut prefatis ecclesiis nullam in spiritualibus vel temporalibus iniuriam inferant vel gravamen, set earum iura studeant fideliter et utiliter conservare et episcopi querimonias suorumque subditorum recipere diligenter et audire ac illis exhibere et facere plenariam in omnibus rationem. Si autem aliqui hanc nostre imperialis protectionis paginam ausu temerario presumpserint violare, penam sexaginta librarum auri persolvant, medietatem camere nostre et aliam medietatem ecclesiis pretaxatis. Et ut hec protectio nostra inviolata servetur, ipsam iussimus imperialis sigilli robore premuniri. Huius rei testes sunt: Wolfcherus Aquilegensis patriarcha, Corradus[d] Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Iohannes Cameracensis episcopus, Wilglelmus[e] Aquensis prepositus, G(unzelinus) dapifer imperii, pincerna[f] imperii, Monachinus Mediolanensis et Preuide Placentinus imperialis aule iudices et alii quam plures.

---

[a] *so A*
[b] *erstes* e *infolge Faltung stark abgerieben, darüber kleines Loch im Pergament*
[c] *so A*
[d] o *durch Abreibung und kleines Loch in der Faltung beschädigt*
[e] *obere Schrägschäfte des* W *durch Faltung und Loch beschädigt*
[f] *davor Raum für den Vornamen (Walter) freigelassen*

Dat. aput Florentiam anno domince incarnationis millesimo CC° nono, tertio non. decembris, indictione XIII.

(SP.D.)[g]

[g] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

[1–1] *vgl. Mt. 22,21, Mk. 12,17 und Lk. 20,25.*

## *BZ 57.

*Otto gewährt der (Florentiner) Familie T o r n a q u i n c i das Recht, an einem in der Urkunde beschriebenen Teil des Arno, der sich über eine Länge von nahezu einer Meile erstreckt, ein Wehr zu errichten.*

*(nach 1209 Oktober 4, wohl Dezember 3)*

*In den „Memorie della famiglia Tornaquinci" (Florenz, Biblioteca Riccardiana, Ricc. 1885, fol. 4r-4v, nach 1376; vgl. Davidsohn, Forschungen 4, S. 4) heißt es:* … e avevano privilegio da Otto inperadore di potere fare peschaia e edifichare in alchuna parte dell´Arno disengniata in sul privilegio chera di lungheza presso ad uno miglio e non era lecito a niuna persona salvo che a figliuoli de Tornaquinci in su quella parte fare veruna chosa sanza loro parola sechondo quel previlegio …. – *BZ 57.*

## BFW 330.

*Otto nimmt die Bürger der Stadt Lucca in seinen Schutz und bestätigt ihnen eine Reihe von seinen Vorgängern gewährten Rechte.*

*Foligno, 1209 Dezember 12*

*Notarielle Abschrift aus der 1. Hälfte des 14. Jh. im Archivio di Stato zu Lucca, Capitoli 1, p. 45–46 (C). – Abschrift aus der 2. Hälfte des 14. Jh., ebenda, Capitoli 2, p. 12–13 (D).*

*Cianelli in: Memorie e documenti di Lucca 1, S. 204 aus CD = Cantù, Schiarimenti 5, S. 8.*

*Wiesflecker, Reg. der Grafen von Görz 1, Nr. 347. – BFW 330.*

*Die Übereinstimmungen mit DL. III. 47 sind in Petitsatz ausgewiesen.*

# In[a] nomine[a] sancte et individue[b] trinitatis. Otto quartus divina[c] favente clementia Romanorum imperator. # Imperialis excellentie nostre decet eminentiam devotos fidelesque suos[d] clementia respicere et[e] eis[e] pro benemeritis digna munificentie sue[f] beneficia liberaliter impertiri. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos cognoscentes ex privilegiis[g] antiquis antecessorum nostrorum divorum augustorum et ex multimodis obsequiis, que fideles nostri cives Lucenses in primo adventu[h] nostro ipsi[i] maiestati nostre honorabiliter exhibuerunt, ipsos ferventer devotionem ac fidem indefessam[j] ad honorem et exaltationem Romani imperii multis laboribus et expensis semper ostendisse, de imperiali clementia ipsos cum[k] omnibus bonis ac rebus eorum mobilibus et immobilibus in specialem imperialis defensionis[l] nostre[l] protectionem[m] recepimus. Insuper concedimus eis iuxta tenorem privilegiorum suorum et imperiali auctoritate * statuimus, ut nullus hominum nullaque potestas cuiuscumque dignitatis murum civitatis Lucensis[n] antiquum sive novum in circuitu frangere audeat et domos, que infra hunc murum edificabuntur[o] vel[p] iam sunt edificate aut circa in suburbio[q], nullus mortalium aliquo malo ingenio * sine legali iudicio deponere presumat[r]. Volumus etiam et precipimus[s], quatinus imperiale palatium nostrum in ipsa civitate Lucensi vel extra in burgo eorum non edificetur vel

[a–a] Inomine *D*
[b] indiue *D*
[c] divna *C*
[d] *folgt* sua *C*
[e–e] et *irrig nach* eis *eingefügt D,* eis *fehlt C*
[f] sua *C, folgt überflüssig* et *CD*
[g] privillegiis *D*
[h] *mit überflüssigem Kürzungsstrich über* u *D*
[i] ad ipsa *D*
[j] indefensam *CD*
[k] *folgt gestrichen* hon *D*
[l–l] nostre defensionis *C*
[m] patrocinium *C*
[n] Lucane *C*
[o] hedifabuntur *D*
[p] *über der Zeile eingefügt D*
[q] subburbio *C*
[r] *mit überflüssigem Kürzungsstrich über* m *CD*
[s] precepimus *D*

hospitia ibi[t] capiantur[t] vi vel aliqua potestate, de speciali gratia[u] ipsis concedentes, quatinus nulli hominum fodrum aliquod[v] persolvatur, curaturam aliquam seu ripaticum * a Papia usque Romam vel in civitate Pisana vel in eius comitatu. Addimus etiam, ut, si qui homines introierint * fluvium Serculum, * Motronem aut mare cum navi[w] sive[x] cum[y] navibus causa negotiandi cum Lucensibus aut ipsi Lucenses cum eis, nullus hominum eos * molestare[z] aut[aa], cum negotiatores[aa] venerint[bb] a Luna[cc] usque Lucam per stratam, nullus hominum[dd] eos a strata retorqueat aut venire aut recedere prohibeat, sed per omnia et in omnibus veniant usque Lucam securi omni contraditione remota ac[ee] taliter inde recedant[ee]. Precipimus insuper edicto[ff] imperiali, ut ab ipsa civitate Lucensi infra sex miliaria nulla castella sive munitiones edificentur ab aliquo et si alique fuerint edificate[gg] contra hanc nostram prohibitionem[hh], ille nostro et imperii auxilio ac plena nostra licentia[ii] funditus destruantur[jj]. Concedimus et indulgemus, ut, si aliquis horum possessionem alicuius rei per annos XXX habuerit, si autorem vel datorem ostendere potuerit per pugnam aut duellum, inde nulli teneatur respondere, de speciali[kk] gratia omnibus eis indulgentes, ut in foro Sancti Donnini[ll] et in foro Parmensi[mm] plenam licentiam habeant ac libertatem imperiali auctoritate emendi, * vendendi ac res suas quolibet modo comitandi. Interdicimus[nn] quoque ac omnimode[oo] inhibemus perversas * consuetudines a tempore Bonifatii marchionis predictis fidelibus nostris civibus Lucanis graviter impositas, volentes, ut securitates[pp], quas marchiones vel alia quelibet persona cum ipsis aliquando pepigerunt, firme permaneant et rate[qq]. Decernimus[rr] et precipimus, ut nullus omnino[ss] iudex Lombardie aliquod iuditium vel placitum in ipsa civitate Lucana vel eius in burgo aliquo modo exerceat, nisi nostra spetialiter aut familiarissimi nostri imperialis aule cancellarii persona presente. Statuimus itaque, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, * comes, vicecomes, nullus legatus, nuntius noster omnino nullaque persona magna vel parva, secularis et

---

[t–t] capiantur ibi *C*
[u] *über der Zeile eingefügt D, davor zunächst irrig* benignitate
[v] aliquid *C*
[w] nave *C*
[x] sine *D*
[y] *fehlt D*
[z] *danach fehlt wohl* presumat *oder ähnlich CD*
[aa–aa] aut cum ne *wohl auf Rasur D*
[bb] verunt *mit Kürzungszeichen über* u *D*
[cc] Lune *D,* a *aus* e *verb. C*
[dd] *folgt* h *D*
[ee–ee] *fehlt C, so wohl statt* ac taliter videre cedant *D*
[ff] a dicto *D*
[gg] hedificate *D*
[hh] *folgt überflüssig* et *D*
[ii] licentiam *C,* m *mittels Punkt unter der Zeile getilgt*
[jj] *danach in D* inhibendo ne quis mortalium fideles nostros Lucenses
[kk] *folgt* et *C*
[ll] Domnini *C*
[mm] Parmiensi *D*
[nn] Interdecimus *D*
[oo] omnimodis *D*
[pp] *zunächst* securitas *CD, zweites* s *sofort in* tes *verb. C,* te *über der Zeile eingefügt D*
[qq] rata *CD*
[rr] *folgt* quos *D, vielleicht statt* quoque
[ss] *fehlt Kürzungsstrich für erstes* n *D*

ecclesiastica, predictos fideles nostros Lucenses[tt] contra hanc nostram concessionem gravare audeat vel aliquo modo perturbare. Quod si quis attemptaverit, C libras auri[uu] puri[uu] pro pena componat, dimidiam camere nostre et reliquam passis iniuriam. Unde et presentem paginam inde conscriptam[vv] maiestatis nostre sigillo iussimus communiri[ww]. Huius rei testes sunt: Vulfkerus[xx] patriarcha Aquilegiensis, Iohannes episcopus Cameracensis[yy], Henricus Mantuanus episcopus vicarius curie, Iohannes episcopus Florentinus, Robertus Lucanus episcopus, Ildibrandus comes Tuscie, Guido comes Guerra[zz], Menichardus comes[aaa] de Guruis, Ezzellinus[bbb] de Teruisio[ccc], Salinguerra de Ferraria[ddd], Henricus marischalchus[eee] de[fff] Callidin[ggg], Cuno de Mincheben[hhh] et alii quam plures.

# Signum[iii] #

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Tiedicis[jjj] Coloniensis archiepiscopi[kkk] et totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC°VIIII, imperante domino Ottone quarto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno imperii eius primo. Dat. apud Fulgineum per manum Gualterii imperialis aule prothonotarii[lll], II° ydus decembris.

---

[tt] Lucanos *C*
[uu–uu] puri auri *C*
[vv] *fehlt Kürzungsstrich für* n *D*
[ww] *fehlt Kürzungsstrich für erstes* m *D*
[xx] Vulferus *C*
[yy] cancellarius *CD,* episcopus cancellarius *wohl auf Rasur C*
[zz] Gur *mit Kürzungsstrich über* r *CD*
[aaa] *folgt durch Unterstreichung getilgt* Tuscie *D*
[bbb] Ezzallinus *D*
[ccc] Tiruisio C
[ddd] Ferrar *mit Kürzungszeichen über* ar *D*
[eee] mariscalchus *C*
[fff] di *D*
[ggg] Calidin *C*
[hhh] Minchebe *mit nicht eindeutigem Kürzungzeichen über* be *D*
[iii] *so D*
[jjj] Tedicis *C*
[kkk] archepiscopi *D*
[lll] prothonotarius *D.*

## BFW 331.

*Otto nimmt nach dem Vorbild Kaiser Heinrichs VI. die bischöfliche Kirche von C h i u s i in seinen Schutz und bestätigt ihr die Stadt Chiusi mit ihrem Gerichtsbezirk sowie weitere Gerichtsrechte und Besitzungen und setzt das Fodrum für die Bewohner der Stadt in derselben Höhe wie für die anderen Städte Tusziens fest.*

*Foligno, 1209 Dezember 13*

*Notarielle Abschrift von 1328 VII 24 im Archivio di Stato zu Orvieto, Archivio storico comunale, Diplomatico comunale, B 1 (C).*

*Böhmer, Acta S. 765 Nr. 1069 aus C. – Fumi, Cod. dipl. d´Orvieto 1, S. 56 Nr. 81 aus C. – Winkelmann, Acta 2, S. 1 Nr. 2 aus C.*

*Manente, Historie S. 94 (Erwähnung). – Gregorovius, Geschichte der Stadt Rom 5, S. 86. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 60 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Rekognition). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 147. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 210. – Ciacci, Gli Aldobrandeschi 2, S. 93 Nr. 274. – Wiesflecker, Reg. der Grafen von Görz 1, Nr. 348 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und auszugsweise der Rekognition). – BFW 331.*

In[a] nomine[a] sante[b] et individue trinitatis. Octo quartus divina favente[c] clementia Romanorum imperator et semper augustus. Si locis deo dicatis et personis ecclesiasticis imperialis excellentie nostre munificentiam[d] impendimus ipsorumque paci et quieti studemus sollerter[e] intendere, ad utriusque nostre vite statum feliciorem apud creatorem omnium id nobis maxime profuturum speramus. Eapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos ad imitationem antecessorum nostrorum divorum augustorum et specialiter Heinrici sexti Romanorum imperatoris[f] divi[g] augusti ecclesiam Clusinam et episcopum eius cum universis fratribus presentibus et futuris in specialem maiestatis nostre protectionem recepimus iuxta tenorem privilegiorum[h] eorundem imperatorum concedentes eis et confirmantes civitatem Clusinam totamque et plenam eius iurisdictionem et districtus cum omni iure, quod habent in fluvio Clanis, sicut[i] tempore ipsius imperatoris Heinrici sexti dignoscuntur iuste habuisse, ius quoque, quod habent in castro Puteoli et tota curte et suo districtu a fluvio Clanis usque ad lacum, et in castello Colliani et eius curte et suo districtu, monasterium sancti Benedicti situm iuxta fluvium Tresa cum omnibus suis pertinentiis, ius etiam, quod habent in castello Muntolle cum curte et suo districtu et aquis, terris et molendinis eis pertinentibus, monasterium sancti Petri in Campo cum omnibus ad eandem ecclesiam pertinentibus omnesque possessiones, quas habent in valle Vrsia et a Sartiano usque Radicophanum, curtem de Bungiano cum castello de Potentino et toto eius districtu, dimidium castelli de Montegiuoui cum tota curte et districtu suo, item omne ius, quod habent in castro Montis Latronum, in castello de Plano, in Archidoxo et in castro sancte Flore. Hec itaque omnia imperiali auctoritate predicte

[a–a] In nomine *in vergrößerter Schrift C*
[b] *so C*
[c] fluente *C*
[d] a *aus* e *verb. C*
[e] *zweites* e *verb. C*
[f] imperator *C*
[g] dividi *C*
[h] p(ri)villio(rum) *mit Kürzungsstrich C*
[i] sicud *C*

ecclesie Clusine, episcopo et fratribus, qui nunc sunt vel pro tempore in futurum ibi erunt, in perpetuum tenenda confirmamus salva imperiali iustitia, volentes et precipientes, ut homines civitatis Clusine fodrum imperiale tale dent et persolvant, quale homines aliarum civitatum Tuscie illud persolvent, et amplius inde non graventur. Ipse quoque Clusinus episcopus et ecclesia Clusina ac ipsius fratres universa, que nunc iuste habent vel in posterum dante[j] domino iusto acquisitionis titulo poterunt adipisci[k], in perpetuum quiete teneant et possideant. Statuimus itaque et sancimus, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla civitas, potestas[l], nullum commune, nullus nuntius vel legatus noster nullaque persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, contra hanc nostram pragmaticam sanctionem eandem ecclesiam Clusinam, episcopum et fratres presentes et futuros aliquo modo gravare audeat vel perturbare. Quod si quis attemptaverit, LX libras auri puri pro[m] pena componat[n], dimidium camere nostre et reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: dominus Vulferus Aquiliensis patriarcha, Guilielmus Aquensis prepositus, Gualterius imperialis aule prothonotarius, comes Mainardus de Corz et Yzilinus de Teruisio, Gunzelinus dapifer, Heinricus marescalcus de Calendin et alii quam plures.

Signum[o] domini Octonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theoderici Coloniensis archiepiscopi et totius[p] Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CCVIIII°, indictione XIII, imperante domino Octone quarto Romanorum imperatore gloriosissimo[q], anno imperii eius primo; dat apud Fulgineum idus decembris[r].

---

[j] *C wohl irrig* donante *(verb.)*
[k] adhypisci *C*
[l] *von derselben Hand über der Zeile nachgetragen C, davor wohl* nulla *oder* vel *zu ergänzen*
[m] *fehlt C*
[n] compenat *C*
[o] sigillum *C*
[p] *folgt* ytotius *C (verderbt statt noch einmal irrig* et totius*)*
[q] *erstes* s *verb. C*
[r] decenbris *C, kaiserliches Wachssiegel SP.2. laut C.*

## BZ 38.

*Otto nimmt das Kloster S. Maria zu F a r n e t a mit allen Besitzungen in seinen Schutz und gewährt ihm eine Verjährungsfrist von 50 Jahren.*

*Foligno, 1209 Dezember 13*

*Original, 365 (–375) + 42 x 443 (–453) mm, im Archivio dell'Abbazia Monte Oliveto Maggiore, Diplomatico Farneta-Rapolano 3 (A).*

*Felici, L'abbazia di Farneta in Val di Chiana S. 38 erw. – Volpini in: Rivista di storia della Chiesa in Italia 22, S. 319 Anm. 8 erw. – Baaken in: DA 31, S. 520 erw. – BZ 38.*

*Als Vorurkunde diente das Diplom Heinrichs VI. Böhmer – Baaken 564.*

(C.) # In nmine[a] sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum[b] imperator et semper augustus. # Cum ob eius reverentiam et dilectionem, a cuius inmense pietatis fonte cursu inmarcessibili[c] bona cuncta derivantur[d], iustis postulantium votis et piis desideriis inclinamur et locis deo dicatis et personis divino destinatis obsequio pacem et tranquillitatem propensius disponimus observandam, ad temporalem vitam et labentis temporis caducam et momentaneam institutionem hoc nobis utile et salubre esse credimus et ad eterne fructuosum premia felicitatis. Qua sane consideratione habita universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris notum facimus, quod nos divine intuitu remunerationis Iohannem sancte Marie de Farnetam[e] abbatem et eius successores ipsumque monasterium et personas deo inibi famulantes cum omnibus bonis suis et rebus et possessionibus, quas ipsum monasterium in presentiarum iuste possidet et legitime vel imposterum domino concedente poterit adipisci, sub maiestatis nostre suscepimus tuitionem confirmantes eis, quicquid in privilegio predecessoris nostri Conradi Romanorum imperatoris divi augusti ipsi monasterio de Farneta et fratribus suis concessum liquet et confirmatum: in primis castrum de Farneta, in quo ipsum monasterium situm est, curte[f], que Casa maior dicitur, cum pertinentiis suis ab Urso et Griffone ipsius loci fundatoribus eidem monasterio oblatam, in Castro Felicitatis ecclesiam sancti Michaelis archangeli cum pertinentiis suis, in comitatu Perusino[g] ecclesiam sancti Andree cum pertinentiis suis, ecclesiam sancti Michaelis cum pertinentiis suis et curtem illam, que Paterno dicitur, et terram illam, que intra civitatem Clusinam et extra ad iam dictum monasterium dignoscitur pertinere. Ad hec quoque monasterio prenominato et eius fratribus confirmamus medietate[h] curte Corfeiani, monasterium[i] sancti Archangeli iuxta lacum Perusinum cum suis pertinentiis, ecclesiam sancte Marie in Ualle in civitate Perusii cum suis pertinentiis, ecclesiam sancti Paterniani in Riuocauo cum suis pertinentiis, ecclesiam sancti Georii[j] de Castellione Aretino cum suis pertinentiis,

---

[a] *so A*
[b] *zweites* m *mit dunklerer Tinte aus* o *verb.*
[c] *so A statt* immarcescibili, inmacersibili *VU*
[d] u *(für* v*) mit dunklerer Tinte verb.*
[e] *so A statt* Farneta
[f] *so A statt* curtem
[g] ino *durch Loch in der Faltung zerstört*
[h] *so A statt* medietatem
[i] u *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[j] *so A und VU*

ecclesiam sancti Blasii de Ronciano[k] cum suis[l] pertinentiis et[m] omnes[m] possessiones quondam Guinelli de Ronciano, ecclesiam sancti Bartholomei de Curte, ecclesiam sancti Petri de Cociano, ecclesiam sancti Donati de Luciniano, ecclesiam et castellum sancti Blasii de Fasciano cum eorum pertinentiis et possessiones de curte et ecclesias Petrognago cum earum pertinentiis, monasterium sancti Cornelii cum suis pertinentiis, ecclesiam * Bartholomei de Paziano et ecclesiam sancti Marcelli cum earum pertinentiis. Insuper volumus superaddi ecclesiam sancte Marie, que sita est super murum civitatis Clusine de intus, et omnia *, que * habet in Cortona et eius curia, et precipue illud, quod habet in porta Pezi Uerrandi, et Mitiano cum omnibus pertinentiis suis, et omnia, que habet in Cinignano et in eius curia, et ut nulla prescriptio possit ei opponi nisi quinquaginta annorum. Hec omnia et quicquid sepedictum monasterium et fratres ipsius tam in decimis quam hominibus habent et possident vel ubicumque in antea acquirere potuerit[n] et iuste, perpetua eis stabilitate confirmamus et presentis pagine patrocinio communimus statuentes et imperiali edicto firmiter precipientes, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, comes, marchio, vicecomes, capitaneus, nulla civitas, nulli consules, nullum commune, nullus rei publice minister nullaque persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, hoc nostre sublimitatis edictum audeat infringere vel ipsum monasterium aut eius homines iure alieno et aliqua illicita exactione molestare[o]. Si quis vero huius nostre constitutionis violator temerarius extiterit, pro pena transgressionis sue auri puri centum libras componat, quarum medietas camere nostre inferatur, reliqua pars monasterio, cui dampnum intulit, persolvatur. Ad cuius rei certam imposterum evidentiam hanc divalem paginam conscriptam maiestatis nostre sigillo iussimus[p] communiri. Huius rei sunt testes: dominus Vulferus Aquilegiensis patriarcha, dominus[q] Conradus Spirensis episcopus[r] imperialis aule cancellarius, Guilielmus Aquensis prepositus[s], comes Maginardus de Corz, Henricus marescalcus de Calendin et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi[t]. # (M.)[u]

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule[v] camcellarius[w] vice domini Teoderici Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicamcellarii[x] recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CC°VIIII°, indictione XIII, imperante domino Ottone quarto Romanorum imperatore invictissimo, anno imperii eius primo. Dat. apud Fulgineum idus decembris.

(SP.D.)[y]

---

[k] *auf Rasur*
[l] *auf Rasur*
[m–m] *auf Rasur*
[n] *so statt* potuerint
[o] *nach* st-*Ligatur irrig* t *eingefügt*
[p] *langes* i *am Anfang aus kurzem* i *verb.*
[q] *danach Loch in der Faltung*
[r] ps *und Kürzungszeichen durch Faltung beschädigt*
[s] *erstes* p *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[t] vic *durch Fleck beschädigt*
[u] *mit dunklerer Tinte von Hand des OA eingetragen*
[v] *durch Fleck beschädigt*
[w] *so A, erstes* c *durch Fleck beschädigt*
[x] *so A*
[y] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

# BFW 332.

*Otto bestätigt dem Bischof Robert von Lucca und seinen Nachfolgern die Besitzungen und Rechte seiner Kirche.*

*Foligno, 1209 Dezember 14*

*Original (stark beschädigtes Fragment), 721 x 275 (–282) mm, im Collegium Germanicum-Hungaricum zu Rom, FAV / U Nr. 165 (A). – Nachzeichnung (beschädigt) aus der Mitte des 13. Jh. im Archivio storico diocesano zu Lucca, Diplomatico Arcivescovile, Privilegi 16 (B). – Abschrift des 14. Jh. im Liber + (Liber privilegiorum episcopatus Lucensis) im Archivio storico diocesano zu Lucca, Biblioteca arcivescovile 31, p. 8–10 (C). – Insert in der Originalurkunde Karls IV. von 1355 II 15 (Böhmer – Huber 1990; D), heute verloren, davon notarielle Abschrift von 1356 IX 4 im Archivio di Stato zu Lucca, Diplomatico Tarpea 1355 II 15 (D´).*

*Bertini in: Memorie e documenti di Lucca 4/1, App. S. 56 Nr. 30 aus Abschriften der Urkunde Karls IV. von 1355 II 15.*

*Bertini in: Memorie e documenti di Lucca 4/1, S. 123 (Erwähnung mit Textauszügen). – Tommasi in: Archivio storico Italiano 10, S. 23 (Erwähnung). – Zimmermann, Acta Karoli IV. imperatoris inedita S. 15 Nr. 7 (Erwähnung). – BFW 332.*

*Das Original liegt heute nur mehr in außerordentlich stark beschädigter Form vor. Das rechte Drittel der Urkunde – rechts der zweiten Längsfalte – wurde komplett abgeschnitten. Während alles, was in A noch lesbar ist oder sich aus den noch vorhandenen Buchstabenfragmenten zweifelsfrei erschließen lässt, ausschließlich nach A ediert wurde (ohne Varianten der kopialen Überlieferung anzugeben), waren die völlig unleserlich gewordenen Stellen des noch vorhandenen Pergaments sowie der Text des fehlenden rechten Drittels nur mehr nach der kopialen Überlieferung zu edieren. Dabei wurden die durch eckige Klammern gekennzeichneten Ergänzungen vorzugsweise der ältesten Überlieferung B entnommen und die Varianten von C im Anmerkungsapparat verzeichnet. Allerdings liegt auch B heute nur mehr in stark beschädigter Form vor, in der rechten oberen Hälfte sind Teile des Textes durch ein großes Loch im Pergament verloren gegangen. Dieser Beschädigung zum Opfer gefallene Stellen, die auch im Original fehlen, konnten nur noch nach C ergänzt werden.*
*Als Vorurkunde diente Böhmer – Baaken 365.*

(C.) # In nomine sancte[a] et individue[a] trinitatis. Octo quartus divina fave[nte clementia Romanorum imperator et semper augustus]. # Inclinari iustis precibus nostra [no]vit benignitas et imperialis [clement]ia sibi fideliter servientibus semper benefacere [con]suev[it], presertim h[is manum sue largitatis[b] Romanum impendit imperium, quos ex fidei sue sinceritate cognoscit devotos et prerogativa devotionis[c] digne constat] honorandos. Eapropter, karissime fidelis Ruberte L[ucensis episco]pe, tuam [cir]ca Romanum imperium fidelitatis devotionem plenissime cognoscentes et tuis iustis [petitionibus imperiali[d] * clementia annuentes piissimorum[e] antecessorum nostrorum[f] augustorum exempla secuti pro remedio anime nostre et salute anima]rum patris et matris nostre, a quibus feliciter edu[ca]ti sumus, [ti]bi [tu]isque successoribus habenda et possidenda largimur, concedimus et donamus siv[e ex patrimonio seu etiam quovis acquisitionis ordine predia, curtes, villas, castella, arces et alias possessiones, quarum dignum duximus voca]bula huic nostre concessionis et firmitatis privilegio annotand[a]. Inprimis ergo ponim[u]s episcopium, ecclesiam et canonicam sancti Mart[ini, abbatias, xenodochia[g], plebes baptismales, monasteria, cappellas, canonicas, ecclesias Lucani episcopatus cum omni clero, curtem propriam in

---

[a–a] *durch Einrisse des oberen Randes beschädigt A*
[b] benignitatis *C*
[c] dilectionis *D´ und VU*
[d] imperialis *BC, möglicherweise fehlt danach* pietatis *(vgl. VU)*
[e] premissorum *C*
[f] *fehlt D´*
[g] zenodachia *C*

civita]te cum palatio et famulis ac factitiis utriusque sexus simulque [c]um omnibus suis pert[inentii]s, [curtem] quoque Lucensem cum suburbanis et viculis suis ac m[ansis[h] et terras[h], ubicumque ad eam fuerint pertinentes, id est villa, que dicitur Suburbanum, cum aquariis et piscationibus aquarumve decursibus, ecclesiam] vero et pr[atu]m, quod dicitur sancti Columbani, ecclesiam s[ancti Petri] * Somaldi, cum omni sua pertinentia, plebem de Lun[ata] cum terris et aliis episcopatui pertinentibus et iustitiam [de Carignano et reliqua, que ad eandem curtem Lucensem pertinere videntur, curtem quoque, que vocatur Marlia, cum plebe et ecclesia sancti Terentii[i] et cum omnibus] mansis et terris, [silvis, pratis, vineis, aquis, piscationibus, venationibus, * placito et districto, cultis] vel incultis, f[amu]lis atque aldiis ad iustitiam faciendam [et legem cum omni pertinentia sua, insuper montem, qui vocatur Moriano, cum duobus castris ad iustitiam et legem faciendam[j] * gubernandamque per te] et per tuum [nuntium[k] ita, sicut nos vel noster nuntius agere debuissemus, a loco] videlicet, [qui dicitur Saxis[l], usque ad montem Bonelli[m] et a fluvio Serclo usque ad[k] Montem Catinum cum[n] silvis, pratis, ripis[o], aquariis aquarumve decursibus[p] seu[p] alveolis[q], * salectis, piscationibus, sationalibus cultis vel incultis, et terram], que dicitur Cerbaiola seu Vallebuia, q[ue ex agresti ad] fecundi[tatem] reducta est, castrum et curtem, que voca[tur Aquilea[r], cum omni pertinentia sua ad iustitiam et legem faciendam, sicut superius dicitur, castrum etiam, quod dicitur Fundagnum, cum omnibus ad illud ubicumque pertinentibus eodem modo ad iu]stitiam faciendam [necnon arcem] de De[cim]o et cu[rtem] cum passagio tam in Decimo quam in M[oriano cum] omni sua p[ertinent]ia s[imi]l[iter a]d legem * faciendam, [medietatem castri et curtis de Valiuo superiori cum omni sua pertinentia ad[s] iustitiam faciendam[s], que[t] comperta tibi obvenit, similiter arcem de Sala, cum burgo et] cappella atque plebem de castello cum pascuis et pratis, ripis, molendinis, pisc[ationi]bus, sa[tiona]libus, vineis, te[rris] cultis vel [incultis, vi]llam L[iuing]nano[u] [videlicet atque aliis albergariis cum omni pertinentia sua similiter ad legem faciendam, curtem his adicimus, castrum, quod vocatur Barellia[v], et curtem de Piscia cum mansis et] manentibus et omni sua pertinentia et integram portionem de castro Petrabogola et eo[ru]m usibus similiter ad iustitiam faciendam, plebem quoque de Villa Basilica et to[tam eandem terram cum fodro et villis ad eam pertinentibus eodem modo ad iustitiam faciendam, castrum, quod vocatur Mons[w] Catini, et curtem, videlicet sextam partem cum sua pertine]ntia ad iustitiam faciendam,

---

h–h *so BC statt* mansis et terris *VU,* mansos et terras *DF. I. 430*
i Tarentii *C,* Terrentii *D´*
j *folgt* regendam *VU, fehlt BC*
k–k nuntium – ad gesamte Zeile stark abgerieben, vereinzelte Oberschäfte erkennbar
l Saxus *D´*
m Bonellum *D´*
n *folgt* pascuis *D´*
o *so wohl B, nach Loch im Pergament* pis *noch sichtbar, fehlt C*
p–p *fehlt C*
q *folgt* molendinis *C*
r Aquileia *D´*
s–s ad – faciend *durch Loch zerstört B, danach* am *noch sichtbar,* ad – faciendam *fehlt C*
t *folgt* ex *BC*
u Liuignano *D´*
v Barelgia *D´*
w *B irrig* Montem, Montiscatini *C*

medietatem castri de Monte Somano et de Gr[e]foles[co][x] ad ius[titia]m f[acien]d[am, similiter] quoque mediet[atem] castri de Ficeclo cum tri[bus portionibus de Saramathano[y], que predecessori tuo emptione provenit, sicut in publicis perspeximus instrumentis, atque medietatem de curte de Cappiano si]ve in terris seu in aquis sive in portu de Arno cum omnibus etiam t[erri]s, que sunt in Valle Arni, et cum omnibus ad easdem [curtes] per[tinent]ibus, placito videlicet, [tri]b[uto, redditu et districto, prout in predictis continetur instrumentis, castrum etiam de Capiano[z] cum districtu suo, preterea castrum sancte Marie, quod voca]tur Ad Montem, ad iustitiam et legem faciendam, [r]egendam [gubernandamque[aa] per te et] per tuum n[unti]um [ita], sicut nos vel noster nuntius agere debuiss[em]us, [a loco] videl[icet, qui dicitur Catiana, usque ad buccam de Vinciano et in Cerualia[bb], Tonole et Staffile usque ad locum, qui dicitur Gallenum, et deinde usque ad burgum, qui similiter dicitur Gallenum], cum silvis, villis, pascuis, ripis et aquarum alveolis [atque decur]sibus, pis[cationi]bus, venationibus, molend[ini]s, sale[ct]is, s[ationa]libus, terris [cultis vel incultis atque agrestibus, cum omnibus etiam consuetudinibus et usibus omnium hominum ad eandem curtem pertinentibus atque omni sua pertinentia, tertiam partem castri[cc] * , quod vocatur Mons Cal]ui, cum curte de Vinciano, que fuit R[ain]erii[dd] filii quondam B[im]e[ee], quam cum omni pertinentia sua sive in terris sive in aquis predecessor [tu]us compar[avit, similiter] ad [iustitiam faciendam, castellum et curtes de Planethore cum ecclesiis et villis, cum omni sua pertinentia et iustitia facienda, castrum vero sancti Ceruascii[ff] cum omnibus] suis pertinentiis et solito usu [atque][gg] illius loci [con]suetudine similiter ad [iustitiam] f[acien]d[am, castellum[hh] et curtem, que vocatur Pratillione, cum omni sua pertinentia et iustitia facienda, castrum et curtem Montis Topori[ii] cum omnibus eiusdem pertinentiis, silvis, villis, mansis, manentibus, pratis, pascuis, ripis, plagiis et aquarum alveolis, piscationibus, vena]tionibus, molendinis, salectis, sa[tiona]libus cultis vel incul[tis] et soli[to usu atque] illius loci consuetudine similiter ad [iustiti]am et legem faciendam, castella [et curtem de Colleoli, Cerretulo[jj] et de Vsilliano cum omni eorum pertinentia, que omnia predecessor tuus comparavit, medietatem quoque castri et curtis, quod vocatur Palaia, cum omni sua pertinen]tia, castrum de Tempi[a]no [cum omni sua pertinentia et castrum de Toiano], castrum quoque de Colle Karli [cum omnibus pertinentiis] suis, partem castri et [curtis, quod vocatur Furcule[kk], cum suis adiacentiis, podio videlicet sancti Martini, silvis, pratis, pascuis, aquariis, venationibus, terris cultis et incultis et eius pertinentiis, curtem Campanole et castrum], quod dicitur

---

[x] *so B,* Groffolescho *C und VU,* Grofolesco *D´*
[y] Saramatano *D´*
[z] Cappiano *D´*
[aa] *so C und VU,* gubernandam *B*
[bb] *so B,* Ceruaria *CD´ und VU*
[cc] *folgt* et curtis *C und VU*
[dd] *so B,* Raynerii *CD´ und VU*
[ee] *Lesung in BC unsicher, viell. auch* Bune*,* Bu%one *D´*
[ff] *so B,* Ceruasii *CD´,* Geruasii *VU*
[gg] *so VU, fehlt AB,* aque *C*
[hh] castrum *C*
[ii] *so B,* Topoli *C und VU*
[jj] Ceretulo *C*
[kk] Forcule *D´*

Feg[ataia, atque omni eorum pertinentia cum iustitia facienda, curtem[ll] Montis[mm] Culaccii[nn] cum omni sua pertinentia et iustitia] facienda[ll], partem castri [et curtis de Ceuli cum suis adiacentiis et iustitia facienda, curtem de Solaria cum adiacentiis et * iustitia, curtem et castrum, quod vocatur Stolianum[oo], cum omni pertinentia sua et iustitia, partem] quoque castri de Alig[a], plebem vero [et curtem] de Milliano cum mansis et silvis et [iustitia, pratis[pp]], pascuis et cum terra, que dicitur G[on]fo, et [eorum omni pertinentia et albergaria, castrum vero, quod Lauaianum dicitur, cum albergariis et eius pertinentia atque iustitia, castrum autem et curtem, que vocatur Acqui[qq], cum omni sua pertinentia et iustitia, ca]strum insuper, quod dicitur Mons de Castello, cum curte, * villis scilicet Perignano, * Tauelle, silvis, pascuis, [pratis], venationibus et omni sua pertinentia atque [iustitia, que predecessor tuus comparavit ab abbate de Sirena[rr], terram etiam ad Collem Karelli[ss] et de Spessetulo[tt], curtem etiam de Quinto cum ecclesiis, que est in comi]tatu Florentino, cum omnibus adiacentiis suis, villam quoque, que vocatur M[eogna]no, in comitatu Senensi cum ecclesia sancti Petri et omnibus suis adiacentiis. Iure etiam [imperiali absolvimus familiam Lucani episcopatus et omnes habitantes in domibus vel prediis beati[uu] Martini Lucani episcopatus ab omni angaria et omni scuffia], ab omni tributo et redditu et ab omni usu Lucensium consulum vel alterius potestatis. Omnes insuper m[anen]tes libellarios et tenitores prelibati epis[copatus tibi Ruberto Lucano episcopo tuisque successoribus ad distringendum et iustitiam faciendam plenius concedimus. Ad hec precipientes interdicimus], ut nulla nostri imperii mag[na parva]que persona oblationum p[ar]tes, que vel ad altaria matricis ecclesie vel ad vultus sacrarium offeruntur, sicut easdem [partes predecessores tui habuisse noscuntur, presumat[vv] invadere aut de bonis episcopatus tibi tuisque successoribus violenter auferre[ww]. Quin etiam cunc]tis superius nominatis possessionibus[xx] adicimus [arcem] de [Verr]uch[i]a, que sita est in alpibus, volentes et firmiter [iniun]gentes, ut nostro imperiali iussu [absque obstaculo et contradictione omnium hominum licenter liceat tibi prelibato Ruberto[yy] episcopo tuisque successoribus edificare castra et curtes et] edific[ia] l[o]c[are] ubique in omnibus locis tu[i episcopatus. Nos itaque pro dei timore nostreque anime reme]dio [atque, ut superius prefati sumus], pro salute ani[marum patris et matris nostre huius nostri imperialis precepti roboratione necnon sub nostri nominis auctoritate nostrique mundiburdii defensione tibi tuisque suc]cessoribus iure proprio in perpetuum [omnia supradicta donamus], concedimus [atque subnixa stipulatione firmam]us. Ad [augmentum quoque gratie nostre statuentes firmiter iubemus, ut de cetero

---

[ll–ll] curtis Mo *[folgt Loch im Pergament]* facienda *B,* curtem – facienda *fehlt C, wohl infolge Auslassung einer Zeile*

[mm] Mo[ntis – iustitia] *hier ergänzt nach D´, fehlt ABC*

[nn] Calcarii *VU,* Culiacii *DF. I.430*

[oo] *so B,* Folliam *D´,* Scolianum *VU*

[pp] pratris *irrig C*

[qq] Aqui *C*

[rr] Siren *m. Kürzungsstrich über* n *B,* Serena *C,* Syren *mit Kürzungsstrich über* n *D´*

[ss] *so B,* Carelli *C und VU*

[tt] *so B,* Spossetulo *D´,* Spesetulo *VU*

[uu] sancti *D´*

[vv] *mit überflüssigem Kürzungsstrich über* u *B*

[ww] aufferre *B*

[xx] *so A, mit* us-*Haken an erstem* s, *vielleicht für* ss

[yy] Roberto *D´*

nullus archiepiscopus, non episcopus, non dux vel marchio, non comes vel vicecomes, nulla pote]stas vel capitaneus, nulla [civitas], non consules vel [rectores nullaque] ecclesiastica secularisve persona regni nostri magna vel par[va in domibus iuris ecclesie sancti Martini, in bonis et possessionibus et omnium ecclesiarum episcopatus eiusdem aliquid pignorare[zz] vel eas ad placitum ducere] aut aliquam iniustitiam[aaa] exactionem [exi]gere, molest[are] et inquietare aut divestire[bbb] pres[umat][ccc]. Si quis vero huius nostre [auctoritatis edictum ausu temerario violare presumpserit, quinquaginta libras purissimi auri se pro pena compositurum cognoverit[ddd], dim]idium fisco nostro et dimidium p[redicto episcopo] et sue [ecclesie]. Ut autem hec [verius credatur et ab omnibus inviolabiliter conservetur, presentem paginam scribi et sigillo nostro iniunximus[eee] premuniri.]

# Signum domini Octonis quarti Romanorum imperatoris invictis[simi. # (M.)]

Hacta sunt hec anno ab [incarnatione] domini [MCC[fff] nono], indictione XII, imper[an]te domino Octone qu[arto[ggg] Romanorum imperatore gloriosissimo[hhh]], anno imperii [eius primo]. H[uiu]s rei tes[tes sunt]: Volf[erius][iii] A[quilegensis patriarcha[jjj], Loct]arius[kkk] Pisanus [archiepiscopus, Iohannes Florentinus episcopus, Gualteroctus[lll] Lunensis episcopus], Henrigus mariscalcus de Calendin[mmm], A[cz]o[nnn] [marchio Estensis], Aczolinus de T[eru]isio[ooo], [Cun]selinus dapifer, Albertus et Pass[aguerra Mediolanensis imperialis aule iudices et alii quam plures].

Ego[ppp] Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Thoderigi[qqq] Coloniensis ecclesie archiepiscopi et [totius[rrr] Italie archicancellarii[sss] recognovi. Dat. apud Fulginium nono decimo kalendas ianuarii[rrr].]

---

[zz] pygnorare *m. Kürzungsstrich über* py *B*
[aaa] *so A statt* iniustam *BCD´ und VU*
[bbb] *so A*
[ccc] *mit überflüssigem Kürzungsstrich über* u *B*
[ddd] congnoverit *BD´*
[eee] iniuncximus *B*
[fff] *so vom zur Verfügung stehenden Raum her wohl A,* millesimo ducentesimo *B*
[ggg] *so wohl A,* qu *stark abgerieben, fehlt BC*
[hhh] *fehlt C*
[iii] Wolframus *D´*
[jjj] *folgt in BC nach* Gualteroctus Lunensis episcopus*, hierher zu setzen, entsprechendes Verweiszeichen fehlt BC*
[kkk] Luctarius *D´*
[lll] Gualterotus *C,* Gualterocus *D´*
[mmm] *so A mit Kürzungszeichen über zweitem* n
[nnn] Azo *C,* Acto *D´*
[ooo] *D´ Lesung unsicher, wohl* Truiisio
[ppp] *gesamte Rekognition fehlt BC*
[qqq] *so wohl A, stark abgerieben*
[rrr–rrr] totius – ianuarii *ergänzt nach D´, fehlt ABC*
[sss] arcancellarii *D´, fehlt ABC.*

## BFW 333.

*Otto nimmt nach dem Vorbild Kaiser Friedrichs I. und König Heinrichs VI. die bischöfliche Kirche und das Domkapitel von Lucca in seinen Schutz, bestätigt ihr die von den Genannten gewährten Besitzungen und Rechte und erlaubt ihr darüber hinaus, ihre Leute mit Pachtzins zu belegen.*

*Foligno, 1209 Dezember 14*

*Original, 615 + 29 (–33) x 529 mm, im Archivio storico diocesano zu Lucca, Diplomatico Capitolare, CC 16 (A).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 27 Nr. 34 aus A. – Romiti – Tori, I documenti S. 103 Nr. 1 aus Originalurkunde Karls IV. von 1355 II 4.*

*Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 62 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – BFW 333.*

*Als Vorurkunde diente die Urkunde Heinrichs VI. vom 8. September 1186 (Böhmer – Baaken 16), die dieser noch zu Lebzeiten seines Vaters als König ausstellte.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. # Si sacrarum ecclesiarum pertinentia nostri regalis precepti iuvamine et roboris confirmatione stabilimus, eterne nos remunerationis premiis ascribimus. Regalis namque dignitatis excellentiam, que adprime colitur, potissimum condecet devotos fidelesque viros in eorum dignis petitionibus pro studiosi famulatus devotione exaudire et frequenter plurimis dignitatum honoribus sublimare. Quapropter prece et interventu venerabilium fratrum nostrorum Lucensis ecclesie canonicorum divi * Federigi Romanorum imperatoris et Henrigi regis imitabile exsecuti exemplum nostre regie benignitatis auctoritate firmamus ac presenti precepti nostri pagina statuimus, ut ecclesia beati Martini[a], que caput est Lucensis episcopatus, ac sacrarium Sanctissimi Vultus et oblationes eiusdem ecclesie, claustrum etiam et canonicorum persone deo et beato Martino inibi pro tempore militantium cum rebus eorumdem et ceteris ad ecclesiam vel claustrum quocumque modo pertinentibus et hospitale eiusdem ecclesie beati Martini sub nostra defensione et mundiburdio permaneant. Curtem etiam de Fibiala cum placito et districto aliisque rebus, quas in eadem curte habent vel in antea habituri sunt, quam Gualdus et uxor eius Gisla pro remedio anime sue deo et beato Martino dederunt, et curtem de Massagrosi cum placito et districto et cum suis manentibus, qui sunt Montisciano, Gualdo, Riscetro[b], et in aliis locis, silvis, pascuis, pratis, paludibus, sepibus, rivis et rivorum ductionibus per vias et campos et aqueduciis[c], cum fauce Colobrarie infra lacum, quantum iactus est dámmare[d], venationibus et marinis piscariis, cum Tumulo etiam ad utendum et fruendum et forestandum a Sepe Arsa usque ad Bothas, quam curtem Berta regalis pro remedio anime sue et suorum deo et canonice ecclesie beati Martini obtulit, et tertiam curtem sancta Petronilla nomine cum manentibus XXI in Massa Macinaria cum placito et districto, aquis aquarumque decursibus et aqueduciis[e] per campos et vias omnibusque rebus ad eandem curtem aliquo modo pertinentibus, et omnem possessionem, quam habet predicta ecclesia sancti Martini in Scopiccio cum rivis et aquarum decursionibus

[a] *in Majuskel*
[b] Riscetoro *VU*
[c] *so A*
[d] *so A und VU, wohl statt* de a mare
[e] *so A*

et aqueduciis[f] eiusdem loci una cum casis et sediminibus infra urbem Lucam et extra, campis, terris, vineis, pratis[g], pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, montibus, vallibus planitiebusque, servis, ancillis, aldionibus et aldiabus et cum omnibus manentibus eorum, ubicumque sunt, cum placito et districto ipsorum, cum possessione etiam, quam habent in Cerbaria, sicut olim fossis circundata est, cunctisque rebus ac familiis et omnibus, que modo habent vel in antea deo adiuvante habituri sunt, nostro precepto predictis canonacis[h] eorumque successoribus concedimus, confirmamus et corroboramus, adicientes insuper, ut liceat vobis auctoritate nostra homines vestros affictare, sicut faciunt nobiles viri Lucensis episcopatus, statuentes et precipientes, ut nullus episcoporum, nullus dux, marchio, comes, vicecomes, nulli consules, nulla potestas neque aliqui civitatis officiales nullaque in nostro regno degens magna vel parva persona iam dictos canonicos in ecclesia beati Martini vel claustro aut alibi inquietare vel molestare seu datum vel collectam violenter aufferre audeat aut[i] de prefatis[j] curtibus et placito et districto eorum et predicto Tumulo forestando, utendo, fruendo aliisque rebus ac oblationibus disvestire aut invasionem seu ullam exactionem facere presumat aut de rebus eorum propriis seu communibus vel ex familiis se intromittere temptet salva[k] regia et imperiali auctoritate[k]. Si[l] quis igitur huius nostri precepti violator extiterit, sciat se compositurum[m] auri optimi libras C, medietatem camere nostre et medietatem canonacis[n], qui eo tempore fuerint. Quod ut verius credatur, presentis privilegii paginam fecimus inde conscribi et nostre maiestatis sigillo insigniri. Cuius rei testes sunt: Wolfogerus[o] patriarcha Aquil(egensis), Lotharius Pisanus archiepiscopus, Heinricus Mantuanus episcopus, Iohannes episcopus Florentinus, Gregorius Aretinus episcopus, Waltroctus Lunensis episcopus, comes Artmannus de Wirtinberc, comes Guido, comes Ildebrandinus, Henrigus mariscalcus de Calandrina, Gunzolinus dapifer, Ouerardus de Lutri, Alcherolus[p].

# Signum domini Octonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Corradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius[q].

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC°VIIII, XVIIII kal. ianuarii, indictione XII[a], regnante domino Octone quarto Romanorum imperatore, anno imperii eius primo.

Datum apud Folignum XVIIII kal. ianuarii.

(SP.D.)[r]

---

[f] *so A*
[g] i *durch Faltung beschädigt*
[h] *so A statt* canonicis
[i] t *infolge Faltung abgerieben*
[j] s *wohl aus* b *verb., danach Kürzung für* –us *radiert*
[k–k] *nachträglich mittels Rasur entfernt und durch einen waagrechten Strich ersetzt*
[l] i *durch Faltung beschädigt*
[m] tu *durch Faltung beschädigt*
[n] *so A statt* canonicis
[o] *ab hier von anderer Hand mit hellerer Tinte*
[p] *so A, vielleicht verderbt statt* et alii quam plures*, vgl. Winkelmann, Acta 1, Anm. 9*
[q] *Rekognitionszeile unvollständig*
[r] *rote und grüne Seidenfäden erhalten.*

## BFW 334.

*Otto gewährt den Bürgern von Siena die freie Wahl ihrer Konsuln sowie eine Reihe weiterer Rechte gegen eine jährliche Zahlung von 70 Mark Silber.*

*Foligno, 1209 Dezember 14*

*Original, 461 (–467) + 67 x 380 mm, im Archivio di Stato zu Siena, Diplomatico, Riformagioni, casella 32, 1209 XII 14 (A). – Abschrift des 14. Jh. im Caleffo bianco sive dell'Assunta ebenda, Capitoli 2, fol. 572v–573v (B).*

*Böhmer, Acta S. 766 Nr. 1070 aus A. – Bandinelli Paparoni Bianchi im Anhang zu Pecci, Capraia o Monte Caprile S. 18 Nr. 4 aus A.*

*Malavolti, Historia di Siena 1, S. 157 (Erwähnung) = Malavolti, Historia fol. 45v. – Tommasi, Historie di Siena 1, S. 198 (Erwähnung). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 61 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe, Signum- und Rekognitionszeile und Datierung). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 147. – Lisini in: Bullettino senese di storia patria 14, S. 571. – Lisini, Inventario S. 141. – Schneider, Reg. Senense 1, Nr. 460. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 211. – Keunecke, Münzenberger Nr. 200. – BFW 334.*

*Der Text wiederholt wortwörtlich die Urkunde Heinrichs VI. vom 25. Oktober 1186 (Böhmer – Baaken 24).*

(C.) # In nomine sancte et individue [t]rinitatis[a]. Otto quartus divina favente clemencia Romanorum imperator et semper augustus. # Gratiose liberalitatis et munificentie largitatem imperialis[b] b[e]nignitatis nostre clemencia passim[c] erga fideles nostros exercere consuevimus, ut ceteros[d] plenius ad obsequium nostre maiestatis invitemus. Uberiori vero copia largitatis sinum eis aperimus, quorum fidelitatis et devotionis [c]onst[an]tia[e] ex antecedentibus meritis profecto sperat[ur[f] in obse]quiis[f] imperii et nostris iugiter persevera[t]ura. Notum igitur facimus universis imperii fidelibus presentibus et futuris, quod nos ex ampla liberalitatis nostre gratia respicientes merita fidelium nostrorum civium Sen[e]nsium concedimus universitati ipsorum liberam consulum electionem. Investituram autem de manu nostra * vel successorum nostrorum Romanorum imperatorum seu regum annuatim recipient, si fuerit imperator vel rex in Ytalia, vel a legato sive nuntio nostro, qui tunc temporis erit in Tus[c]ya, gratis et sine omni exactione. Quodsi forte legatus sive nuntius noster non vult investituram prestare, sufficiat eam petivisse. Si autem nec imperator nec rex nec certus imperii legatus fuerit in Ytalia, quolibet quinquennio consules electi ad nostre maiestatis vel successorum nostrorum presentiam venientes vel certum nuntium transmittentes, investituram consulatus vel rectoris, si eum elegerint, de manu nostra vel successoris nostri sine gravamine recipient. Ad hec ipsis concedimus plenam iurisdictionem in civitate Senensi et extra civitatem de hominibus, quos habuit episcopus Senensis libere ad manum suam et quicumque habitator Senensis in comitatu Senensi eo tempore, cum a predecessore nostro imperatore H(enrico) hec * concessio ipsis facta fuit, salvo iure appellationum[g] in causis transcendentibus summam XX librarum. Sed in his causis, que de re XX librarum vel infra consistunt, appellationes fieri ad maiestatis nostre presentiam inhibemus. Insuper concedimus eidem universitati Senensium [fodrum de eisdem hominibus] et

---

[a] *erstes* t *durch Riss zerstört*
[b] is-*Kürzung durch Riss stark beschädigt*
[c] a *stark abgerieben*
[d] *Kürzungszeichen für* er *abgerieben*
[e] c *durch Riss zerstört,* an *stark abgerieben*
[f–f] ur in obse *stark abgerieben*
[g] *erster Schaft des* u *wohl aus* i *verb.*

possessionibus habitis [iure proprietatis vel iure feodi tunc], sicut prescriptum est, ab episcopo Senensi vel quocumque habitatore [Senensi] per [com]itatum[h] Senensem perpetuo tenendum a[i] nobis et divis successoribus nostris salva in omnibus imperialis maiestatis et regie auctoritatis iustitia. Excipimus autem fideles nostros Iacobum, Ildebrandinum et Henricum, filios Ildebrandini Iosep, perpetuo cum hominibus et possessionibus suis, quia in eisdem * cum hominibus et possessionibus eorum civibus Senensibus nullam potestatem habere permittimus. Similiter in feud[o], quod inclite recordationis F(ridericus) Romanorum imperator * Gwidoni Macz concessit, civibus Senensibus nullam permittimus potestatem. Omnes quoque nobiles extra civitatem et omnes alios per totum comitatum Senensem homines preter eos, quos determinate in suprascriptis imperialis sublimitatis apicibus prenotavimus, cum omni iuris iurisdictione, fodro et honore ac serv[i]tio in potestate nostra libere retinemus. Item ex uberiori gratia benignitatis nostre * concedimus ipsis civibus Senensibus imperiali auctoritate potestatem cudende et faciende monete in civitate Senensi. Portam autem in civitate Senensi et pedagium ad manum nostram libere retinemus. Item iuxta sententiam in curia imperatoris H(enrici), set tunc regis, latam castrum Montiscaprili, sicut et tunc iudicatum fuit, quod est iuxta Orgium, iudicamus destruendum nec illud amplius edificandum. Similiter iuxta antiquam constitutionem statuimus destruendum edificium, quod in podio Liciniano[j] est inceptum, et ulterius non edificabitur. Pro hac tam liberali imperatorie maiestatis nostre concessione Senenses nobis et successoribus nostris imperator[i]bus sive regibus augustis [an]nuatim imperpetuum XV[cim] diebus post pasca apud castrum Sancti Miniatis septuaginta marcas * puri argenti pe[r]solvent ad pondus camere nostre. Ut autem hec omnia imperpetuum inviolabiliter observentur, presentem inde paginam conscribi et * maiestatis nostre sigillo iussimus insigniri statuentes et imperiali auct[o]ritate sanccientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiast[i]ca hanc nostre maiestatis confirmationem audeat infringnere[k] vel aliquo modo attemptare. Quod qui facere presumpserit, centum libras auri puri pro pena componat, dimidium cameræ nostre, * reliquum passis iniuriam persolvatur. Huius rei testes sunt: Wolfgerius patriarcha Aquilegensis, Azzelinus marchio Astensis, Ezzelinus de Tiruisio, comes Ildebrandinus, Henricus marscal[c]us de Kallendin, Gunzelinus dapifer imperii, Passawerra, Monachus de Uilla, Albertus Strucius imperialis aule iudices, Conius de Minzeberg[l], Auerardus [de Lutri, Iacob Ildebrandini] et alii plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.) Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Teoderici Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi. Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis M°CC°VIIII°, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XII°, imperii vero primo.

Dat. in civitate Fulgin(ea)[m] X[VIIII] kal. ianuarii, indictione XIII, per manus Waltheri imperialis aule protonotarii.

---

[h] *Kürzungsstrich für* um *stark abgerieben*
[i] *sofort über der Zeile eingefügt*
[j] *erstes* n *aus* a *verb.*
[k] *so A*
[l] *Kürzungsstrich über* rg *statt über* iz
[m] Fulgin *mit Kürzungsstrich über* in

(SP.2.)[n]

[n] *der Urkunde beiliegend, Reste der roten Seidenfäden erhalten.*

## BFW 335.

*Otto nimmt alle Lehen, welche die Upezzinghi-Cadolinghi von seinen Vorgängern inne haben, in seinen Schutz, bestätigt ihnen alle Besitzungen in der* Terra Opizinga *und bestimmt, dass sie Beherbergungspflicht und Fodrum nur dem Kaiser leisten müssen, wenn er sich in Italien oder Tuszien befindet.*

*Foligno, 1209 Dezember 14*

*Mugnos, Teatro genologico 2, S. 270 (m, Auszug) = Gamurrini, Istoria genealogica 1, S. 286 (g) = Passerini, Sommario storico 2, Opizzinghi di Pisa S. 2.*

*Lami, Deliciae eruditorum 16, S. 1294 (Erwähnung). – BFW 335.*

*An Textüberlieferungen sind bisher nur die weitestgehend gleichlautenden Auszüge in den Drucken Mugnos´ und Gamurrinis bekannt. Im Anschluss daran berichten Mugnos und Gamurrini, Otto habe im selben Diplom den Upezzinghi ihre althergebrachten Besitzungen und weitere genannte Güter bestätigt, die allesamt "nel podere e Terra Opizinga" gelegen seien. Er habe darüber hinaus die Upezzinghi, ihre Soldaten und ihre familia von der Leistung der Beherbergungspflicht und des Fodrums befreit, die sie nur dem Kaiser, wenn dieser in Italien oder in Tuszien weilte, zu leisten verpflichtet waren.*

Omnium tam futurorum quam presentium Christi imperiique fidelium noverit industria, qualiter nos ob fidelitatem et devotionis[a] affectum, quem Opezzinghi[b] et Catulinghi[c] fideles imperii nobis semper exhibuerunt, omnibus beneficiis et pheudis, que antecessores[d] eorum a predecessoribus nostris regibus seu imperatoribus tenuerunt, et specialiter a domino Federico[e] et filio eius Henrico sexto gloriosissimis Romanorum imperatoribus divis augustis eos investitos, omnes res ac possessiones, quas nunc in presentiarum possident vel in futurum iuste et legaliter poterunt adipisci, sub imperialis auctoritatis[f] tuitione suscipimus imperiali edicto statuentes et presentis privilegii scripto confirmantes, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla[g] denique civitas aut potestas, sed nec aliqua imperii nostri magna seu parva persona prefatos[h] fideles nostros in rebus atque personis suis disvestire, molestare[i] vel inquietare[i] alicuius placiti occasione presumant.

---

[a] devotiones *m*
[b] Opizinghi *g*
[c] Cadolinghi *g*
[d] antecessorae *m*
[e] Federigo *g*
[f] authoritatis *g*
[g] nulli *g*
[h] presentes *g*
[i–i] inquietare vel molestare *g*.

## BFW 337.

*Otto nimmt nach dem Vorbild Heinrichs VI. das auf dessen Anordnung wiedererrichtete Kloster Santa Fiora zu A r e z z o mit allem Zubehör in seinen Schutz, bestätigt ihm zusätzliche Besitzungen und gewährt ihm eine Verjährungsfrist von 60 Jahren sowie das Recht, den Arno zur Errichtung von Mühlen umzuleiten.*

*Terni, 1209 Dezember 20*

*Notarielle Abschrift aus der 2. Hälfte des 13. Jh. im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, Firenze, S. Maria della Badia detta Badia fiorentina, 1209 dicembre 20 (B).*

*Margarini, Bullarium Casinense 1, S. 30 Nr. 24 wohl aus A (m), zu 1208. – Pasqui, Documenti per la storia di Arezzo 2, S. 81 Nr. 454 aus B.*

*Mittarelli – Costadoni, Annales Camaldulenses 4, S. 196 (Erwähnung mit kurzem Textauszug). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 46 Nr. 64 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – BFW 337.*

*Der Druck bei Margarini dürfte, wie die angegebene Signatur der Quelle (Ex Arch. Monasterii S. Mariæ Florent. Arm. I. Caps. 2 n. 3) nahelegt, noch direkt auf das Original zurückgehen. Seine Lesarten wurden daher bei der Textgestaltung berücksichtigt (m).*
*Als Vorurkunde diente die Urkunde Heinrichs VI. vom 19. Juli 1194 (Böhmer – Baaken 362, VU I). Das Notariatsinstrument über die Schenkung der* Sophia filia quondam Berardi et coniux Alberti filii quondam Alberti comitis *(abgedruckt bei Pasqui a.a.O. 1, S. 397 Nr. 290) wurde für die Formulierung des entsprechenden Passus herangezogen (VU II). Eine kurze Passage betreffend die Inschutznahme des Klosters wurde nach dem Vorbild einer zweiten Urkunde Heinrichs VI. für Santa Fiora vom selben Tag (Böhmer – Baaken 361, VU III) formuliert.*

(C.) In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et[a] semper augustus[b]. **/I/** Equitatis ratio postulat, ut imperialis clementia omnibus ecclesiis infra imperium[c] constitutis patrocinium protectionis sue impendat, eas tamen, que spetiali subiectionis et dominii iure imperio pertinent, propensiore[d] gratia fovere et manutenere invigilet. Eapropter notum esse volumus universis imperii fidelibus, quod nos ad imitationem antecessoris nostri Herrici[e] sexti Romanorum imperatoris divi augusti[f] cenobium sancte Flore ab Aretinis destructum, quod in podio Turrite prope Aretinam[g] civitatem[g] reedificari ipse imperator Herricus[h] ordinavit, in nostram tuitionem cum omnibus pertinentiis ipsius in[i] tanta nostrai[i] serenitatis benivolentia suscepimus[j], quod illud in eodem loco et in[k] cunctis[k] suis possessionibus plena securitate et pacis quiete perfrui volumus. Et quoniam eandem ecclesiam ad manus nostras intendimus retinere[l], sicut ipsa soli imperio attinere dignoscitur, statuimus precipientes, ut nulla persona ecclesiastica vel secularis, videlicet * non episcopus, non marchio nec comes nec ullus consulatus in predicta ecclesia et in universis, que ad ipsam spectant, presumat eam aliqua prorsus violentia seu molestia gravare nec quisquam nomine fodri vel collecte aut albergarie aut alicuius exactionis audeat de

---

[a] *fehlt m*
[b] *folgt s-förmiges Zeichen B, das im Original möglicherweise zur Ausfüllung der ersten Zeile diente*
[c] u *mit Kürzungsstrich wohl aus* o *mit dunklerer Tinte verb. B*
[d] propensiori *m*
[e] Henrici *m*
[f] agusti *B*
[g–g] Aretium situm erat *m*
[h] *so wohl B, stark abgerieben,* Henricus *m*
[i–i] memorata nostre *m*
[j] suscipimus *m*
[k–k] *stark abgerieben B,* in *fehlt m*
[l] retrahere *m*

cetero ab eadem ecclesia et eius colonis aliquid repetere vel auferre. Loca autem et possessiones predicte ecclesie, quas ei nostra auctoritate[m] confirmatas et sub hac tuitione et precepto nostro securas manere volumus, suis nominibus subscribi dignum duximus: castrum sancte Flore in podio Turrite construendum cum omnibus ad se pertinentibus, plebem de Quarto cum suis pertinentiis, castrum Fontiani[n] cum sua curia, possessionem, quam eadem ecclesia habet vel habere debet in curia de Pilli, castrum[o] Rogetini et ecclesiam sancti Quirici[p], ecclesiam sancti Vincentii de Cortona et quicquid in Cortona habet vel habere debet intus et extra, castrum[q] Mugliani[r] cum suis pertinentiis, illud, quod prefata ecclesia habet in curia Montagnani, villam de Maiano, ecclesiam sancti Petri maioris de civitate Aretii et ecclesiam sancti Gregorii et ecclesiam sancti Laurentini et Pergentini, et quicquid iuris habet sibi a nobis concessum in villa de Montione, Quaratam, plebem de Galognano[s] et castrum Galognani cum suis pertinentiis, ecclesiam sancti Thome et castrum et villam de Sexto, et quicquid habet in curia de Marcenis[t], montem Pincoli et ecclesiam sancti Petri de Falciano et ecclesiam sancte[u] Felicitatis, Sarne castrum cum suis pertinentiis, et illud, quod habet in castro[v] et in[w] villa Focognani, villam Verazani[x] cum sua ecclesia, ecclesiam sancti Martini de Vrliano[y], illud, quod habet vel habere debet in castro et in curte Pollezani[z]. Insuper ratam habemus permutationem illam, quam idem cenobium rationabiliter fecit cum priore Camaldulensium[aa] et abbatie[bb] Silvemunde super ecclesia sancti Petri in[cc] Picolo[cc] una cum hospitali iuxta eandem ecclesiam sito suisque adiacentibus, ipsamque ecclesiam cum omni iure et suis[dd] pertinentiis ipsi cenobio[ee] sancte Flore confirmamus addentes et confirmantes eidem **/II/** medietatem * curtis de Octauo una cum medietate * silve de Acuto, et est[ff] ipsa curtis posita in comitatu Aretino infra[gg] plebem sancti Petri, que[hh] dicitur Botintoro, sicut Sofia[ii], filia quondam Berardi[jj], eidem cenobio iuste contradidit et sicut in publico instrumento inde conscripto continetur. Ad hec concedimus ipsi cenobio benigne omne ius in hominibus in curte sancte Flore et in aliis

---

[m] auctoritas *m*
[n] Fontini *m*
[o] castri *B*
[p] Quirci *B*
[q] castri *B*
[r] Muglani *B*
[s] Galugnano *m*
[t] Marcen*, danach stark abgeriebene Buchstaben, wohl* is *B,* Marcena *m,* Marcene *VU*
[u] *fehlt B*
[v] kastro *B*
[w] *fehlt m*
[x] Verazzani *m*
[y] Turliano *VU*
[z] Pollezzani *m*
[aa] Camaldunensium *B*
[bb] abazzie *B*
[cc–cc] et Piccolo *m*
[dd] *fehlt m*
[ee] *folgt* oo *oder* co *mit Kürzungsstrich B*
[ff] etiam *m*
[gg] intra *m*
[hh] qui *m*
[ii] Sophia *m*
[jj] Bernardi *m*

circa habitantibus vel habentibus tenimenta, sicut idem cenobium dignoscitur iuste habuisse antequam idem castrum fuisset destructum. Insuper damus ei plenam licentiam ac[kk] libertatem, quatinus aquam fluminis Arni deducant et derivent ad suas possessiones pro molendinis faciendis vel aliis utilibus edifitiis, eo videlicet pacto et tenore, ut quilibet partem suam habeat sicut habet in territorio expensis restitutis. Addimus etiam predictis omnibus **/I/** ecclesiam de Gargonsa et quicquid iuris habet idem cenobium in castro de Gargonsa et in castro Vicione, volentes et sanctientes, ut ipsi cenobio nulla prescriptio in aliquibus bonis vel in iure ipsius obiciatur vel possit obesse nisi LX annorum[ll]. Hec itaque omnia, sicut prenominata sunt, **/III/** que nunc idem cenobium iuste possidet vel[mm] in posterum dante domino iusto acquisitionis titulo poterit optinere, in spetialem defensionis nostre protectionem recepimus[nn] ipsique cenobio sancte Flore in perpetuum confirmamus salva in omnibus imperiali iustitia volentes et precipientes, quod[oo] nulla omnino persona idem cenobium perturbet vel **/I/** aliquis in eo et suis pertinentiis aliquam faciat exactionem nisi nos ipsi vel certus missus noster ad hoc[pp] fuerit spetialiter et ex nomine destinatus. Quicunque autem contra hoc maiestatis nostre constitutum eidem cenobio vel in bonis aut rebus vel personis suis aliquod gravamen presumpserit inferre vel aliquod dampnum facere aut molestiam, LX libras auri puri pro pena componat, medietatem camere nostre et reliquum ipsi cenobio passo iniuriam[qq]. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Vulfrerus patriarcha Aquilegiensis, Henricus Mantuanus[rr] episcopus vicarius curie, Gregorius Aretinus episcopus, Azo marchio Estensis, Ezzelinus[ss] de Treuisia[tt], Henricus marscalcus[uu] de Calendin, Gunzolinus[vv] dapifer, Albertus Strutius, Passaguerra, Monachus, Presbiter, Rufinus iudices curie et alii quam plures.

Signum[ww] domini Ottonis quarti Romanorum[xx] imperatoris invictissimi. (M.)[ww]

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theodirici[yy] Coloniensis ecclesie archiepiscopi et totius Ytalie[zz] archicancellarii recognovi[aaa].

---

[kk] et *m*
[ll] anorum *B*
[mm] et *m*
[nn] recipimus *m*
[oo] d *mit dunkler Tinte eingefügt*
[pp] hec *m*
[qq] ingiuriam *B*
[rr] Mantoanus *B*
[ss] Ezzellinus *m*
[tt] Triuisia *m*
[uu] mariscalcus *m*
[vv] Gunzoluinus *m*
[ww–ww] Sigillum *B, Signumzeile fehlt, stattdessen* Locus sigilli *m*
[xx] Romonorum *B*
[yy] Theodini *m*
[zz] Italie *m*
[aaa] recognovit *m*

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CC°VIIII° [bbb], indictione XIII[a], imperante domino Ottone quarto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno[ccc] imperii eius primo. Dat. apud Interamnem[ddd] XIII° kal. ianuarii[eee].

---

[bbb] MCCVIII *m*
[ccc] *in freigebliebenem Raum in der Zeile darunter, mittels Verweiszeichen an dieser Stelle eingefügt B, fehlt m*
[ddd] Intramnen. *mit* er-*Kürzung an* t *B*
[eee] *am Original hing laut B ein Wachssiegel des Kaisers an roten Seidenfäden.*

## BFW 338.

*Otto nimmt das Zisterzienserkloster W a l k e n r i e d und dessen Brüder mit allen Leuten und Besitzungen in seinen Schutz, bestätigt ihnen die genannten Besitzungen sowie alle von seinen Vorgängern übertragenen Freiheiten und Privilegien, gewährt ihnen den Erwerb von Reichsgütern und befreit die Brüder von allen Abgaben in Nordhausen.*

*Terni im Gebiet von Spoleto, 1209 Dezember 24*

*Original, 666 (–681) x 4 (–25) + 552 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 25 Urk. Nr. 45 (A).*

*Eckstorm, Chronicon Walkenredense S. 75 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV. S. 112 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Opuscula historica S. 414 Nr. 6 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 160 Nr. 6 = Lucae, Fürsten-Saal S. 407 Teildruck, = Leuckfeld, Antiquitates Walckenredenses S. 358 Anm. d = Lünig, Reichs-Archiv 18, S. 847 Nr. 6, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 790 Nr. 297. – UB Niedersachsen 2/1, S. 60 Nr. 70 aus A. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 47 Nr. 66 aus A. – Dolle, UB Walkenried 1, S. 121 Nr. 73 aus A.*

*Kaiserurk. in Abb. Lfg. 10, Tafel 23 (Abb.) mit Beschreibung S. 450.*

*du Chesne, Histoire genealogique de la maison de Bethune, preuves S. 58. – Meier, Origines et antiquitates Plessenses S. 43 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1297 (Erwähnung). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 827 Nr. 50. – Schöttgen, Inventarium Sp. 62 Nr. 4 (mit Wiedergabe der Datierung). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 153 Nr. 19 (mit Wiedergabe der Datierung). – Wersebe, Ueber die Niederländischen Colonien 2, S. 904 mit Anmerkung 53 (mit Wiedergabe der Datierung). – Schultes, Directorium diplomaticum 2, S. 456 Nr. 76 (mit Wiedergabe der Datierung). – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 31. – Frey, Schicksale S. 113 (Erwähnung). – Bode, UB der Stadt Goslar 1, Nr. 380 (mit Textauszügen). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1435 (mit Textauszügen). – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 213. – Upmeyer, Herren von Oldershausen S. 157. – Baumann in: Plesse-Archiv 16, S. 51. – Dolle, UB Plesse Nr. 44 (mit Wiedergabe der Corroboratio, der Zeugenreihe und der Datierung). – Letzner, Walkenrieder Chronik, ed. Reinboth, S. 39 und S. 40. – Kunde, Zisterzienserkloster Pforte S. 347 Nr. 37. – BFW 338.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Divina favente clementia Otto quartus Romanorum imperator semper augustus. # Imperialem decet munificentiam, ut in hiis facilem prebeat assensum et favorem, que ad honorem dei et ecclesiarum utilitatem pertinent et quietem, et libenter fatiat pro amore ipsius pariter ac timore, a quo et per quem omnia habet, in cuius manu cor eius est et omnium potestates consistunt et iura regnorum. Eapropter in proposito habentes divinitate propitia non solum ea, que a divis antecessoribus nostris imperatoribus pro ecclesiis utiliter sunt ordinata, servare, sed etiam, si quid minus factum fuerit, prout intellexerimus et poterimus, supplere, ob reverentiam sancte et intemerate genitricis dei et virginis Marie venerabile ac dilectum nobis monasterium in Walkenride Cisterciensis ordinis et omnes eiusdem loci fratres, clericos et laicos, cum omnibus hominibus et possessionibus, quas nunc habet et futuris temporibus iustis modis poterit adipisci, in nostram et imperii protectionem et spetiale patrocinium suscipimus imperiali auctoritate nichilominus confirmantes eidem monasterio possessiones infrascriptas cum omnibus suis pertinentiis: grangiam, que vocatur Beringhe, cum villa Hotstede et villa, que dicitur Roth sive novale, grangiam, que vocatur Chaldenhusen, in harundineto inferiori et aliam, que vocatur Beruersleiben, cum alia, que dicitur Rithoue, cellarium Bodenroth cum adiacenti vinea, cellarium Thaleheim cum vinea sua, grangiam Kintheroth cum alia, que vocatur Gunceroth, et curia Wodenroth, grangiam Hildewinesburne cum alia, que dicitur Himm(en)roth, grangiam Scouwen cum suis attinentiis, curiam et areas, quas possidet predictum monasterium in Goslaria, cum universo emolumento, quod ibidem

habet in monte, et casas conflatorias, quas habet in nemore, curiam et vineas ipsius in Herbipoli et eius pertinentiis sitas. Preterea silvam prefato monasterio adiacentem, que dicitur Boghenstelle, quam ab antecessore nostro pie memorie imperatore Friderico pro redditibus duorum talentorum commutando acquisivit, cum omni libertate possidendam perpetuo donamus et confirmamus. Insuper quecumque bona ubicumque locorum in silvis, in agris cultis et incultis, in pascuis, in aquis et aquarum decursibus vel piscationibus possidet, omnesque libertates et privilegia et donationes ipsi a predecessoribus nostris Romanis imperatoribus vel quibuscumque aliis nostris subditis collatas confirmantes illibatas precipimus omni tempore conservari. De liberalitate vero nostra ob remedium anime nostre et successorum nostrorum imperatorum vel regum premissis adicimus, ut, quicquid deinceps idem monasterium de bonis imperii iustis modis fuerit adeptum sive per emptionem sive per commutationem sive per elemosinarum largitionem vel alioquocumque iusto modo a quacumque persona, sive libera fuerit sive ministerialis imperii, etiam non requisito super hoc spetialiter assensu nostro aut expectata sentencia, eadem bona et licenter recipiat et in omni libertate quiete possideat omni contradictione cessante ita, ut nulla lex generalis vel privata hoc valeat impedire. Preterea fratres prefate ecclesie absolvimus ab omni exactione et collecta, que fit in Northusen ad qualescumque civitatis necessitates, ut nec de areis suis aliquid dent ad aliquam civitatis iusticiam neque de[a] curribus onera ecclesie ferentibus theloneum solvant, et liberam concedimus facultatem commutandi argentum suum apud quemcumque voluerint. Imperiali igitur auctoritate precipimus, ut nulla persona secularis vel ecclesiastica prenominatum monasterium in rebus vel personis aliquatenus contra tenorem huius privilegii molestare aut huic facto[b] audeat contraire, alioquin et nostram incurret indignationem, et volumus, ut in penam temeritatis sue componat quadraginta marcas auri camere nostre inferendas. Ut hec nostra concessio omni tempore inviolabilis perseveret, presentem paginam sigillo nostro iussimus communiri. Huius nostre concessionis testes sunt hii: Wlkerus patriarcha Aquilegensis, Lotharius archiepiscopus Pisanus, Iohannes Cameracensis episcopus, Henricus Mantuanus episcopus, Henricus scolasticus sancti Gereonis, Iohannes Bardewicensis prepositus, Gerardus comes Uiennensis, Azo marchio Estensis, Meinardus comes de Friol, Salingwerra de Ferraria, Harmannus comes de Wirteneberg, Rodolfus de Keselowe, Helmoldus de Plesse, Bernardus de Dorstat, Luthardus de Meinerseim, Gunzelinus imperialis aule dapifer, Heinricus de Kalendin marscalcus, Cono de Minzenberc camerarius, Walterus de Scipfe pincerna, Henricus de Rauenesberc, Monachus de Uilla et Passagwerra Mediolanenses, Albertus Strutio imperialis aule iudices, Henricus de Rotenburc, Cono de Somerowe, Albertus Rindesmule, Herewicus de Uitesen, Henricus de Raueninghe et alii multi honesti clerici et laici.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi semper augusti. #

(M.)[c] Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice Theoderici Coloniensis archiepiscopi recognovi. Data per manum Walteri imperialis aule prothonotarii. Acta sunt hec apud Interamnem in partibus Spoletinis anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo nono, anno regni nostri undecimo, imperii vero anno primo, nono kal. ianuarii, indictione duodecima.

---

[a] d *wohl aus* c *verb.*
[b] fco *mit Kürzungszeichen, zwischen* f *und* c *Rasur eines Buchstabens*
[c] *in roter Tinte, dabei ein Buchstabe (*A*) am oberen mittleren Längsbalken mit brauner Tinte nachgetragen*

(SP.2.)[d]

[d] *an roten, grünen und weißen Seidenfäden.*

## BFW 339.

*Otto schenkt dem Zisterzienserkloster W a l k e n r i e d sieben diesem bereits von seinem Vorgänger Kaiser Friedrich übertragene Hufen und darüber hinaus den Zins von diesen Gütern in der Höhe von 28 Solidi, den sich Friedrich vorbehalten hatte.*

*Terni im Gebiet von Spoleto, 1209 Dezember 24*

*Original, 625 + 39 (–46) + 550 (–562) mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 25 Urk. Nr. 46 (A).*

*Eckstorm, Chronicon Walkenredense S. 79 (unvollständig mit Verweis auf das gleichlautende Eschatokoll des BFW 338) = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV. S. 115 (mit Ergänzung des Eschatokolls aus BFW 338) = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Opuscula historica S. 417 Nr. 7 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 161 Nr. 7 = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 793 Nr. 298, = Leuckfeld, Antiquitates Walckenredenses S. 361 Anm. e = Lünig, Reichs-Archiv 18, S. 848 Nr. 7. – UB Niedersachsen 2/1, S. 62 Nr. 71 aus A. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 48 Nr. 67 aus A. – Dolle, UB Walkenried 1, S. 124 Nr. 74 aus A.*

*Posse, Privaturkunden Tafel VIII a (Schriftprobe). – Katalog Zeit der Staufer 3, Abb. 11 (Siegelabb.) und 1, S. 27 Nr. 39 (Beschreibung des Siegels). – Katalog Heinrich der Löwe 1, S. 330 (Siegelabb.) und S. 332 Nr. E 2 (Beschreibung des Siegels). – Katalog Otto IV. S. 389 (Siegelabb.) und Kat. Nr. 83 (Beschreibung des Siegels) sowie Siegelabb. als Umschlagbild und Vorsatzblatt. – Katalog Richard Löwenherz S. 385 (Abb. der Urkunde und des Siegels) und Kat. Nr. 171 (Siegelbeschreibung).*

*du Chesne, Histoire genealogique de la maison de Bethune, preuves S. 58. – Meier, Origines et antiquitates Plessenses S. 44 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1297 (Erwähnung). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 828 Nr. 54. – Schöttgen, Inventarium Sp. 62 Nr. 5. – Wersebe, Ueber die Niederländischen Colonien 2, S. 904 f. (mit Wiedergabe der Datierung Anmerkung 53 und Textauszug Anmerkung 54). – Hesse in: Mittheilungen aus dem Gebiet historisch-antiquarischer Forschungen 3, S. 8 (Erwähnung). – Schultes, Directorium diplomaticum 2, S. 457 Nr. 77. – Frey, Schicksale S. 113 (Erwähnung). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1436. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 213. – Wiesflecker, Reg. der Grafen von Görz 1, Nr. 349 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Baumann in: Plesse-Archiv 16, S. 51. – Dolle, UB Plesse Nr. 45 (mit Wiedergabe der Corroboratio, der Zeugenreihe und der Datierung). – Kunde, Zisterzienserkloster Pforte S. 348 Nr. 38. – BFW 339.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus. # Quoniam imperialis exigit maiestas, ut, que dictante rationis equitate statuerit, nulla debeat retractare potestas, tamen ne quis se excuset de facti ignorantia, placuit[a] scripto annotari, in quibus sibi decreverit obtemperari. Eapropter notum sit universis Christi fidelibus, quod pie recordationis antecessor noster Fridericus Romanorum imperator de imperii utilitate sollicitus inferius arundinetum per quendam fratrem de Walkenrith Iordanem nomine ex aquarum inundatione valida revocavit ad habitationem hominum et culturam agrorum, unde ob gratiam impensi laboris et proventu emolumenti amplioris ecclesie de Walkenrith ibidem contulit aream curie, que vocatur Kaldenhusen, et duos mansos cum omni iure tam censuali quam decimali deinceps libere possidendos. Aliam etiam contulit aream ad molendinum[b] construendum reservato sibi privilegio, ut penes decursum aque illius nisi de licentia imperii nemo presumeret molam construere. Preterea ex imperiali munificentia contulit ecclesie septem mansos salvo sibi iure censuali[c], videlicet viginti octo solidis, quos annuatim solvebant, ex quibus etiam huiusmodi solvitur decima, de omnibus, que crescunt in agro, portio rei undecima, de agnis, porcellis et anseribus, quod decimum venerit in numero, de poledro denarium, de vitulo obulum. Ab hac vero lege decimandi

---

[a] c *verb.*
[b] *zweites* n *wohl aus* ti *verb.*
[c] c *wohl aus* e *verb.*

excepta sunt volatilia, que nutriuntur in curia, et quecumque infra septa eius excoluntur, ut chanabum et quelibet genera holerum, fructus quoque arborum. Imperio autem ad nos canonicę[d] devoluto sicut ea, que a predecessoribus nostris Romanis imperatoribus circa statum ecclesiarum acta noscuntur sive ipsis de fisco imperii collata, tenemur illibata conservare, ita simili devotione decrevimus ad relevandas servorum dei necessitates aliqua supererogare, unde divine retributionis intuitu et pro conservando imperii statu predictos septem mansos in arundineto iacentes cum ipso censu, scilicet viginti octo solidis, de favore principum et assensu curie nostre contulimus dei genitrici Marie et ecclesie de Walkenrith et in manu Henrici abbatis cum omni iure deinceps libere possidendos nulla generali vel privata lege contradicente. Statuimus igitur et imperiali precepimus edicto, quatinus in posterum nullus hominum cuiuscumque fuerit conditionis ausu themerario presumat contra factum nostrum venire et supradictum cenobium super possessione collata et inmunitate prescipta gravare aut aliquam in eis bonis rerum suarum irrogare iacturam. Quod si quis facere presumpserit, tremendi iudicis se sciat incurrisse animadversionem et nostre maiestatis reportare offensam, in vindictam vero sui reatus centum libras auri componat, dimidium camere nostre, reliquum monasterio iniuriam passo. Ut autem hec nostra concessio omni tempore inviolabilis perseveret, presentem paginam sigilli nostri impressione communimus. Huius rei testes sunt: Wlkerus patriarcha Aquilegensis, Lotharius archiepiscopus Pisanus, Iohannes Cameracensis episcopus, Henricus scolasticus sancti Gereonis, Iohannes Bardewicensis prepositus, Azo marchio Estensis, Gerardus comes Uiennensis, Meinardus comes de Friol, Helmoldus de Plesse, Bernardus de Dorstat, Lutardus de Meinerseim, Rodolfus de Keselowe, Gunzelinus imperialis aule dapifer, Henricus de Chaladin marscalcus, Cono de Mincenberg chamerarius, Walterus de Scipfe pincerna, Henricus de Rauenesburg, Henricus de Rotenburg magister coquine, Cono de Somerouwe, Albertus Rindesmule, Hereuuicus de Uuitesen, Henricus de Reueninghe, Monachus de Uilla et Passauuerra Mediolanenses et alii quam plures honesti viri tam clerici quam laici.

# Signum domini Ottonis divina favente clementia quarti Romanorum imperatoris invictissimi semper augusti. # (M.)[e]

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice Theoderici Coloniensis archiepiscopi recognovi.

Acta sunt hec aput Interamnem in partibus Spoletanis anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo nono, anno regni nostri undecimo, imperii autem nostri anno primo, indictione duodecima. Data per manum Walteri imperialis aule prothonotarii nono kalendas ianuarii.

(SP.2.)[f]

---

[d] *so A*
[e] m *am mittleren oberen Längsbalken mit hellerer Tinte wohl nachgetragen*
[f] *an roten, grünen und weißen Seidenfäden.*

## BFW 340.

*Otto erneuert dem Domkapitel und der gesamten Kirche von A r e z z o die Privilegien seiner Vorgänger, gewährt ihnen darüber hinaus die Rekuperation seit der Zeit Friedrichs I. entfremdeter Güter, bestätigt ihnen mehrere durch Schenkung, Kauf und Tausch erworbene Besitzungen und gestattet ihnen, zur Errichtung von Mühlen und Walken den Arno und andere Flüsse umzuleiten.*

*Terni, 1209 Dezember 24*

*Original, 630 + 51 x 520 (–530) mm, im Archivio capitolare zu Arezzo, Fondo Canonico, Nr. 504 (A).*

*Moneta, Ragioni della chiesa Aretina S. 10 Nr. 11 Auszug. – Winkelmann, Acta 1, S. 29 Nr. 35 aus A. – Pasqui, Documenti per la storia di Arezzo 2, S. 83 Nr. 455 aus A.*

*Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 46 Nr. 65 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – BFW 340.*

*Beim Text handelt es sich um eine wortwörtliche Wiederholung eines Diploms Heinrichs VI. vom 8. Oktober 1191 (Böhmer – Baaken 171; VU I). Erweitert wurden die Bestimmungen der Vorurkunde um einen Satz, der einer weiteren Urkunde Heinrichs VI. vom 21. Oktober 1196 (Böhmer – Baaken 559; VU II) entnommen wurde und die Gewährung einer Verjährungsfrist von 60 Jahren für die Rückforderung entfremdeter Güter betrifft.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto devina[a] favente clementia quartus Romanorum imperator augustus. # /**I**/ Dignitas et excellentia[b] Romani imperii, que ab ipso pietatis fonte manavit, pie semper agere consuevit et imperatorem[1] vel pringipem[c] nichil magis quam clementia decet[1], cuius consilia, cuius opera in omnibus et per omnia dulcedine gratie semper debent exuberare. Nos igitur nostrorum antecessorum divorum augustorum regum et imperatorum honesta exempla sequentes, qui ecclesias dei in imperio suo constitutas maiori affectu dilexrunt[d] et congruis honoribus ditaverunt, idem sapere[e] id ipsum et facere pio zelo intendimus[f] ipsaque loca divino cultui mancipata, que et ecclesiastica disciplina commendat et religio sancta illustrat, non minori gratia fovere, amplecti et diligere decrevimus. Eapropter congnoscant[g] universi fideles imperii per Ytaliam constituti presentes et futuri, qualiter venerabilis Aretine ecclesie prepositus Martinus unaque cum eo magister Rainerius et Guido canonici nostre celsitudinem maiestatis adierunt humili devotione pro se et pro tota ecclesia Aretina postulantes, quatenus predicte ecclesie bona a nostris predecessoribus regibus et imperatoribus collata et ecclesiam Aretinam omnesque canonicos eius cum omnibus bonis et pertinentiis ipsorum sub nostra tutela et protectione susciperemus et nostro privilegio munire et confirmare dignaremus et universa bona a ceteris fidelibus quolibet[h] iusto titulo acquisita vel data nostro munimine eis roboraremus. Quorum iustis precibus[i] clementer annuentes ad immitationem[j] maxime antecessoris nostri Henrici sexsti[k] Romanorum imperatoris

---

[a] *so A*
[b] *drittes* e *aus* a *verb.*
[c] *so A*
[d] *so A*
[e] *letztes* e *verb.*
[f] *A irrig wohl* intendemus
[g] *so A*
[h] q *aus* p *verb.*
[i] b *aus* p *verb.*
[j] *so A*
[k] *so A*

divi augusti ecclesiam Aretinam omnesque canonicos eius cum omnibus bonis ac pertinentiis ipsorum sub nostra tutela et protectione suscipimus[l] et ex nostra imperiali begninitate[m] eis concedimus et roboramus bona ecclesie iuste et legitime collata, sicut in sequentibus per ordinem continetur[n]: Inprimis plebem sancte Marie in Gradibus cum omnibus suis pertinentiis, plebem sancti Quirici in Osenna cum suis pertinentiis, plebem quoque sancti Viti in Cursignano, plebem sancti Victoris in Rapolano[o], plebem sancti Iohannis in Uescona et omnes plebes seu monasteria et omnes ecclesias, quas habent in comitatu Sensi[p] et Florentino et Clusino, plebem sancti Stephani in Classe, plebem sancti[q] Petri in Creti cum omni sua pertinentia, ecclesiam sancte Marie in Petrognano[r] cum his, que ad eam spectant, capellam sancti Angeli in Castellione, plebem de Bacialla, capellam sancti Angeli de Fercione et ecclesiam sancti Angeli[s] in Colonaria et omnes ecclesias, quas habent in episcopatu Aretino, canpum[t] etiam de Longoria, campum de Piunta, campum de Graticiata, campum de Monte Pupi, campum de Prato, campum de Vitartale et omnes terras, quas cives Aretini iniuste retinent sine eorum voluntate[u], et terram de hospitale sancti Angeli, quicquid habent et in Montagnano et in Lucigniano, Oliueto, Bulgari, Casauetere, Monzorno, Quarata et Calbenzano, in Subiano, Caliano et in Nussa et eorum pertinentiis et curtibus, in Marcena et curte sua, castellum[v] de Vaialla cum vico et pertinentia sua, molendina quoque, que habent in flumine Arni, et cetera molendina, que habent vel adhuc iuste habituri sunt, castrum etiam turris de Classe cum suis pertinentiis, castrum de Topole, sicut eis ex concampio[w] a Camaldulensibus et abbate Caporegiani[x] et a filiis Bernardini et nepotibus eorum per emtionem[y] et ab eisdem in Verrazano et Succiniano et Teclena et eorum pertinentiis et curtibus iuste et legitime obvenerunt, ut per instrumenta publica patet, Saxetum cum Maiano et suis pertinentiis, quicquid[z] habent in Biugnano[aa], Carciano, Pratomaio[bb], Durnula[cc], Montealto, Vicione[dd], Tegoleto[ee], Policiano, Arbororo cum eorum pertinentiis[dd], que habent in Cesa, Vertige, Foiano, Marciano, quecumque donavit eis

[l] *erstes* i *aus* e *verb.*
[m] *so A*
[n] contitenetur *A,* te *durch Punkte getilgt*
[o] p *aus* l *verb.*
[p] *so A statt* Senensi
[q] *davor am linken Zeilenrand von gleicher Hand eingefügt*
[r] Petrogniano *VU*
[s] e *aus* o *verb.*
[t] *so A*
[u] *bei* un *ein Mittelschaft zuviel*
[v] u *wohl aus* e *verb.*
[w] *so A*
[x] Camporegiani *VU*
[y] *so A*
[z] d *eingefügt*
[aa] Biuignano *VU*
[bb] *letztes* o *wohl aus* a *verb.*
[cc] *davor Rasur von* T
[dd–dd] Vicione – pertinentiis *mit dunklerer Tinte unterstrichen*
[ee] *darüber und am linken Zeilenrand jeweils zwei Schrägstriche, wohl zur Hervorhebung*

Rolandinus Mambilie[ff] de Durna in Durna, Toppo, Pilli, Marciano[gg] et Puteo et Nasciano et Vacarecia[hh] et[ii] Vadosierle et eorum pertinentiis, sicut eorum instrumentum autenticum[jj] mostrat[kk], quicquicd[ll] habent in Anglare, Viaio, Sanctacruce[mm], et quod iuste[nn] acquisituri sunt, in comitatu quoque Castellano, Ripoli, Pitiliano, Silice et curtem de sancto Andera[oo], castrum de Milisciano cum eorum pertinentiis et omnes terras, quas habent in comitatu Aretino, Castellano et Clusino vel in antea acquisituri sunt, cum omni hutilitate, videlicet pascuis, pratis, silvis, venationibus, fluminibus, rivis, aquis, lamis, aquarum[pp] decursibus, piscationibus, ripaticis, toloneis[qq], paludibus, terris cultis et incultis et cum ceteris omnibus emolumentis, que de predictis bonis iuste et rationabiliter poterunt provenire, predictis canonicis et toti Aretine ecclesie nostro imperiali privilegio confirmamus salva per omnia imperiali iustitia. Addicientes decernimus quoque, quatenus alienationes omnes contra ius[rr] facte in dannum[ss] et lesionem eiusdem Aretine ecclesie a tempore antecessoris nostri Federici Romanorum imperatoris divi agusti[tt] ipso iure irrite sint et vacue[uu] ipsaque ecclesia Aretina libere possit bona sua illicite alienata[vv] repetere et ad ius suum[ww] iuste transferre. Donationem[xx] quoque ab Arengerio de Petrognano ipsi ecclesie factam legitime et vendictionem a Guido medico iuste factam, commutationem cum abbate sancte[yy] Flore et suo capitulo secundum ius perfectam, sicut in istrumentis[zz] singulorum iuste et rationabiliter[aaa] inde conscriptis[bbb] continetur, ipsi ecclesie Aretine confirmamus concedentes, ut aquam de flumine Arni et de aliis fluminibus sine danno et lesione accolarum per allodium suum ad molendina et walcherias[ccc] suas possit libere ducere et derivare. Hec itaque omnia, sicut predicta sunt, ipsi Aretine ecclesie cum honore et districtu[ddd], sicut

---

[ff] e *aus* a *verb.*
[gg] o *stark abgerieben*
[hh] *über* ca *waagrechter (Kürzungs-?)Strich,* Vaccaricia *VU*
[ii] et-*Kürzung durch Löcher in der Faltung teilweise zerstört*
[jj] c *durch kleines Loch in der Faltung zerstört*
[kk] *so A*
[ll] *so A*
[mm] *zweites* a *aus* e *verb.*
[nn] *davor zwei kleine Löcher in der Faltung*
[oo] *so A statt* Andrea
[pp] aquarumque *VU*
[qq] *zweites* o aus e *verb.*
[rr] *langes Schluss-s mit langem Abstrich wie für st-Ligatur*
[ss] danu *mit Kürzungszeichen über* u
[tt] *so A*
[uu] a *wohl verb.*
[vv] *letztes* a *aus* e *verb.*
[ww] *zweites* u *über der Zeile eingefügt*
[xx] m *aus rundem Schluss*-s *verb.*
[yy] c *aus* e *verb.*
[zz] *so A,* ist *wohl aus* in *verb.*
[aaa] *drittes* i *über der Zeile eingefügt*
[bbb] *zweites* c *über der Zeile eingefügt*
[ccc] h *über der Zeile eingefügt*
[ddd] c *und* u *durch Flecken beschädigt*

temporibus antecessorum nostrorum Federici et Herrici sexsti[eee] Romanorum[fff] imperatorum iuste[ggg] dignoscitur habuisse, per presentem paginam perpetuo confirmamus et ex gratia concedimus, ut, quicumque spiritu dei ductus terras, casas, vicos, castella prefatis fratribus conferre voluerit, libera sit ei[hhh] facultas donandi, vendendi vel commutandi salva uniuscuiusque iustitia[iii]. /**II**/ Insuper eisdem fratribus et ecclesie Aretine in suo iure providere volentes concedimus, quatenus in possessionibus aut rebus ipsius ecclesie violenter aut iniuste a quacumque persona vel quibuscumque detentis, quas repetere vel recuperare voluerint vel potuerint, nulla prescriptio nisi LX annorum tam in preteritis quam in futuris ipsis opponatur. /**I**/ De cetero imperiali edicto statuimus, ut nullus episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla persona magna vel parva, nulla civitas, nullum commune, nulla * potestas iudiciaria seu alia prefatos fratres eorumque colonos, * ecclesias, * capellas vel aliquas eorum possessiones aut bona aliquo modo audeat molestare, * disvestire vel inquietare aut homines suos in dannum[jjj] ipsorum contra iustitiam recipere vel aliquam exactionem facere vel aliquod foderum exicere[kkk] vel accipere excepto solo misso nostro, quem ad hoc spetialiter destinaverimus. Precipimus etiam, ut neque episcopus neque ipse prepositus[lll] vel alia quelibet persona aliquam potestatem habeat predicta bona ecclesie Aretine, que nunc habet vel in futurum iuste acquisierit, vendendi, donandi vel aliquo modo alienandi. Si quis vero huius nostri precepti violator extiterit, sciat se conpositurum auri purissimi libras mille, medietatem[mmm] camere nostre et medietatem canonicis Aretine ecclesie pro tempore constitutis. Quod ut uberius[nnn] credatur et ab omnibus * inviolabiliter observetur, presentem inde paginam conscribi et inpressione sigilli nostri insigniri iussimus. Huius rei testes sunt: Wulfokerius patriarcha Aquilegensis, Lotharius Pisanus archiepiscopus, Herricus Mantuanus episcopus vicarius curie, Gregorius Aretinus episcopus, Azzo marchio Estensis, Izilinus de Terguiscio, Herricus marcalcus de Kalandrino, Gumzolinus dapifer, Albertus Strutius[ooo], Passaguerra, Monacus, Presbiter, Rufinus iudices curie et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti[ppp] Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)[qqq]

Ego Curradus Spirensis episcopus imperialis aule camcellarius[rrr] vice domini Theodorici Coloniensis[sss] ecclesie archiepiscopi et totius Ytalie archicamcellarii[ttt] recongnovi[uuu].

---

[eee] *so A*
[fff] *ursprünglich wohl* Romoma*, danach zweites* o *in* a *verb., erster Schaft des* m *durch Punkt getilgt,* a *in* o *verb.,* rum-*Kürzung angefügt*
[ggg] *über* imperatorum, *mittels Verweiszeichen mit dunklerer Tinte eingefügt*
[hhh] *zunächst* eis*,* s *durch Punkt getilgt*
[iii] iustitiam *A,* m *durch Punkt getilgt*
[jjj] danu *mit Kürzungszeichen über* u
[kkk] *so A statt* exigere
[lll] preposi *durch Fleck beschädigt*
[mmm] *erstes* t *durch kleines Loch beschädigt*
[nnn] *so A und im Original der VU*
[ooo] t *aus z verb.*
[ppp] *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[qqq] *mit dunklerer Tinte*
[rrr] *so A*
[sss] Colen *mit Kürzungszeichen und zweitem über e eingefügten* o
[ttt] *so A*
[uuu] recognovi *mit Kürzungszeichen über* co

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC° nono, indictione tertia decima, imperante domino Ottone quarto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno imperii eius primo, regni vero XII.

Data aput Interanem, nono kalendas ianuarii.

(SP.D.)[vvv]

---

[vvv] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

[1–1] *vgl. Seneca, De clementia I,3,3.*

# BFW 341.

*Otto nimmt auf Bitten des Priors und der Kanoniker die bischöfliche Kirche SS. Maria und Anastasio von T e r n i mit allen Rechten und Besitzungen in seinen Schutz, bestätigt den Kanonikern den Brückenzehent und gewährt, dass sie nach dreimaliger nicht Folge geleisteter Aufforderung, ihnen zu ihrem Recht zu verhelfen, rechtmäßig erworbene Güter wieder in Besitz nehmen dürfen.*

*Terni, 1209 Dezember 24*

*Notarielle Abschrift des 13. Jh. in der Biblioteca comunale zu Terni, Depositum im Archivio di Stato zu Terni, Archivio comunale, Pergamena A 1 (B).*

*Ughelli, Italia sacra 1, Sp. 816 = ed. II. 1, Sp. 754. – Angeloni, Historia di Terni ed. II. S. 494 Anmerkung 17 in italienischer Übersetzung. – Rossi-Passavanti, Interamna 2, S. 123 Anmerkung 1 aus B.*

*Angeloni, Historia di Terni S. 90 = ed. II. S. 139. – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 823 Nr. 1 (zu Januar 1). – Gregorovius, Geschichte der Stadt Rom 5, S. 86. – Rossi-Passavanti, Interamna 2, S. 546. – BFW 341.*

Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Ad eterne vite premium et temporalis regni incrementum plurimum nobis prodesse non ambigimus, si loca divino cultui mancipata in suo iure manutenere studuimus et circa eorum commoda curam et operam impendimus diligenter. Quapropter universis imperii fidelibus tam presentis evi quam futuri duximus declarandum, quod nos fidelium nostrorum prioris et canonicorum sancte Marie sanctique Anestasii[a] Interamnes supplicationibus pium prebentes assensum pro salute nostra ipsam ecclesiam, iura quoque et omnes eius possessiones, quas inpresentiarum legitime obtinet aut in futurum dante domino iuste fuerint[b] adepta, sub specialem magnitudinis nostre recepimus protectionem confirmantes iamdictis canonicis pro tempore domino ibidem famulantibus decimas pontium et, ut eosdem pontes, quociens opus fuerit, de lapidibus reficiant, plenam illis tradimus facultatem. Preterea de imperiali clementia priori et ipsis fratribus indulgemus, ut quicumque iusticiam ipsi ecclesie requisitus a priore et fratribus non fecerit post tertiam compellationem, potestas sive consules, qui pro tempore fuerint, eos, prout iusticia exigat, in possessionem mittant et defendant. Quod si facere[c] neglexerint, post tertiam requisitionem a priore et fratribus factam liceat eis possessionem intrare et sicut eam rationabiliter adepta fuerint, imperiali auctoritate quiete et pacifice possidere. Si quis igitur sepefactos priorem et fratres sancte dei genitricis et virginis Marie et sancti Anastasii Interamnes super hiis, que imperialis clementia eis indulsit et confirmavit, aliquatenus molestare presumpserit, iram tremendi iudicis et maiestatis nostre gravem offensam se non dubitet incursurum atque in vindictam temeritatis sexaginta librarum auri componat, dimidium camere[d] nostre et reliquum iniuriam passis. Ad cuius rei certitudinem hanc paginam conscriptam sigillo nostro iussimus[e] communiri.

Dat. Interamnes anno domini millesimo C$^{o}$C$^{o}$VIIII, VIIII kal. ianuarii, indictione XIII[f].

---

[a] *so B*
[b] fuerit *(*fuit *mit* er*-Kürzung) B*
[c] *davor noch einmal verb.* facere *B*
[d] cambere *B*
[e] *davor* d *mittels Punkt getilgt B*
[f] *SP.2. laut B.*

## BFW 342.

*Otto nimmt das Zisterzienserkloster P f o r t a mit allen Leuten und Besitzungen in seinen Schutz, bestätigt ihm die genannten Güter und alle von seinen Vorgängern übertragenen Freiheiten und Privilegien sowie das Recht, ohne seine besondere Zustimmung Reichsgüter zu erwerben.*

*Terni im Gebiet von Spoleto, 1209 Dezember 26*

*Original, 630 (–640) + 40 (–49) x 524 (–532) mm, im Sächsischen Hauptstaatsarchiv zu Dresden, Bestand 10001, Ältere Urkunden, Nr. 00165 (A).*

*Bertuch, Chronicon Portense 1, S. 39 mit unvollständiger Zeugenreihe = Bertuch, Chronicon Portense, in: Otto – Schamelius, Thuringia sacra S. 831. – Meibom sen., Apologia pro Ottone IV. S. 109 mit unvollständiger Zeugenreihe und VI. kal. ian. = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., in: Opuscula historica S. 411 Nr. 5 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 159 Nr. 5 = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 795 Nr. 299. – Bertuch, Chronicon Portense 1, ed. Schamelius, S. 27. – Wolff, Chronik des Klosters Pforta 1, S. 277 deutsche Übersetzung der Abschrift im Diplomatarium Portense von ca. 1280 in der Bibliothek von Schulpforte, mit Erwähnung S. 139. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 49 Nr. 68 (zu Dezember 27) aus A. – Böhme, UB Pforte 1, S. 91 Nr. 68 aus A.*

*Posse, Privaturkunden Taf. VIIIb (Schriftprobe). – Posse, Siegel 1, Tafel 25 Nr. 4 (Abb. des Siegels) und 5, S. 27 (Siegelbeschreibung) = Hucker, Kaiser Otto IV. Abb. 5b.*

*du Chesne, Histoire genealogique de la maison de Bethune, preuves S. 58 (mit unvollständiger Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Meier, Origines et antiquitates Plessenses S. 43 (mit unvollständiger Wiedergabe der Zeugenreihe). – Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1297 (Erwähnung). – Schöttgen, Inventarium Sp. 62 Nr. 6 (mit Wiedergabe der Datierung). – Schultes, Directorium diplomaticum 2, S. 457 Nr. 78 (mit Wiedergabe der Datierung). – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 31. – Hagke, Urkundliche Nachrichten S. 684 (Erwähnung) und S. 694 (zu 1208 und 1209). – Wauters, Table chronologique 3, S. 317 (mit Wiedergabe der Datierung). – Heinemann, Cod. dipl. Anhaltinus 1, S. 575 Nr. 777 (mit Textauszügen). – Frey, Schicksale S. 114 (Erwähnung). – Posse, Cod. dipl. Saxoniae regiae 1/3, S. 109 Nr. 138 (mit Textauszügen). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1437. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 214. – Wiesflecker, Reg. der Grafen von Görz 1, Nr. 350 (mit unvollständiger Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Schieckel, Reg. Landeshauptarchiv Dresden Nr. 190. – Dolle, UB Plesse Nr. 46 (mit Wiedergabe der Corroboratio, der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – Die deutschen Königspfalzen 2, S. 57 Nr. 14 (Erwähnung mit kurzem Textauszug). – Kunde, Zisterzienserkloster Pforte S. 293 Nr. 68 (mit Wiedergabe der Datierung). – BFW 342.*

*Als Vorurkunden dienten die beiden nur zwei Tage vorher ebenfalls in Terni ausgestellten Urkunden für Walkenried, vor allem BFW 338 (VU I) für die einleitenden Teile und den Schluss des Kontexts, und BFW 339 (VU III) besonders für die Anordnung des Eschatokolls. Für Teile des Kontexts wurde außerdem das Privileg Innocenz´ III. für Pforta (VU II, Potthast 2764; ed. Graber, Cod. dipl. Saxoniae 3/1, S. 43 Nr. 20) von 1206 April 29 herangezogen.*

/**I**/ (C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Divina favente clementia Otto quartus Romanorum imperator semper augustus /**II**/ imperpetuum. # Imperialem decet munificentiam religiosam vitam professis /**I**/ in hiis, que ad * utilitatem[a] ecclesiarum pertinent, suum prestare /**II**/ presidium, ne * cuiuslibet temeritatis incursu indebite patiantur detrimentum. /**I**/ Eapropter in proposito habentes * non solum ea, que á divis antecessoribus nostris imperatoribus pro ecclesiis utiliter sunt ordinata, servare, set etiam, si quid minus actum est, prout intellexerimus et poterimus, supplere, ob reverentiam * intęmerate[b] genitricis dei * Marie venerabile ac dilectum nobis monasterium in Porta ordinis Cistertiensis * cum omnibus hominibus et possessionibus, quas /**II**/ in presentiarum * canonice possidet et in futurum /**I, II**/ iustis modis /**II**/ prestante domino /**I, II**/ poterit adipisci, /**I**/ in nostram et imperii

[a] a *wohl aus* t *verb.*
[b] *so A*

protectionem et spetiale patrocinium suscipimus imperiali auctoritate * confirmantes eidem monasterio possessiones * cum omnibus suis pertinentiis, /**II**/ in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, * grangias scilicet de Cusende cum pertinentiis suis, aliam, que vocatur Wincendorp, aliam, que dicitur Cocolou, aliam, que vocatur Bursendorp, aliam, que vocatur Scopecou, et Hummelstede cum molendino et cum adiacente vinea, insuper vineas, que adiacent Wincedorp grangie suprascripte, cum molendino et cum piscatione et frutecto et salicto, preterea aliam grangiam, que vocatur Gernestede, cum adiacenti vinea et sarecto et pratis, predia in Cranewisz, aliam, que dicitur Hechendorp, cum adiacente charecto et cum silva et adiacente vinea, grangiam, que dicitur Odesforde, cum piscatione in aqua, que vocatur Hunstruta, aliam, que dicitur Lepiz, cum molendino adiacente et cum piscatione in aqua, que dicitur Luppa, aliam, que vocatur Mirtendorp, cum adiacente[c] vinea et charecto et molendino, unam, que dicitur Flaminghe, et pascua de Catzenrode cum adiacente area ad molendinum construendum, grangiam, que vocatur Vere, cum piscatione in aqua, que vocatur Vnstruta, et charecto et salicto, insuper villam, que dicitur Burkauwe, et aliam villam, que vocatur Hircen, cum vinea adiacente, preterea lacum in marchia, que dicitur Lvzist, cui nomen Holtse, in confinio urbis et civitatis, que dicitur Sturkuowe, cum mansis C$^{tum}$, iuxta lacum XX$^{ti}$ [d] et Kelnize LXXX$^{ta}$ [e], que omnia simul et semel Conradus marchio de Landesberc cum favore nostro[f] Portensi contulit ecclesie in Aldenburg presentibus principibus duce Bernardo, Hermanno lantgravio, Theoderico marchione Misnense et aliis pluribus. /**I**/ Insuper quecumque bona ubicumque locorum in silvis, in agris cultis et incultis, in pascuis, in aquis et aquarum decursibus vel piscationibus possidet, omnes libertates et privilegia et donationes ipsi á predecessoribus nostris Romanis imperatoribus vel quibuscumque liberis sive ministerialibus imperii collatas et exemptiones secularium exactionum confirmantes illibatas precipimus deinceps observari. * Premisse vero concessioni ob remedium anime nostre et successorum nostrorum imperatorum vel regum adicimus, ut, quicquid deinceps idem monasterium de bonis imperii iustis modis fuerit adeptum, sive per emptionem sive per commutationem seu per elemosinarum largitionem vel alio * iusto modo á quacumque persona * libera * sive ministeriali imperii, * non requisito super hoc spetiali assensu nostro * licenter recipiat et * quiete possideat, * ita, ut nulla lex generalis vel privata hoc valeat impedire. * Imperiali igitur auctoritate /**III**/ statuimus, /**I**/ ut nulla persona secularis aut ecclesiastica predictum monasterium in rebus vel personis * contra tenorem huius privilegii[g] molestare aut huic concessioni audeat contraire, alioquin et nostram indignationem incurret, et volumus, ut in penam temeritatis * componet[h] quadraginta marcas auri, /**I, III**/ dimidium camere nostre et dimidium ecclesie /**III**/ iniuriam passe. Et /**I**/ ut hec nostra concessio omni tempore inviolabilis perseveret, presentem paginam sigillo nostro fecimus communiri. /**I, III**/ Huius rei testes sunt hii: Wlfcherus patriarcha Aquilegensis, Lotharius archiepiscopus Pisanus, Iohannes Cameracensis episcopus, Henricus episcopus Mantuanus

---

[c] *zweites* a *infolge Faltung abgerieben*
[d] *über* lacum *nachträglich von erster Hand eingefügt*
[e] *über* Kelnize *nachträglich von erster Hand eingefügt*
[f] *erstes* o *aus Schaft mit Unterlänge, wohl für* r*, verb.*
[g] *Oberschaft des* l *durch Fleck beschädigt*
[h] *so A*

imperialis aule vicarius, Henricus scolasticus sancti Gereonis, Iohannes Bardewicensis prepositus, Gherardus comes Uiennensis, Azo marchio Estensis, Azelinus de Romanie, Meinardus comes de Friol, Salingwerra de Ferraria, Hartmannus comes de Wirteneberch, Rodolfus de Keselowe, Hellemoldus de Plesse, Bernardus de Dorstat, Luthardus de Meinersem, Guncelinus imperialis aule dapifer, Henricus de Kalendin marscalcus, Cono de Mincenberch chamerarius, Walterus de Scipfe pincerna, Henricus de Rauenesburch, Monachus de Uilla et Passagwerra Mediolanenses, Albertus Strucio imperialis aule iudices, Henricus de Rotenburch, Cono de Somerowe[i], Herwicus de Uitesen, Albertus Rindesmule, Heinricus de Reueninghe /**I, III**/ et alii quam plures clerici et laici.

/**III**/ Signum[j] * Ottonis divina favente clementia quarti Romanorum imperatoris invictissimi et semper augusti. (M.)

/**I, III**/ Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice Theoderici Coloniensis archiepiscopi recognovi.

Acta sunt hec aput Interamnem in partibus Spoletanis anno incarnationis dominice MCC$^{o}$VIIII$^{o}$, anno regni nostri IX$^{no}$ [k], imperii vero * primo, VII kal. ianuarii, indictione XII$^{ma}$. Data per manum Walteri imperialis aule protonotarii.

(SP.2.)[l]

---

[i] *erstes* o *aus* u *verb.*
[j] *ab hier bis zum Ende von derselben Hand mit breiteren Buchstaben, sowie größeren Wort- und Zeilenabständen*
[k] *so A wohl statt* XI$^{mo}$
[l] *an roten, grünen und weißen Seidenfäden.*

## *BFW 14631.

*Otto gewährt dem Propst und dem Kapitel der* e c c l e s i a  C a s t e l l a n a  o r d i n i s  s a n c t i  A u g u s t i n i *neben anderen Vergünstigungen und Befreiungen für ihre Kirche eine Verjährungsfrist von 100 Jahren.*

*nach 1209 Oktober 4 (wohl 1210 Anfang Januar)*

*In der Urkunde Papst Innocenz´ IV. von 1252 XII 7 für den Propst und das Kapitel der* ecclesia Castellana ordinis sancti Augustini *(BFW 8548; ed. MGH Epp. saec. XIII 3, S. 146 Nr. 173) heißt es:* … Otto quartus Romanorum imperator primo anno imperii sui inter alias immunitates et libertates, quibus vos et ecclesiam vestram imperiali auctoritate munivit, specialiter eidem ecclesie vestre concessit, ut contra ipsam nulla prescriptio temporis nisi centenaria opponatur, prout in privilegio ipsius imperatoris inde confecto suo sigillo munito vidimus plenius contineri. *– BFW 14631 (zu 1209 Dezember).*

## *BZ 50.

*Otto gewährt der Stadt Città di Castello unter anderem, dass im Umkreis von drei Meilen um die Stadt keine Burg errichtet werden darf.*

*1210 (wohl Anfang Januar)*

*In einem Urkundeninventar des 15. Jh. der Stadt Città di Castello, Archivio storico del comune, Archivio segreto, Volumi Nr. 100, fol. 7v (ed. Magherini-Graziani, Storia di Città di Castello 2, S. 102 Anmerkung 2), heißt es:* Privilegium Octonis quarti imperatoris, quo inter alia conceditur, quod nullum castrum erigatur prope civitatem per tria miliaria *[folgen etwa zwei Worte, stark abgerieben, wohl* datum Interamnis] anno domini 1210. *– Schneider in: QFIAB 12, S. 46 Anmerkung 2. – BZ 50.*

- .

*Otto nimmt die Äbtissin und die Nonnen des Klosters S a n  P o n z i a n o bei S p o l e t o mit allen Personen, Gütern und Besitzungen in seinen Schutz, befreit sie von allen Abgaben und gewährt ihnen eine Verjährungsfrist von 60 Jahren.*

*Foligno, 1210 Januar 5*

*Original, 327 (–339) + 26 (–34) x 345 (–350) mm, im Archiv der Familie Pucci della Genga zu Spoleto, Pergamene, busta 1, Nr. 14 (A).*

*Sensi, Cattedrali S. 106 aus A.*

*Sensi, Cattedrali S. 97 (Abb.).*

(C.) # Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus[a]. # Si[b] locis deo dicatis et personis religiosis pacem quietam providemus[c] ipsorumque necessitatibus intendimus pie et liberaliter[d] benefacere, apud creatorem omnium ad utriusque vite statum feliciorem nobis maxime proficere non dubitamus[e]. Quocirca notum facimus universis imperii[f] fidelibus[f] nostri presentibus et futuris, quod nos intuitu divine retributionis monasterium sancti Pontiani apud Spoletum, abbatissam[g] eius et omnes sorores cum omnibus personis[h], rebus, bonis et universis possessionibus, quas nunc iuste habent vel in posterum concedente domino iuste poterunt obtinere, in specialem maiestatis nostre[i] protectionem recepimus volentes et imperiali clementia indulgentes, ut ipsa abbatissa et monasterium predictum cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus ab omni data, collecta et angaria omnique exactione indebita de cetero libera permaneant et quieta. Ad hec ipsi abbatisse et monasterio predicto[j] de imperiali benignitate concedimus, quatinus nulla prescriptio tam in preteritis quam futuris ipsis possit obici vel obesse nisi LX annorum addentes, ut, si quis emphyteota censum suum debito tempore supersederit solvere vel iam non solvit, emphyteosin, secundum quod ius deposcit, amittat et abbatissa ac monasterium eius liberam facultatem habeant bona sua secundum iustitiam et iuris ordinem recipiendi et tenendi vel locandi. Statuimus itaque et districte precipimus[k], ut nullus episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nullus consul vel potestas, nullum commune nullaque omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica[l], contra hanc maiestatis nostre indulgentiam et pro[te]ctionem[m] predictam abbatissam, monasterium eius et

---

[a] *so A*
[b] *Initiale* S *vergrößert, verstärkt und mit punkt- und kreisförmigen Verzierungen am Ende des oberen Bogens und in den beiden Bogenkrümmungen versehen*
[c] id *verb.*
[d] it *verb.*
[e] *kleines Loch unter* t
[f–f] *so A, über beiden Wörtern hellere Doppelstriche, möglicherweise zur Wortumstellung*
[g] ab *durch Faltung abgerieben, zwischen* a *und* b *kleines Loch in der Faltung*
[h] o *durch Faltung beschädigt, darüber Fleck und darunter Riss in der Faltung*
[i] e *verb.*
[j] t *wohl aus* c *verb.*
[k] ci *durch Faltung beschädigt, darunter Riss in der Faltung*
[l] ic *durch Faltung beschädigt*
[m] te *durch Faltung zerstört*

sorores[n] in personis, rebus aut bonis aliquo modo audeant iniuste[o] gravare vel aliquam eis presumat inferre[p] molestiam. Quod si quis facere attemptaverit, LX libras auri puri pro pena componat, dimidium[q] camere nostre et reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei certam imperpetuum evidentiam presentem paginam inde conscriptam maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Dat. apud Fulgineum anno dominice incarnationis M°CC°X°, indictione XIII[a], non. ianuarii.

(SP.D.)[r]

---

[n] *erstes* s *durch Faltung beschädigt*
[o] t *aus Bogen für* e *oder* c *verb.*
[p] in *sowie Oberschaft des* f *etwas abgerieben,* i *durch Rasur aus* s *oder* f *verb.*
[q] *zweites* d *verb.*
[r] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 343.

*Otto überträgt Markgraf Azzo (VI.) von Este und dessen Gemahlin Alisia sowie ihren Erben mehrere im Bistum Vicenza gelegene Orte mit der kaiserlichen und königlichen Gerichtsbarkeit zu Lehen und gewährt, dass auch im Falle nur weiblicher Nachkommen diese im Erbe nachfolgen und die damit verbundenen Funktionen ausüben dürfen.*

*Foligno, 1210 Januar 5*

*Original im Archivio di Stato zu Modena, A.S.E., Documenti riguardanti la Casa e lo Stato, Cassetta 2, Nr. 1 (A).*

*Muratori, Antichità Estensi 1, S. 393 (Erwähnung mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung) = ed. II. 1, S. 448, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 326. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 215. – BFW 343.*

*Der Urkundentext wiederholt Passagen einer Urkunde Philipps von Schwaben für Markgraf Azzo VI. von Este vom 18. Juni 1207 (DPh. 143; VU II). Dem von Philipp am selben Tag ausgestellten DPh. 144 (VU I) wurden einzelne Ausdrücke in der Arenga entlehnt.*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator augustus. # /**I**/ Imperatorię maiestatis nostrę benignitas devota fidelium suorum obsequia consuevit clementer respicere ipsisque pro benemeritis digna munificentię suę beneficia liberaliter impertiri. Quapropter[a] notum facimus universis imperii nostri[b] fidelibus presentibus et futuris, /**II**/ quod nos intuentes sinceram fidem ac preclara obsequia, quę dilectus * noster Azzo Estensis marchio * circa nos exhibuit et in posterum[c] paratus est exhibere, de imperiali gratia ac liberalitate damus et concedimus ei et uxori suę * Alisię et heredibus eorum in rectum ac perpetuum feodum ac presenti pagina perpetualiter ipsis imperiali auctoritate confirmamus * villas quasdam in episcopatu Vicentino sitas, quas propriis nominibus duximus exprimendas: Prexanam videlicet, Coloniam, Baldariam, Simellam et Bagnolum cum silvis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, pascuis, pratis, molendinis, agris, vineis, bannis, placito, fodro, albergariis, arimannis et arimanniis[d] communitate, theloneis, fidelitate, honore, utilitate cum omnibus appenditiis[e] et tenimentis earum ac generaliter cum omni iure[f], sicut imperium in[f] eis habet vel habere potest vel ad imperium quocumque modo invenitur pertinere, ut ipse Azzo Estensis marchio et uxor eius Alisia * cum plenitudine totius potestatis hec omnia decetero habeant et cum omni quiete percipiant et integraliter et exigant non solum per se, verum etiam per nuntios suos in omnibus predictis rationes, utilitates et iura universa. Si vero idem marchio vel uxor eius Alisia sine herede vel heredibus masculis aut feminis ab ipsis procreatis * premorietur, decernimus, ut qui superstes fuerit, ipse marchio videlicet aut eius uxor cum suis heredibus masculis aut feminis in predictis omnibus plenissime permaneat, et, ut predictum est, omnem fructum, ius, districtum et honorem omnemque proventum seu utilitatem in omnibus predictis obtineat absque omni cuiuslibet personę contradictione vel impedimento. Verum licet legum sanxerit

---

[a] t *aus* e *verb. A*
[b] n *durch Fleck beschädigt*
[c] e *verb. A*
[d] s *verb. A*
[e] ti *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[f–f] iure – in *durch Faltung stark abgerieben,* e *in* iure *durch kleines Loch zerstört*

auctoritas feminas á civilibus et publicis officiis posse removeri, concedimus tamen et de certa * scientia statuimus, ut deficientibus masculis feminę, quę ex ipso marchione et uxore sua Alisia sunt vel de alia, quam habuit antequam ipsam, duceret eis pre mortuis, quę de Alisia sunt vel fuerint progenite, vel si quam post mortem Alisię duxerit, de qua filias habebit et non filios, quia masculi semper heredes intelliguntur legitimi, pre aliis mulieribus eo gaudeant honore et beneficio, ut * in eisdem[g] bonis legitimę * succedant et officia, quę * feminis ipso iure * denegata sunt, per se et suos[h] vicarios libere possint exercere. Statuimus itaque[i] et * firmiter[i] precipimus, ut nulli unquam personę humili vel altę, seculari vel ecclesiasticę, licitum sit huic nostrę concessioni et confirmationi contradicere[j] vel ipsam in aliquo perturbare. Quod si quis facere presumpserit, centum libras auri puri[k] pro pena componat, dimidium camerę nostrę et reliquum * passis iniuriam. Unde et presentem paginam inde conscriptam maiestatis nostrę sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Wulfkerus patriarcha Aquilegiensis, Lotharius Pisanus archiepiscopus, Iohannes Cameracensis episcopus, Heinricus Mantuanus episcopus, comes Hartmannus de Wirtemberc[l], H(ei)nricus marscalcus de Callendin, Albertus Strucius[m] et alii quam plures[m].

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aulę cancellarius vice domini Theoderici Coloniensis ecclesię archiepiscopi et totius Ytalię archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis MºCCºXº, regnante domino[n] Ottone[o] quarto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno imperii eius primo.

Dat. apud Fulgineum nonas ianuarii.

(SP. D.)[p]

---

[g] *zweites* e *wohl auf Rasur*
[h] *unter* u *kleines Loch im Pergament*
[i–i] itaque – firmiter *infolge Faltung stark abgerieben,* f *durch Löcher in der Faltung beschädigt*
[j] e *am Schluss verb. A*
[k] pu *verb. oder durch Tintenfleck beschädigt*
[l] *erstes* e *wohl verb. A*
[m–m] cius – plures *am Ende der folgenden Zeile rechts vom Monogramm, davor ein s-förmiges Zeichen, wohl als Abgrenzung von der Signumzeile*
[n] o *wohl verb. A*
[o] e *wohl verb. A*
[p] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

# BFW 344.

*Otto nimmt Graf Maginard, Sohn Graf Alberts (IV.) von Prato, und dessen Erben mit allen Besitzungen in seinen Schutz, bestätigt ihm, was dessen Urgroßvater Graf Albert und dessen Nachkommen besessen haben und restituiert ihm gemäß den Beschlüssen von Roncaglia alle entfremdeten Besitzungen.*

*Foligno, 1210 (ca. Januar 5)*

*Notarielle Abschrift von 1318 X 12 im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Pergamene, Normali, Riformagioni, 1210 (B). – Notarielle Abschrift von 1326 XII 7 ebenda (C). – Abschrift des 17. Jh. in den Memorie della famiglia Alberti in der Biblioteca Riccardiana zu Florenz, Ricc. 1946, fol. 154r–155v (E).*

*Lami, Sanctae ecclesie Florentinae mon. 1, S. 392 aus heute nicht mehr eruierbarer Abschrift von C = (Ildefonso di San Luigi), Delizie degli eruditi Toscani 8, S. 92 Nr. 2 mit Verbesserungen aus C. – Federighi in: Miscellanea storica della Valdelsa 77–79, S. 136 Nr. 3 aus BC.*

*Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 71 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 147. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 215. – BFW 344.*

*Als Vorurkunde diente für die Arenga und den Großteil der Dispositio die Urkunde Kaiser Friedrichs I. vom 10. August 1164 (DF. I. 456; VU I), während sich Perturbationsverbot, Pönformel und Corroboratio am Vorbild des Diploms Ottos für Graf Albert von Prato (BFW 320, VU II) orientieren.*

(C.) # In nomine sancte[a] et individue[b] trinitatis. Otto[c] quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus[d].# /**I**/ Imperialis eminentie celsitudo preclara suorum fidelium servitia pre oculis sue maiestatis semper habere consuevit, nobiles quoque viros et eos, qui pro dilatando imperialis corone solio tempore pacis et guerre fideliter et strenue plurimos labores et maximas expensas tollerarunt, congruis honoribus et amplioris gratie[e] benefitiis decorare. Quapropter universorum imperii[f] nostri fidelium per Italiam[g] existentium presens noverit etas et successura posteritas, quod nos ex consueta benignitatis[h] nostre gratia dilectum et fidelem principem nostrum comitem Maghinardum filium quondam comitis Alberti de Prato et eius legiptimos[i] heredes et omnia, que habet vel detinet vel alii suo nomine habent vel detinent et que habiturus est et que sunt in suo districtu, et nominatim, que sibi obvenerunt ex divisione vel assignatione seu datione[j] sibi a comitissa Tabernaria et a Reinhaldo[k] et Alberto fratribus suis et filiis predicti comitis Alberti sub nostra imperiali protectione[l] atque tutela suscepimus. Concedimus quoque predicto comiti Maghinardo[m] atque donamus et restituimus quecumque comes Albertus proavus eius et filii et nepotes habuerunt pro parte sibi contingente, quod non sit ab eis alienatum

---

[a] sance *B, dabei für* t *wohl nachträglich ein kurzer waagrechter Balken ganz unten an den Bogen von* c *angefügt B*
[b] indiue *C*
[c] Octo *C*
[d] augustissimus *B*
[e] gratię *E*
[f] perii *durch Fleck und Riss am Pergamentrand teilweise zerstört B*
[g] Ytaliam *B*
[h] beningnitatis *B*
[i] *so BC,* legittimos *E*
[j] datone *C*
[k] Reinaldo *CE*
[l] proteptione *C*
[m] Meghinardo *C*

et alii nomine suo vel ipse quoquo modo habet vel habuit. Restituimus quoque predicto comiti Maghinardo quecumque[n] comes Albertus proavus eius et filii et nepotes et pronepotes a se de comitatu pro parte sibi contingente alienarunt[o], et quecunque aliqui homines de comitatu ipsorum alienaverunt, sicut ordinatum[p] fuit ab imperatore Friderico[q] predecessore nostro in Ronkalia[r]. In omnibus autem rebus et possessionibus et districtu infra nominatis et spetialiter a predictis suis fratribus et comitissa Tabernaria datis et concessis et in omnibus aliis, que habet vel habuit de consilio nostrorum principum speciali largitate et prerogativa omnia regalia et iura et omnem * iurisdictionem, quam habemus vel ad nos et imperium * spectat, concedimus et confirmamus pro parte sibi contingente, quorum nomina sunt hec: Certaldum cum pertinentiis suis et hominibus et curia et districtu, Pongna et[s] Fondengnano[s] cum hominibus, curiis et pertinentiis suis et districtu, Quarantola[t] cum eius curia, hominibus et districtu, Monte Talliari, Dagole[u] et Ripa Mortori[v] et Saliuolpi[w] cum eorum curiis, districtu, hominibus et suis pertinentiis. Hec omnia et spetialiter alia omnia sibi ex predicta concessione et datione a comitissa Tabernaria et fratribus suis data, cum omnibus aliis a quondam comite Alberto vel ab aliis nomine suo possessis pro parte sibi contingente in aliis vero divisis cum curtibus, districtibus et pertinentiis suis in alpibus, vallibus, montibus, planitiis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, insulis, fluminum ripis, pedagiis, tholoneis, mercatis et mercatorum curaticiis, pascuis, paludibus, salettis[x], silvis cultis et incultis, divisis et indivisis. Confirmamus etiam ei suisque legitimis[y] heredibus usarias et bonas consuetudines, quas domus sua solita est habere tam in civitatibus quam extra, in castellis, villis et districtibus. Concedimus etiam ei et statuimus et suis legitimis[z] heredibus, ut hec omnia predicta imperiali auctoritate * habeat et absolute possideat cum aquarum portubus et navigiis, * omnium hominum petitione *, molestatione, causatione et contradictione imperpetuum penitus remota. Statuimus itaque et imperiali nostra auctoritate firmiter iubemus, /**II**/ ut predictum comitem Maghinardum vel suos legitimos[aa] heredes in hac nostra concessione seu datione, nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes[bb], vicecomes, potestas, * consul, civitas vel comune, universitas vel collegium, persona[cc] humilis[cc] vel alta, secularis vel ecclesiastica molestare * presumat[dd]. Quod qui fecerit, in ultionem sue temeritatis centum marcas auri puri pro pena componat, medietatem camere nostre et medietatem iniuriam passis. Ad cuius rei certam imposterum evidentiam presentem

---

[n] *so E, durch freigelassenen Raum gekennzeichnete Lücke im Text BC*
[o] alienaverunt *E und VU*
[p] hordinatum *E*
[q] Frederico *C,* Friderigo *E*
[r] Romkalia *E*
[s–s] et Fonden *durch Faltung stark beschädigt B,* Fondegnano *E mit Kürzungszeichen über erstem* n
[t] Quarantula *CE, in E mit Kürzungszeichen über erstem* a
[u] *mit Kürzungszeichen über* a *E*
[v] Mortory *mit Kürzungszeichen über* M *E*
[w] Saleuulpi *mit Kürzungszeichen über* erstem u *E*
[x] *so BCE,* salectis *VU*
[y] legiptimis *CE*
[z] legiptimis *C,* legittimis *E*
[aa] legiptimos *CE*
[bb] chomes *C*
[cc–cc] *fehlt E, durch Punkte gekennzeichneter Raum freigelassen*
[dd] presummat *B*

paginam inde conscribi[ee] et nostre maiestatis sigillo iussimus comuniri. Huius rei testes sunt: Wolfkerus[ff] patriarcha Aquilegensis, Heinricus[gg] Mantuanus episcopus et vicarius curie, Azo[hh] marchio Estensis, Heinricus[ii] de Calandin[jj] marschalcus[kk], Ezelinus[ll] de Teruisio[mm], Salinguerra[nn] de Ferraria, Nepoleon de Campilio, comes Thidicius[oo] de Pisis[pp], comes Meghinardus[qq] de Feriolo[rr], Bunzelinus[ss] dapifer[tt], Albertus Struzius[uu], Passauerra, Monachus[vv], Presbiter, Rufinus[ww] iudices curie et alii quam plures.

# Singnum[xx] domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris augustissimi[yy]. # (M.)

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis[zz] aule cancellarius vice domini Thederici[aaa] Coloniensis archiepiscopi et[bbb] Italie[ccc] archicancellarii[ddd] recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC$^{o}$X$^{o}$ [eee], gloriosissimo domino Ottone imperante[fff], anno regni[ggg] eius XII, imperii vero primo.

Dat. apud Fuligeneum per manum Waltherii[hhh] prothonotarii, indictione[iii] tertiadecima[jjj].

---

[ee] *fehlt E, durch Punkte gekennzeichneter Raum freigelassen*
[ff] Voiolfrerus *C, wohl* Voielfrere *E*
[gg] Henricus *CE*
[hh] Arzo *E*
[ii] Henricus *CE*
[jj] Chalandin *C*
[kk] marescalchus *C,* marescalcus *E*
[ll] Ezzelinus *E*
[mm] Teruigio *C,* Treiuigio *E*
[nn] Salimguerra *C*
[oo] Thydicius *B,* Glidiccius *E*
[pp] Pysis *B*
[qq] Meghynardus *B,* Maghinardus *E*
[rr] Ferriolo *CE*
[ss] Bunzellinus *CE*
[tt] dapiser *B,* da Piser *CE*
[uu] Strucius *C, dabei* c *wohl aus r verb.*
[vv] Monacus *CE*
[ww] Ruffinus *CE*
[xx] *so BC, danach* Ottonis *durch Punkte unter dem Wort getilgt C,* Signum *E*
[yy] agustissimi *C*
[zz] imperiali *CE*
[aaa] Thedici *E*
[bbb] *fehlt CE*
[ccc] Ytalie *B*
[ddd] archicancellerii *B*
[eee] CCX *BE*
[fff] imperatore *E*
[ggg] rengni *BC*
[hhh] Vualterii *C,* Uualterii *E*
[iii] inditione *C*
[jjj] *naturfarbenes Wachssiegel an Seidenfäden laut C.*

## BFW 345.

*Otto bestätigt auf Bitten des Abtes Carsedonius nach dem Vorbild Kaiser Heinrichs VI. dem Camaldulenserkloster S. Salvatore (di Monte Acuto) im Gebiet von Perugia die genannten Besitzungen sowie eine Reihe von Rechten und Freiheiten, unter anderem die Befreiung von Abgaben und Fodrum, eine Verjährungsfrist von 80 Jahren, die freie Abtwahl und die Leistung des Kalumnieneides durch einen Stellvertreter.*

*Foligno, 1210 Januar 8*

*Notarielle Abschrift von 1670 IV 9 (E), heute wohl verloren, davon Abschrift des 17./18. Jh. in der Bibliothèque nationale de France zu Paris, Ms. lat. 11886, fol. 280r–281r (E´).*

*Mittarelli – Costadoni, Annales Camaldulenses 4, Appendix Sp. 291 Nr. 182 wohl aus E, ausführliches Regest S. 218 f., zu Februar 8 (m). – Roberto di Monte Corona, Dissertazione S. 129 aus Abschrift im Klosterarchiv (r) und Regest S. 7 mit Textauszügen (r).*

*Turchi, De ecclesiae Camerinensis pontificibus S. 184 (zu Februar 8). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 70 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls, zu Februar 8). – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 215. – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 286 (zu Februar 8). – BFW 345.*

*Der Text des feierlichen Privilegs ist nur unbefriedigend überliefert. In allen drei für die Textgestaltung herangezogenen handschriftlichen und gedruckten Kopien (E´, m und r) finden sich zahlreiche Verballhornungen und Unsinnigkeiten, sodass es stellenweise schwierig ist, einen sinnvollen Text zu erstellen (vgl. etwa die Anmerkungen jj und kk).*

In nomine sancte[a] et individue trinitatis. Otho[b] quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Si petitionibus religiosorum virorum iustis et rationabilibus in his, que pertinent ad loca divinis cultibus mancipata, assensum prebemus, id nobis non solum ad presentis vite curriculum prospere dirigendum, verum etiam ad eterna premia promerenda feliciter credimus profuturum[c]. Quapropter noverit[d] omnium sancte dei ecclesie nostrique imperii industria fidelium, quoniam, dum in[e] partibus Italie essemus, adiit clementiam nostram abbas Carsedonius vir religiosus ex monasterio sancti Saluatoris, quod situm est in territorio Perusino[f] sub Monte Castellione[g] secus fluvium Tiberis[h], petens a nobis, ut more antecessorum nostrorum sublimitatis nostre tuitionem daremus. Cuius postulationi satisfacere[i] dignum ducentes ad imitationem serenissimi predecessoris nostri Henrici sexti Romani imperatoris divi augusti et regis Sicilie primum decernimus, ut cellas, que ad ipsum monasterium pertinent, id est cellam sancte[j] Marie[j] de Castellione[k] cum omnibus suis pertinentiis et cellam sancte Marie de Monte Acuto, cellam sancti Benedicti de Castro Felicitatis, sancte Marie de Nicone[l], sancti Florentii de Monte

---

[a] *hier wie in der Folge meist* ae/oe *statt* ę *bzw.* e *E´r*
[b] Ottho *r*
[c] profecturum *r*
[d] noviter *E´r,* noverint *m*
[e] iam *m*
[f] Serusino *E´*
[g] Castillione *r*
[h] Tyberis *r*
[i] satisfare *E´*
[j–j] de sancta Maria *r*
[k] Castillione *r*
[l] Ricone *E´*

Nari[m] in comitatu Aretino, item omnes cellas in insula Puluesi[n] cum duabus piscariis in loco, qui dicitur Acque[o], cum colonis ibi residentibus, in comitatu Tudertino cellam sancte Petronille, cellam sancti Anastasii iuxta viam Flaminiam[p], cellam sancti Florentii iuxta muros civitatis Perusine[q], cellam sancti Iuliani in loco, qui dicitur Mezzana[r], cellam sancte Iuliane in Prineto. Has omnes cellas firmiter teneant cum omnibus suis rebus, sicut hactenus tenuerunt sine omni contradictione. Preterea confirmamus eidem monasterio castrum Petre Melline[s] cum curte sua et castrum Carpine inferius cum ecclesia et omnibus suis pertinentiis et[t] castrum Carpine superius cum ecclesia et omnibus suis pertinentiis, castrum Certalti cum omnibus suis pertinentiis[t] et totum[u], quod habet predicta ecclesia in Montone et in Curia, cellam etiam sancti Donati Thesaula et quidquid habet in comitatu Tudertino, et Montem Acutum cum castris[v], villis, habitatoribus et omnibus suis appenditiis. Predicto etiam abbati eiusque successoribus eorumque ecclesie concedimus iurisdictionem super[w] eorum hominibus et possessionibus, ubicumque consistunt. Volumus igitur atque per[x] presentis[y] nostri edicti[z] auctoritatem expressam iubemus, ut nullus[aa] fidelium nostrorum vel missi discurrentes[bb] aut quilibet ex iudiciaria potestate in[cc] omnibus[cc] his predictis locis seu quecumque, que ad prefatum monasterium longe vel prope pertinent possessiones, neque in mancipiis neque in quibuscumque rebus suis aliquam[dd] invasionem facere presumant, sed neque dux neque marchio neque episcopus, comes, vicecomes aut castaldus, decanus nec cuiuslibet dignitatis persona magna vel parva potestatem habeat ex predicto monasterio angariam aut dationem aut fodrum[ee] exigendi neque ad placitum[ff] aliquam causam ipsius monasterii provocandi[gg], sed liceat abbati, quecumque[hh] si sibi utile videbitur, pro causa monasterii discutienda[ii] in placitum suum advocare. Nulla denique molatura[jj] neque averum[kk] ab advocato ipsius monasterii requiratur nec etiam bannum nostrum pro qualibet causa a[ll] parte[ll] monasterii

---

[m] Nasei *E´,* Naxi *m*
[n] Pulvesi *m,* Pulvensi *r*
[o] Aque *m,* Aquae *r*
[p] Flamineam *r*
[q] Perusie *E´m*
[r] Merzana *r*
[s] Mellinȩ *E´,* Melinae *r*
[t–t] *fehlt E´m*
[u] solum *E´*
[v] castellis *r*
[w] supremam *E´*
[x] pro *E´*
[y] *wohl* praetenbis *oder* praetentis *E´*
[z] *folgt* nostram *verb. E´*
[aa] nullius *E´*
[bb] discurrent *E´,* discurrant *m*
[cc–cc] hominisve *E´,* hominibus *m*
[dd] aliam *r*
[ee] feudum *E´,* federiam *r*
[ff] *folgt* ad *E´*
[gg] povorandi *E´*
[hh] *fehlt E´m*
[ii] discutiendi *E´*
[jj] *so wohl statt* mala cura *E´m,* molestatura *r*
[kk] *so wohl (etwa* avum *mit* er*-Kürzung über* v*) statt* austrum *E´r,* aurum *m*
[ll–ll] apparente *E´m*

exigatur aliquo modo. Item[mm] liceat memorato abbati et successoribus suis res et[nn] possessiones iam[oo] dicti monasterii sub[pp] maiestatis[pp] nostre defensione quiete possidere. Confirmamus etiam[qq] privilegia pontificum cum omnibus rebus sibi collatis a[rr] diversis hominibus, commutationes, donationes et concessiones seu omnia, que in instrumentis cartarum ad idem[ss] pervenerunt monasterium cum omnibus ad se pertinentibus. Prestarias vero et commutationes iniuste factas irritas[tt] esse volumus, oblatos vero eiusdem ecclesie nolumus vagari in seculo, sed ubicumque fuerint inventi, licentiam habeant abbas et[uu] monachi, qui pro tempore fuerint, ad monasterium revocare. Quidquid enim de predicti monasterii possessione fiscus noster potest acquirere[vv], totum nos memorato monasterio concedimus, ut in[ww] alimonias[ww] pauperum accedat et monachorum ibidem pro nobis famulantium. Et cum abbas decesserit, alium inter se in claustro[xx] eligant[yy], quemcumque utiliorem invenerint. De imperiali quoque potestate[zz] ipsi abbati et monasterio predicto suisque ecclesiis indulgemus[aaa], ut nulla prescriptio tam in predictis quam in futuris ipsius possit obiici vel obesse nisi octoginta annorum, volentes, precipientes, ut in possessionibus suis de novo faciant incastellationes, iuxta quod ipsis[bbb] videbuntur[ccc] expedire, et veteres, ubi poterunt[ddd], reedificent[eee] sine aliorum[fff] lesione. Homines quoque[ggg], qui de possessionibus suis ad civitates et[hhh] castra contra voluntatem abbatis et fratrum se transtulerint vel transtulerunt, si ab ipsis legitime commoniti[iii] fuerunt et noluerunt ad possessionem redire, liceat ipsi abbati et monasterio in possessionibus illis secundum ordinem iuris et iustitiam[jjj] habere obtinentiam[kkk]. Addimus etiam, ut idem abbas vel fratres sui in causis agendis pro se statuant economum[lll] vel procuratorem, quem volunt, qui sacramentum prestet calumpnie et causas suas

---

[mm] sed *E´m*
[nn] vel *E´m*
[oo] *fehlt r*
[pp–pp] sublimitatis *r*
[qq] *folgt* sibi *r*
[rr] et *E´m*
[ss] se *E´m*
[tt] irrisas *E´*
[uu] aut *E´m*
[vv] aquirere *m*
[ww–ww] eleemosiniis *E´m*
[xx] claustrum *E´*
[yy] eligunt *E´*
[zz] *fehlt E´, durch Auslassungpunkte gekennzeichnete Lücke m*
[aaa] *fehlt E´m*
[bbb] ipsa *E´m*
[ccc] videbitur *E´m*
[ddd] potuerint *r*
[eee] reedificentur *r*
[fff] *folgt* iusta *(vielleicht statt* iurium) *E´r*
[ggg] *folgt* sui *r*
[hhh] *fehlt E´*
[iii] commoti *r*
[jjj] iustitie *E´m*
[kkk] obtinent *E´*, obtinere *r*
[lll] *Lesung des ersten Buchstabens unsicher E´*

usque ad finem iuste[mmm] prosequatur, statuentes, ut, si qui emphiteuthe[nnn] censum[ooo] suum per biennium non solverit[ppp], emphitheusim[qqq], secundum quod ius expostulat, amittat[rrr], et abbas predictus[sss] ac[ttt] monasterium liberam habeant[uuu] facultatem bona illa secundum iustitiam et ordinem iuris arripiendi[vvv], tenendi vel locandi. Item confirmamus ipsi monasterio et abbati Campum de Ranco[www], quem comitissa Ocdelina[xxx] pro anime sue et parentum suorum remedio pie dedit ipsi monasterio, sicut[yyy] comes Branchericus[zzz] de Plandineco[aaaa] per[bbbb] mandatum[bbbb] ipisus Henrici sexti imperatoris publicum instrumentum rationabiliter[cccc] fecit[dddd], et idem imperator per nuntium suum Henricum de Lutrea[eeee] idem monasterium iuste misit in eiusdem Campi possessionem et suorum pertinentium. Volumus etiam et precipimus, quod constitutio vel statutum alicuius civitatis, castri vel loci ipsi abbati vel monasterio eius suisque ecclesiis non possit aut debeat contra[ffff] iustitiam obesse vel aliquam eis afferre iniuriam vel gravamen. Si quis autem ausu[gggg] temerario contra[hhhh] hanc nostre[iiii] iussionis paginam ire presumpserit et eorum quispiam[jjjj], que[kkkk] supra[llll] prohibuimus[mmmm], facere attemptaverit, centum libras auri purissimi pro pena componat, quarum medietatem camere nostre, reliquam partem ipsi abbati et ecclesie persolvi volumus. Ut autem hec semper rata possint haberi[nnnn], presentem paginam conscribi iussimus et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Volfgerus[oooo] patriarcha Aquileiensis, Ioannes[pppp] episcopus Cameracensis[qqqq], Henricus[rrrr] Mantuanus episcopus vicarius curie, Maginardus[ssss]

---

[mmm] *fehlt mr*
[nnn] emphitheusa *E´,* emphyteuta *r*
[ooo] sensum *E´*
[ppp] solvant *E´m*
[qqq] emphyteusim *mr*
[rrr] amittant *E´m*
[sss] debet *E´m*
[ttt] item *E´m*
[uuu] habeat *E´r,* habere *m*
[vvv] accipiendi et *E´m*
[www] Franco *E´,* Rancho *r*
[xxx] Odolinda *r,* Medelina *NU*
[yyy] sic *E´m*
[zzz] Rancherius *m,* Rainerius *r*
[aaaa] Blandineto *m,* Blanderado *r*
[bbbb–bbbb] *fehlt E´m*
[cccc] irrationabils *E´,* irrationabiliter *m, vielleicht statt* irrevocabiliter
[dddd] specie *E´*
[eeee] Luera *r*
[ffff] citra *E´m*
[gggg] ausit *E´*
[hhhh] circa *E´m*
[iiii] nostram *r*
[jjjj] quam copiam *E´,* quoque copiam *m,* quippiam *r*
[kkkk] quam *E´m*
[llll] fieri *E´m*
[mmmm] prohibemus *E´m*
[nnnn] habere *m*
[oooo] Vborsurus *E´*, Ubolferius *r*
[pppp] Iohannes *m*
[qqqq] Camerarius *E´r,* Camer... *m*
[rrrr] Herricus *r*
[ssss] Maghied *E´,* imperialis *m,* Magiuard *r*

comes de Gorizie[tttt], Azzo[uuuu] marchio Estensis[vvvv], comes Dipoldus[wwww], Ezelinus[xxxx] de Tarvisio[yyyy], Salinverra[zzzz] de Ferraria, Guilielmus[aaaaa] dapifer, Henricus[bbbbb] marescalcus de Calendino[ccccc], Passaverra[ddddd], Monachus[eeeee], Ruffinus iudices curie et alii quam plures.

Signum domini Ottonis[fffff] IV Romanorum imperatoris invictissimi[ggggg]. (M.)[hhhhh]

Ego[iiiii] Conradus[jjjjj] Spirensis[kkkkk] episcopus imperialis[lllll] aule cancellarius[lllll] vice domini Theoderici[mmmmm] Coloniensis[nnnnn] archiepiscopi[ooooo] Italie archicancellarii recognovi.

Acta[ppppp] sunt hec anno dominice incarnacionis MCCX[qqqqq], domino Othone[rrrrr] imperatore[sssss] anno regni eius XII, imperii vero I[ttttt]; datum[uuuuu] apud[vvvvv] civitatem Fulginii[vvvvv] per manus[wwwww] Walterii[xxxxx] protonotarii, indictione XIII, sexto idus ianuarii[yyyyy].

---

[tttt] Gurg. *mit* o *über zweitem* g *E´,* Gurg. *m,* Gurit. *r*
[uuuu] Azo *r*
[vvvv] Onsepi *E´,* Ostiensis *r*
[wwww] de Pid. *E´m,* Dipid *r*
[xxxx] Ezelinius *r*
[yyyy] Fenusio *(aus* Tenusio *verb.) E´,* Tervisio *r*
[zzzz] Saluiena *E´,* Salvierra *r*
[aaaaa] Guglielmus *E´,* Guillelmus *r*
[bbbbb] Emericus *r*
[ccccc] Caldm *mit Kürzungsstrich über* ldm *E´,* Cald...m *m,* Caldin *r*
[ddddd] Passauena *E´,* Paslaverra *r*
[eeeee] Monecus *r*
[fffff] Othonii *E´,* Otthonis *r*
[ggggg] ismi *E´,* sanctissimi *r*
[hhhhh] *Nachzeichnung des Monogramms E´m*
[iiiii] *Rekognition in E´r in die Datierung eingeschoben*
[jjjjj] Vgurardus *oder* Vqurardus *E´,* Fr. Gerardus *r*
[kkkkk] Ponsis *E´,* Perensis *r*
[lllll–lllll] imperiali authoritate cancellarius *E´,* imperiali auctoritate cancellarius *m,* cancellarius imperialis aulae *r*
[mmmmm] Teodorici *E´,* Tedarici *r*
[nnnnn] Colloniensis *r*
[ooooo] archiepiscopus *E´*
[ppppp] facta *E´r*
[qqqqq] *folgt* elapso *r*
[rrrrr] Otthone *r*
[sssss] imperante *r*
[ttttt] *danach Rekognition eingeschoben E´r*
[uuuuu] *fehlt E´*
[vvvvv–vvvvv] *folgt nach* protonotarii *E´,* Fulginei *r*
[wwwww] manum *m*
[xxxxx] Vbanterii *E´,* Ubalterii *r*
[yyyyy] februarii *E´m, folgt* id est die octava *r.*

# BFW 346.

*Otto verleiht Angehörigen der Familie der B o s t o l i (von Arezzo) die Burg Cignano zu rechtem Lehen.*

*Città della Pieve, 1210 Januar (wohl 18)*

*Notarielle Abschrift von 1211 XII 9, heute verloren (B), davon notarielle Abschrift von 1279 XII 18 in der Biblioteca comunale zu Cortona, ms. 124 (Registrum comunis bzw. Registrum vecchio) fol. 6r (B´).*

*Angellieri Alticozzi, Risposta apologetica 1, S. 213 Nr. 30 (zu 1211) aus B´ = Böhmer, Acta S. 216 Nr. 239 (zu Januar [21?]). – Pasqui, Documenti per la storia di Arezzo 2, S. 86 Nr. 456 (zu Januar 21) aus B´. – Lucheroni in: Annuario dell'Accademia etrusca di Cortona 23, S. 100 (zu Januar 21) aus B´.*

*Guazzesi, Dell'antico dominio del vescovo di Arezzo S. 36 (Erwähnung). – Tiberini, Il "Registro Vecchio" di Cortona S. 139 (zu Januar 21). – BFW 346.*

*Das angegebene Inkarnationsjahr 1209 ist unter Anwendung des Annunciationsstils nach heutiger Rechnung das Jahr 1210.*

(C.) In nomine sancte et individue trinitatis. Otto[a] quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper[b] augustus. Decet imperialem clementiam provida consideratione devota fidelium suorum obsequia respicere et eis pro benemeritis munificentie sue benefitia liberaliter inpertiri. Quapropter ad universorum imperii fidelium presentis evi et futuri notitiam volumus pervenire, quod nos actendentes devota et preclara fidelium nostrorum obsequia, videlicet Guelfi Teste et Tebaldi Terni, Bertrami et Guidonis filiorum Rainaldi Bustule, de imperiali benignitate nostra damus ipsis et concedimus atque confirmamus in rectum feudum et eorum legitimis[c] heredibus castrum de Cignano cum eius curte et confinibus, hominibus et cum silvis, pratis, paludibus, venationibus, piscationibus, fodro[d] et omni iurisdictione[e] nostra, ut ipsi et eorum heredes legitimi[f] habeant et teneant atque possideant iure recti feodi. Preterea decernimus, quod, quicumque noster nuntius[g] vel legatus fuerit pro tempore in Tuscia, eos et eorum heredes in dicto castro manuteneat et defendat et non permittat aliquam eis[h] lesionem vel iniuriam vel gravamen in dicto castro fieri. Item concedimus et confirmamus eis omne ius et actionem, quod et quam in dicto castro habemus, et quod nullus exigat vel accipiat aliquod datium vel aliquod bannum vel aliquam collectam in dicto castro nisi ipsi et eorum heredes. Concedimus etiam eis et confirmamus dictum castrum universaque servitia nostrorum fidelium et hominum ipsius castri ex certa conscientia nostra in perpetuum habendi et tenendi. Precipimus etiam, ut universi homines dictum castrum inhabitantes et ad dictum castrum pertinentes serviant supradictis et eorum legitimis[i] heredibus tamquam suis dominis. Statuimus igitur et districte precipimus, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla civitas, nulli consules, nulla potestas nullumque comune, nulla denique persona humilis vel alta, secularis

---

[a] *durch Majuskel hervorgehoben*
[b] senper *B´*
[c] legiptimis B´
[d] *ursprünglich* fodero *B´,* e *durch Punkt getilgt*
[e] iuridictione *B´*
[f] legiptimi *B´*
[g] nuptius *mit Kürzungsstrich über* up
[h] *wohl nachträglich von erster Hand am Rand nachgetragen*
[i] legiptimis *B´*

vel ecclesiastica, ausa sit huic nostre concessioni temere obviare vel in ea predictos fideles nostros et eorum heredes aliquatenus molestare vel impedire vel de supradicto feudo disvestire vel in placitum fatigare. Quod qui facere presumpserit, centum lib(ras) auri puri pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei certam evidentiam presens privilegium inde conscriptum sigillo nostro iussimus communiri. Huius rei testes sunt: W%olferius patriarcha Aquilegensis, Gregorius episcopus Aretinus, Azzo marchio Estensis, Hen(ricus)[j] de Kalendin, Gualterius pincerna, Euerardus de Lutri, Napoleone de Canpelli, Ezzelinus de Treuisio et alii quam plures.

Signum[k] domini Ottonis IIII[ti] Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego[l] Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theoderici Coloniensis[m] archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi[n].

Acta sunt[o] hec anno dominice incarnationis millesimo CC[o]VIIII[o], indictione XIII, regnante domino Ottone IIII[o] Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XII[o], imperii vero primo. Datum apud castrum Plebis per manum Gualterii[p] imperialis aule protonotarii[p], XII[o] [q] kal. februarii.

---

[j] *nach* Hen *folgt Abstand von ca. 10 Buchstaben, wohl für* marscalcus
[k] *durch Majuskel hervorgehoben*
[l] *durch fette Majuskel hervorgehoben*
[m] l *aus* n *verb.*
[n] recognovi *mit Kürzungsstrich über* co
[o] *zweiter Schaft des* u *und* t *verb.*
[p–p] *ursprünglich* Gualterii protonotarii imperialis aule *B´, mittels Verweiszeichen nach* Gualterii *und über* imperialis *umgestellt*
[q] *so B´, wohl irrig statt* XV[o].

## BFW 347.

*Otto widerruft in Wiederholung seiner Urkunde BFW 252 auf die Klage und Bitten des Bischofs Johannes von C a m b r a i das von Kaiser Friedrich (I.) den Bürgern der Stadt gewährte Privileg und übergibt die Stadt mit allem Recht sowie voller Regierungs- und Verfügungsgewalt dem Bischof und seinen Nachfolgern.*

*Città della Pieve, 1210 Januar 19*

*Original, 424 (–429) + 21 (–26) x 302 (–310) mm, in den Archives départementales du Nord zu Lille, 3 G 9/91 (A). – Abschrift des 13. Jh. in der Médiathèque municipale zu Cambrai, Ms. 1152 (1029) fol. 101r–102v (B).*

*(Mutte), Mémoire pour l'archevêque de Cambrai, pièces justificatives S. 28 Nr. 18 aus A = Böhmer, Acta S. 215 Nr. 238.*

*Wauters, Table chronologique 3, S. 321. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 69 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und – verderbt – des Eschatokolls). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 147. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 217. – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 286. – Keunecke, Münzenberger Nr. 204. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 52 (mit Wiedergabe einzelner Textstellen und Anführung der Zeugen). – BFW 347.*

*Das Original ist besonders im Bereich der Zeugenreihe durch zahlreiche Schimmelflecken beschädigt. An mehreren Stellen sind dadurch Buchstabenteile verloren gegangen, an einzelnen Stellen Buchstaben bzw. ganze Worte gar nicht mehr lesbar. Sie wurden in eckigen Klammern nach der Vorurkunde BFW 252 (vgl. die Unterstreichungen im Text) bzw., besonders in der Zeugenreihe, nach B ergänzt.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Qui[a] labilis est humana memoria[1] et turbe rerum[a] non sufficit[1], predecessorum nostrorum scilicet imperatorum seu regum diva sanxit auctoritas res gestas scripture testimonio committere, quas labentium temporum antiquitas ab humana memoria consuevit subtrahere. Quorum nos imitabile secuti exemplum posterorum memorie d[ec]re[v]imus transmittere, quod fidelis et dilectus princeps noster Iohannes[b] Cameracens[is] episcopus g[ra]ves imperatorie maiestati querimonias de civibus suis Came[racen]sibus frequenter prop[osuit, quod occasione cuius]dam scripti, quod inclite mem[ori]e pred[ece]ssor noster dominus Fridericus imperator eisdem nomine pacis indulsit, iura episcopi et libertatem ecclesiarum in eadem civitate evacuare et infringere non desistunt usque adeo, quod eorum malitia in tantum invaluit adversus ipsum episcopum et ecclesias in Cameraco sitas, quod merito sue pravitatis episcopi sui excommunicatio[n]em incurrerunt, quam per quadriennium et amplius sustinuerunt contumaciter. Et licet venerabilis pater noster dominus Innocentius papa postmodum eandem sententiam confirmasset et per provinc[i]as Francie auctoritate sua denuntiatam ore proprio promulgasset, ipsi nichilominus per tantum tempus in sua contumacia persistentes ad satisfactionem redire minime curaverunt. Insuper cum * civitatis clerus eorum oppressiones ferre non valens et excommunicationis contagium ex cohabitatione pertimescens cogeretur per idem tempus exulare, sacerdotes apostatas et excommunicatos[c] in iniuriam[c] dei omnipotentis et elusionem ecclesiastice iurisdictionis divina sibi publice fecerunt in [ec]clesiis celebrare. Unde dictus episcopus humiliter et devote maiestati nostre supplicavit, ut scriptum illud, quod

---

[a] *folgt noch einmal* rerum *A*
[b] s *verb.*
[c–c] *zunächst* excommunicatos in iuriam, danach i *mit Kürzungsstrich auf Rasur von* s *verb. und* s *über dem Ende des vorhergehenden Wortes hinzugefügt*

malitie civium malignandi prestat materiam et fomentum, revocaremus et tam ipsi quam ecclesiis suis in eadem civitate concederemus plenariam libertatem. Nos igitur attendentes devotionem et fidelitatem memorati episcopi principis nostri et intollerabilem eorundem civium insolentiam cohercere volentes necnon indempnitati ipsius episcopi successorumque eius ac cleri totius in perpetuum providere de imperatorie liberalitatis clementia et principum nostrorum consilio predictum scriptum, ne per ipsum de cetero dictis civibus vel aliis in ipsum episcopum et clerum malignandi detur occasio et, si quod aliud rescriptum prefati episcopi vel ecclesiarum libertati inveniatur adversum, auctoritate imperiali revocamus et viribus penitus carere decernimus ipsamque civitatem Cameracensem cum omn[i] iure, regimine et plenaria dispositione tam ipsi episcopo quam successoribus suis concedimus nulla iurisdictione prefatis civibus nomine communie vel consuetudinum, quas pacem nominant, reservata. Statuimus igitur, ut preter alia iura sibi competentia memorato episcopo suisque successoribus in predicta civitate Cameracensi libere pro sua voluntate prepositos suos instituere liceat et scabinos discretos et bone oppinionis viros et, cum ei placuerit, querelas ci[vi]tatis audiet et [t]er[m]inabit vel prepositis suis audiendas et decidendas relinqu[e]t. Ut autem hec omnia pretaxato Cameracensi episcopo eiusque successoribus in evum rata permaneant et illibata, presentem exinde paginam conscribi et sigilli nostri munimine fecimus consingnari. Si quis autem hanc nostre concessionis seu confirmati[onis] divalem paginam infringere vel aliquo improbitatis ausu ei contradicere presumpserit, b[a]nno imperiali percussus in sue presumptionis penam CC$^{tas}$ [d] libras [auri] purissimi compo[na]t, quarum medietas fisc[o] nostr[o], reliqua vero medietas supradicti loci episcopo s[o]lvatur. Huius rei[e] testes sunt: Wolfkerus patriarcha Aquilegensis, Heinricus Mantuanus v[ica]rius curie, Gr[ego]rius Ar]etinus[f] episcopus, Walfredus Clusinus episcopus, magister Heinricus scolasticus[g] Sancti Ge[re]onis de Colonia, magister Baldovinus presbiter Sancte Marie Magdale[ne] in Cameraco, Iohannes Verzellens[is archi]diaconus, A[z]zo ma[rc]hio Es[ten]sis, Ez[e]l[i]nus [de] Teru[i]s[i]o, Salin[werra d]e Ferraria, H[einric]us[h] de Calandin mars[ca]lcus, [Gunzelinus[i] dapifer, Cono de Minzenberg[j] camerarius, Albertus Struzius[k]], P[assa]wer[ra, Mon]achus, Presbiter [et Rufinus[l]] iudices curie.

# Singnum[m] domini Ottonis qu[ar]ti [Ro]manorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule[n] [c]ance[llarius] vice [domin]i[n] Th[eder]ici Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M$^{o}$CC$^{o}$X$^{o}$, glorioso domino Ottone Romanorum imperat[ore] imperan[te], anno imperii eius I$^{o}$ et regni eius XII$^{o}$.

---

[d] *obere Bogenkrümmungen der beiden* C *sowie wohl* tas *über der Zeile noch sichtbar A*
[e] re *vermutlich verb.*
[f] e *wohl aus* o *verb.*
[g] o *wohl sofort nachträglich eingefügt*
[h] Henricus *B*
[i] Gonselinus *B*
[j] Misenberch *B*
[k] Strusius *B*
[l] Ruffinus *B*
[m] *so A*
[n–n] e *von* aule – domin *durch Löcher teilweise zerstört*

Dat. per manum Walcherii prothonotarii apud Castrum Plebis mense ianuarii, XIIII[o] kal.[o] februarii, indictione XIII[a].

(SP.D.)[p]

---

[o] *von derselben Hand etwas über der Zeile (möglicherweise nachträglich) eingetragen*
[p] *SP.2. laut B, rote Seidenfäden erhalten.*

[1–1] *Seneca, De beneficiis VII 28, 2.*

## BFW 348.

*Otto übergibt Markgraf Azzo (VI.) von Este die Markgrafschaft Ancona in den angeführten Grenzen, wie sie Markgraf Markward (von Annweiler) zur Zeit Kaiser Heinrichs (VI.) innehatte, und bestätigt alle Verfügungen Azzos über die genannten Besitzungen.*

*Chiusi, 1210 Januar 20*

*Unausgefertigtes Original im Archivio di Stato zu Modena, A.S.E., Documenti riguardanti la Casa e lo Stato, Cassetta 2, Nr. 5 (A).*

*Muratori, Antichità Estensi 1, S. 392 = ed. II. 1, S. 447, = Lünig, Cod. Italiae dipl. 1, Sp. 1563 Nr. 32, = Manni, Osservazioni 6, S. 29, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 326.*

*Pigna, Historia dei principi di Este S. 166. – Lilii, Dell' historia di Camerino 1, S. 232 (Erwähnung). – Compagnoni, La reggia Picena S. 87 (Erwähnung). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 829 Nr. 1. – Turchi, De ecclesiae Camerinensis pontificibus S. 185 (Erwähnung). – Arco, Studi 7, S. 37 (Erwähnung). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 147. – Fabre – Duchesne, Liber censuum 1, S. 79 (Erwähnung mit Textauszug). – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 286. – BFW 348.*

*Aus BFW 344 übernommene Formulierungen im Perturbationsverbot, in der Publicatio, Pönformel und Corroboratio wurden petit gesetzt.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. # Imperialis eminentie celsitudo preclara suorum fidelia servitia pre oculis sue maiestatis semper habere consuevit, nobiles quoque viros et eos, qui pro dilatando imperialis corone solio tempore pacis et werre fideliter et strenue plurimos labores et maximas[a] angustias et expensas tollerarunt, congruis honoribus et amplioris gratie beneficiis decorare, ut recompensatis obsequiis ad nostra magis inanimentur servitia et alii ad nostros libentius accedant famulatus. Quapropter universorum imperii nostri fidelium tam presens etas quam successura posteritas noverit, quod nos attendentes fidelia et preclara servitia, que fidelis et cognatus noster Azzo marchio Estensis nobis et imperio hactenus exhibuit et imposterum ipsum exhibiturum non dubitamus, damus ei atque concedimus totam marchiam Ancone integre, sicut marchio Marquardus habuit et tenuit eam tempore serenissimi antecessoris nostri Heinrici Romanorum imperatoris divi augusti melius et plus, si inveniri potest, sicut alpes Appenini tenditur inferius, scilicet civitates, castella, villas, fideles et[b] servitia, videlicet civitatem Asculi cum toto comitatu et episcopatu, civitatem Firmanam cum toto comitatu et episcopatu, Camerinum cum toto episcopatu et comitatu, Humanam cum toto comitatu et episcopatu, Anconam cum toto comitatu et episcopatu, Ausemum cum toto comitatu et episcopatu, Esium cum toto comitatu et episcopatu, Senegalliam cum toto comitatu et episcopatu, Fanum cum toto comitatu et episcopatu, Pesarum cum toto comitatu et episcopatu, Fossambronam cum toto comitatu et episcopatu, Callim cum toto comitatu et episcopatu, Sassumferratum et Rockam Appenini. Damus etiam prenominato marchioni aquas, silvas, prata, pascua, campos, vineas, colles, valles fructiferos et infructiferos, pedagia, bandora, thelonea, placita, portos, albergarias, foderos, fictos, exercitus, cavalcatas et omnes res et iurisdictiones ad imperium pertinentes. Damus itaque predicto marchioni atque concedimus plenam potestatem et licentiam omnium istorum predictorum tenendi et

[a] maxim *stark abgerieben A*
[b] *wohl nachträglich eingefügt A*

possidendi, et quicquid iamdictus Azzo marchio de supradictis rebus dissposuerit[c] et ordinaverit, apud eminentiam nostram perhenni gaudebit firmitate. Statuimus igitur et imperiali[d] edicto firmiter sanccimus, ut * nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, capitaneus, nulla civitas, nullum commune, nulla denique persona alta seu humilis, secularis vel ecclesiastica, dictum marchionem contra hanc nostre serenitatis concessionem perturbare audeat vel molestare. Quod qui facere attemptaverit, in ultionem sue temeritatis C libras auri puri *, medietatem camere nostre et reliquam medietatem iniuriam passo solvere cogatur. Ad cuius rei certam imposterum[e] evidentiam presentem paginam inde[f] conscribi iussimus et nostre maiestatis sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Wolfkerus Aquilegiensis patriarcha, Gregorius Aretinus episcopus, Heinricus Mantuanus episcopus vicarius curie, Walfredus Clusinus episcopus, Salinwerra de Ferraria, Ezelinus de Teruisio, Bonuscomes de Montefeltrano, Heinricus de Rauensburc camerarius, Albertus Struzius, Monachus, Passawerra, Presbiter et Rufinus iudices curie et alii quam plures.

# Singnum[g] domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi[h]. #

Ego Cunradus episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Thederici Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC$^{o}$X$^{o}$, glorioso domino Ottone Romanorum imperatore imperante, anno regni[i] eius XII$^{o}$, imperii[i] vero primo; datum per manum Waltherii prothonotarii apud Clusinam civitatem mense ianuarii, XIII$^{o}$ kalendas februarii, indictione XIII$^{a}$ [j].

---

[c] *so A*
[d] *Schaft des* p *verb. A*
[e] *wohl überflüssiges Kürzungszeichen über erstem* m
[f] n *verb. A*
[g] *so A*
[h] *danach und in den drei Zeilen darunter Raum für das Monogramm ausgespart, dessen Eintragung aber unterblieb*
[i–i] ni – imp *stark abgerieben A*
[j] *unbesiegelt.*

***BZ 39.** ***unsicher***

*Otto nimmt auf Bitten des Abtes Hugo das Vallombrosanerkloster S. Lorenzo zu C o l t i b u o n o mit allen Besitzungen und Personen in seinen Schutz, bestätigt dessen Privilegiuen und entbindet diesen Abt und dessen Nachfolger von der Eidesleistung in Rechtsangelegenheiten.*

*(wohl Ende Oktober 1209 – Anfang 1210)*

*In der Originalsupplik des Abtes Hugo des Klosters S. Lorenzo di Coltibuono, ed. Kehr in: QFIAB 10, S. 366, heißt es:* In nomine dei amen. Petit a magnificentia vestra, domine Otto dei gratia Romanorum imperator et semper auguste, Ugo sancti Laurentii de Cultubuoni humilis abbas, quatinus monasterium ipsum sub dei et vestra protectione suscipiatis, prohibentes, ut nullum commune, nulla civitas, nulla denique magna sive minor, honorata seu privata persona, nullus dux sive marchio nullusque qualibet potiens dignitate a dicto monasterio faciat aliquam munerum exactionem. Molendina etiam, gualcherias et colonos et villanos et possessiones et bona et iura dicti monasterii, monachos etiam et oblatos et omnes personas ibidem deo famulantes sub dextera vestre protectionis suscipite, dantes in mandatis vestris, ut nullus prefati monasterii possessiones et iura, monachos et oblatos inquietare sive molestare presumpmat *[!]* et ad predictorum perpetuum robur vestre serenitatis privilegio dictum monasterium dignemini communire. *[Ab hier von anderer Hand:]* Monasterium nostrum de Cultubono et omnes eius possessiones et curtes et omnia monasteria *[Kehr: monasterio]*, que sub eo sunt, et abbatem et monacos et conversos sub sua prot(ectione) sus(cipiat), et que nunc habet et in posterum iuste acquisierit, et precipiat nuntiis suis pena certa imposita, ut defendat (*statt* defendant) predicta et nichil inde exigat (*statt* exigant) et in nullo ledi permittant. Insuper concedatis abbati de Cultobono et suis successoribus concedatis (*überflüssig*), quod in causis, quas habuerint, sac(ramenta) non prestent, adversario non valente uti eodem iure, in (*wohl statt* sub) pena certa imminente iudici, qui contra hoc fecerit, et advocatibus (*statt* advocatis), qui in hoc et contra hoc advocationem prestiterit (*statt* prestiterint). – *BZ 39.*

## BFW 350.

*Otto nimmt die Bürger von P i s t o i a mit allen Personen und Gütern sowie Jurisdiktion, Grafschaft und Distrikt in seinen Schutz und bestätigt ihnen alle Rechte, die sie unter seinen Vorgängern Friedrich I. und Heinrich VI. innehatten, und mit denen er sie selbst neuerlich mittels Fahne investiert hat.*

*Prato, 1210 Februar 6*

*Notarielle Abschrift aus der 2. Hälfte des 13. Jh. im Archivio di Stato zu Pistoia, Comune di Pistoia, Capitoli 1 (Liber censuum), fol. 41r (B). – Notarielle Abschrift des 14. Jh. im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, Pistoia, Comune, 1209 febbraio 6 (C).*

*Ughelli, Italia sacra 3, Sp. 366 ($u^1$)= ed. II. 3, Sp. 300 ($u^2$) = Zacharia, Anecdotorum collectio S. 454 Nr. 26 und S. 240 Nr. 22 aus B. – Fioravanti, Memorie storiche di Pistoja S. 203 (f). – Sàntoli, Liber censuum S. 15 Nr. 20 aus B (Auszug).*

*Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 830 Nr. 4. – BFW 350.*

*Neben den Überlieferungen B und C wurden auch die beiden Auflagen der Italia sacra Ughellis ($u^1$ und $u^2$), sowie der Druck bei Fioravanti (f) für die Textgestaltung herangezogen, da nicht ausgeschlossen werden kann, dass sie auf das Original oder andere, heute verlorene, Überlieferungen zurückgehen.*

(C.)[a] # In nomine[b] sancte et individue trinitatis. Otto[c] quartus divina favente clementia Romanorum imperator et[d] semper augustus[a]. # Imperatorie maiestatis nostre decet clementiam devota fidelium suorum obsequia clementer[e] respicere[f] ipsisque pro benemeritis digna munificentie sue beneficia liberaliter impertiri. Eapropter[g] notum facimus universis imperii nostri fidelibus[h] presentibus et futuris, quod nos pre oculis habentes sinceram devotionem et preclara servitia, que fideles nostri cives Pistorienses in primo adventu ad ipsos maiestati nostre laudabiliter exhibuerunt, ipsos omnes cum personis, bonis, rebus ac possessionibus eorum, iurisdictione, comitatu et districtu, que nunc iuste habent[i] et que olim habuerunt vel in posterum dante domino iuste adquisitionis[j] titulo poterunt[k] obtinere, in specialem[l] defensionis nostre protectionem recepimus[m] de imperiali auctoritate ipsis concedentes et confirmantes omnia iura et[n] actiones[o], possessiones, iurisdictionem[p], comitatum et districtum, que nunc iuste tenent, et ea, que temporibus predecessorum nostrorum Frederici[q] et Henrici sexti imperatorum iuste habuerunt, et de his, cum nuper in predicta civitate essemus, eos cum vexillo manu propria investivimus, salva in omnibus

---

a–a *Chrismon und Elongata* In – Roma *B,* In – augustus *C*
b nomne *C*
c Octo *C,* Otho *f$u^1u^2$*
d *fehlt f*
e clemementer *C*
f recipere *f,* respective *$u^1$*
g Eeapropter *C*
h fifelibus *C, dabei erstes* i *aus* a *verb., zweites* f *aus* c *verb.*
i tenent *f*
j aquisititionis *C,* acquisitionis *f$u^1u^2$*
k poterint *f*
l specicialem *B, zweites* ci *durch Punkte getilgt*
m recipimus *f$u^1u^2$*
n *fehlt f$u^1u^2$*
o rationes *f*
p iuspatronatus *f*
q Friderici *f,* Federici *$u^1u^2$*

imperiali iustitia hoc[r] etiam addito, ut que universitas eiusdem civitatis nobis per suos nuntios promisit, nobis[s] inviolabiliter conpleant et observent, salvo quoque[t] in omnibus[u] iure episcopi[v] Pistoriensis per privilegium nostrum ei indulto. Statuimus itaque et sancimus, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nullus nuntius vel legatus noster, nulla civitas vel potestas, nullum comune nullaque omnino secularis vel ecclesiastica persona predictos[w] fideles nostros cives Pistorienses contra hanc maiestatis nostre concessionem in[x] aliquo[x] audeat gravare vel perturbare. Quod si quis facere presumpserit, centum libr(as)[y] auri puri pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum passis[z] iniuriam. Ad cuius rei certam in perpetuum[aa] evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Wulferus[bb] patriarcha Aquilegensis[cc], Henricus[dd] Mantuanus episcopus curie vicarius, Soffredus[ee] Pistoriensis episcopus, Meinardus[ff] comes de Gurzia[gg], comes Artemannus[hh] de Guirtinberc[ii], comes Marcoaldus[jj] de Veringe[kk], Tebuldus[ll] comes Acerrarum[mm], Etzelinus[nn] de Teruisio[oo], Sallinguerra[pp] de Ferraria, Rodolfus[qq] de Kisilluue[rr], Albertus Strucius[ss], Passaguerra, Monachus[tt], Presbiter et Rufinus curie iudices[ll] et alii quam plures.

# Signum[uu] domini Ottonis[vv] quarti Romanorum imperatoris invictissimi[ww]. # (M.)[uu]

---

[r] *fehlt u[1]u[2]*
[s] *fehlt f*
[t] *fehlt f*
[u] *folgt* semper *f*
[v] episcopii *BC*
[w] præfatos *u[1]u[2]*
[x–x] *fehlt u[1]u[2]*
[y] libr *mit Kürzungsstrich BC,* librarum *u[1]u[2]*
[z] *davor noch einmal* passis *durch Punkte getilgt B*
[aa] posterum *f*
[bb] Walfredus *f,* Vulpherus *u[1]u[2]*
[cc] Aquiliensis *f,* Aquileiensis *u[1]u[2]*
[dd] Americus *u[1]u[2]*
[ee] Offredus *u[1]u[2]*
[ff] Mainardus *f,* Maynardus *u[1]u[2]*
[gg] Gorizia *f*
[hh] Artemanus *Cu[1]u[2]*
[ii] Guittembergh *f,* Vvirtimberc *u[1],* Evirtimberc *u[2]*
[jj] Marcaldus *u[1]u[2]*
[kk] Verigne *f,* Verige *u[1]u[2]*
[ll–ll] Tebuldus – iudices *fehlt u[1]u[2],* Tebaldus *f,* iudex *f*
[mm] Acers. *f*
[nn] Ectelinus *C,* et Zelinus *f*
[oo] Tervisio *f*
[pp] Salinguerra *f*
[qq] Rodulfus *C,* Rodulphus *f*
[rr] *zweites* l *über der Zeile eingefügt B,* Kisilvve *C,* Kisilurq. *f*
[ss] Steurig. *f*
[tt] Monacus *C*
[uu–uu] *Signumzeile in Elongata BC*
[vv] Octonis *C,* Othonis *fu[1]u[2]*
[ww] augustissimi *fu[1]u[2]*

Ego Curradus[xx] Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice[yy] domini Teoderici[zz] Coloniensis[aaa] archiepiscopi et[bbb] totius Ytalie[bbb] archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nono[ccc], indictione XIII[a] [ddd], regnante domino Ottone[eee] quarto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius duodecimo, imperii vero[fff] primo.

Dat.[ggg] apud Pratum per manum Gualterii imperialis aule protonotarii[hhh], octavo idus[iii] februarii[jjj].

---

[xx] Cohenradus *f,* Conradus *u¹u²*
[yy] ad vicem *f*
[zz] Theodorici *fu¹u²*
[aaa] Coloniæ *f,* ecclesiarum *u¹u²*
[bbb–bbb] *fehlt u¹u²,* Italiæ *f*
[ccc] *fehlt u¹u²*
[ddd] XII *f*
[eee] Othone *fu¹u²*
[fff] *folgt* eius *f*
[ggg] Datum *Bfu¹u²*
[hhh] prothonotarius *f*
[iii] ydus *C*
[jjj] frebruarii *f; am Original hing laut BC ein Wachssiegel Ottos, gemäß C an gelben Seidenfäden.*

# BFW 351.

*Otto nimmt das Vallombrosanerkloster Fonte Taona (*Fontana Taonis*) mit allen Personen und genannten Besitzungen in seinen Schutz.*

*San Genesio, 1210 Februar 10*

*Original, 530 (–547) + 50 (–54) x 519 (–524) mm, im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Lunghe, Ripoli, S. Bartolomeo (badia vallombrosana), 1209 febbraio 10 (A).*

*Lami, Deliciae eruditorum collectanea 3, S. 212. – Rena – Camici, Serie 6a, S. 23.*

*BFW 351.*

*Es handelt sich vermutlich um die wortwörtliche Wiederholung eines heute verlorenen Diploms Friedrichs I. (DF. I. *1196), für dessen dispositiven Teile eine Urkunde Lothars III. als Vorurkunde diente (DL. III. 104).*

(C). # In nomine sancte et individue trnitatis[a]. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et sempter augustus. # Ad eterni regni meritum et ad temporalis corone gloriam nobis profuturum non ambigimus, quicquid ecclesiis dei et locis divino cultui mancipatis ad earum incrementum et pacis sue tranquilitatem et liberalitatis nostre munere contulerimus. Eapropter cognoscat tam presens etas fidelium imperii quam successura posteritas, quod nos sequentes vestigia predecessorum nostrorum pie recordationis Lothari et Frederichi divorum Romanorum imperatorum monasterium sancti Saluatoris situm in loco, qui dicitur Fontana Taonis, una cum abbatte[b] ipsius loci Frederícho necnon cum omnibus personis in eo domino famulantibus et omnibus bonis eorum mobilibus et inmobilibus, que nunc habent vel in posterum iuste poterant adipisci, sub protectione defensionis nostre suscipimus eique salvis iustitiis et rationibus nostris [imperia]li[c] auctoritate confirmamus omnes possessiones et pr[o]prietates[d] suas cum terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, pasuationibus[e] cultis vel incultis, que quondam Bonifatius marchio pro remedio anime sue contulit ibidem, nominative caphagio, qui vocatur Bonifathingo, simul et ea, que ab imperatore Henrigo collata sunt ei et confirmata in loco nuncupato Stagiano cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, et in Bagio, quicquid pertinet ad ius regni, et quicquid comitissa Mactillda[f] eidem monasterio contulit, hospitium silicet[g] sancti Michaelis iuxta Rhenum positum et chafagio, qui vocatur Casale, cum omnibus sibi pertinentiis et colles Barbatuli cum omnibus sibi pertinentiis, et in loquo[h], qui dicitur Plonte, terras, quas predicta comitissa dedit, et Periano cum omnibus sibi pertinentiis et[i] alpes, ubi prefatum monasterium situm est, ab ecclesia sancti Mammes usque ad colles Bolagii usque ad petram Botilaria ad capud Lentule ad serram de Frassino cum omnibus vallibus et collibus suis et aquarum discursibus in Lementriam et usque ad Rioli et ad locum, qui dicitur Canile, et viam publicam Colline

[a] *so A*
[b] *so A*
[c] *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[d] o *durch Loch in der Faltung zerstört*
[e] *so A statt* pascuationibus
[f] *zweites* l *durch Punkt getilgt*
[g] *so A*
[h] *so A*
[i] *davor wohl von erster Hand ein kleines Kreuz*

revertentem usque ad ecclesiam sancti Mammes. Ut autem hec nostre protectionis[j] et confirmationis pagina rata consistat et in omne evum inconvulsa permaneat, presens inde privilegium conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri statuentes et imperiali auctoritate sancientes, ut nullus episcopus, nullus archiepiscopus, nullus dux neque marchio, nulla civitas, nullum comune, nulla potestas denique persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, eam audeat infringere vel aliquibus dapnis[k] seu calumpniarum iniuriis presumat eam attemptare. Quod qui fecerit, in ultionem temeritatis[l] sue componat centum libras auri, medietatem physco imperiali et reliquam iniuriam passis. Huius rei testes sunt: Wolfkurus[m] patriarcha Aquilegensis, Ildrebrandus[n] Vulterranus episcopus, Hericus[o] Mantuanus episcopus vicarius curie, comes Ildebrandinus, Dibuldus dux Spoleti, Ezzelinus de Truisio, Salinwerra de Ferraria, Eberhanrdus[p] de Lutra, Albertus Struzius iudex, Monachus, Passawerra, Rofinus et Presbiter[q] iudices curie et alii quam plures.

# Singnum[r] domini Ottonis quarti Romanorum imperatotoris[s] invictissimi. # (M.)

Ego Curradus Spirensis episcopus imperialis a[u]le[t] cancellarius vice domini Thederici Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt anno dominice incarnationis millesimo CC$^{o}$IX$^{no}$, glorioso domino Ottone Romanorum imperatore imperiante[u], anno imperii eiusdem primo.

Dat. per manum Walterii prothonotarii apud sanctum Genesium, mense februarii, quarto idus eiudem[v].

(SP.D.)[w]

---

[j] pro *durch Abreibung infolge Faltung und Fleck stark beschädigt*
[k] *so A*
[l] rit *durch Loch beschädigt*
[m] *erstes* u *wohl durch Punkt getilgt*
[n] *so A*
[o] *so A*
[p] *so A*
[q] b *aus* h *verb.*
[r] *so A*
[s] *so A*
[t] u *und Oberlänge des* l *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[u] *so A*
[v] *so A*
[w] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 352.

*Otto nimmt das Kloster S. Salvatore zu F u c e c c h i o unter Abt Johannes mit dem diesem unterstehenden Kloster S. Bartolomeo zu Cappiano in seinen Schutz, bestätigt ihm von Kaiser Heinrichs VI. übertragene Rechte, Güter und Zehenten, verbietet Abgabenforderungen an den Abt und das Kloster und bestätigt dessen Besitzungen in und um Pontormo.*

*San Genesio, 1210 Februar 12*

*Original, 523 + 23 (–40) x 500 (–507) mm, im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Lunghe, Fucecchio, S. Giovanni Battista (collegiata), 1210 febbraio 12 (A).*

*Böhmer, Acta S. 217 Nr. 240 aus A.*

*BFW 352.*

*Der Text beruht auf einer Wiederholung einer Urkunde Heinrichs VI. vom 18. Juli 1194 für Fucecchio (Böhmer – Baaken 359). Im Anschluss daran wurde vermutlich auch die Gewährung der Einhebung von Zehenten aus einem zwischen 1191 und Mai 1194 ausgestellten Deperditum Heinrichs (Böhmer – Baaken 656) übernommen.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Octo quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus[a]. # Cum omnibus ecclesiis longe lateque per Romanum imperium constitutis imperiali nobis competat provisione consulere et eas gubernare, ideo nos earum necessitati specialius intendimus, que imperio nostro districtiori iure iungumtur[b]. Inde est, quod nos ad imitationem serenissimi antecessoris nostri Henrici Romanorum imperatoris divi augusti secundum quod suis autenticis privilegiis et litteris ipsum fecisse congnovimus, monasterium sancti Saluatoris de Ficeclo specialiter imperio attinens, cui fidelis noster Iohannes abbas pastorali gubernatione preesse dignoscitur, cum omnibus rebus et bonis et hominibus, que iuste habet vel in posterum iusto acquisitionis titulo poterit obtinere, sub imperialem protectionem nostram recipimus, ab omni districtu[c] seu dictione aliqua et absque omni angaria alicuius magne vel etiam parve persone quolibet modo liberum esse et inmune cum omnibus possessionibus suis tam acquisitis quam acquirendis decernentes statuimus et imperiali auctoritate prohibemus, ut nullus aliquid de aliquibus possessionibus eius, presertim quondam datis et relictis a comitibus imperii[d] fidelibus, scilicet bone memorie Kadulo, Loctario, Bolgarello[e], Ughicione et Ugolino sive a quibuslibet aliis hominibus tam in ecclesiis, videlicet monasterio sancti Bartholomei de Cappiano cum omnibus pertinentiis suis tam in terris quam in aquis, ecclesia sancti Martini de Catiana, ecclesia sancti Viti cum omnibus earum pertinentiis et possessionibus, quam in castellis vel villis et in silvis seu piscationibus, scilicet sepe de Regnana cum molendino et cum decem et septem starioribus terrarum, que sunt ex sinistra parte fluminis iuxta sepem, et duabus partibus unius sepis, que est posita supra pontem de Cappiano, atque in portu vel navigio Arni et in plagiis et in salectis, que quoquo modo per alluvionem fluminum undique[f] accrescunt, aliquid diminuere seu rapere presummat nec etiam inquietare vel molestare

---

[a] t *fehlt*
[b] *so A*
[c] *so A statt* districto *VU*
[d] *infolge Faltung stark abgerieben, danach kleines Loch*
[e] r *infolge Faltung stark abgerieben*
[f] *erstes* u *wohl aus* a *verb.*

seu aliquo modo disvestire audeat, set omni tempore in posterum firmiter sine alicuius contradictione usibus eiusdem monasterii proficiat. Ad cuius etiam uberiorem profectum et commoditatem omnia bona sua, que Gregorius quondam in eo existens abbas male vivendo aliquibus personis impignoravit, in feudo dedit, vendidit seu commutatione aliqua distraxit aut alienavit, revocantes huiusmodi et hanc ipsam impignorationem, infeodationem, venditionem, commutationem seu alienationem quamcumque iniustam et illicitam cassamus penitus et in irritum deducimus. Concedimus etiam dicto monasterio sancti Saluatoris divine retributionis intuitu et pro anime nostre remedio, ut percipiant decimas universas terrarum nostrarum et agrorum novorum existentium in curia de Ficeclo et eius districtu, sicut hucusque de terris propriis et agris eiusdem loci percipere consueverunt et habere. Precipimus itaque et firmiter sanccimus, ut nullus consul vel potestas de Ficiclo vel alicuius civitatis et nullum comune nec aliquis homo aliquod datum vel tributum ab ipso abate[g] vel monasterio sancti Saluatoris requirat vel accipiat nullaque parva vel magna persona, que bona monasterii iniuste detinet, aliqua prescriptione contra ipsum monasterium et abatem[h] se valeat tueri ad gravamen et iniuriam ipsius monasterii. Item statuimus firmiter precipientes, ut, quicumque terras et possessiones, quas dictum monasterium habere debet, ubicumque invente fuerint, et specialiter iusta[i] flumen Arni vel Wisiane vel terras, que dicuntur plagie vel riparie, in quibuscumque locis vel vocabulis, ubicumque invente fuerint, et iniuste et sine legali iudicio detinet, dicto monasterio restituat. Confirmamus etiam predicto monasterio omnia, que continentur in publico instrumento ab Ildebramdo[j] comite et filiis eius, de omnibus terris et[k] possessionibus et hominibus, quos et quas idem monasterium habet et tenet apud Pontormi vel eius confinibus, sicut continetur in instrumento publico facto per manum Bamdini[l] notarii. Suscipimus enim Hermannum priorem sancti Bartholomei de Cappiano et ipsum monasterium cum omnibus bonis et possessionibus suis[m] tam in aquis quam in paludibus et[n] terris cultis et incultis et ripariis confirmantes ea omnia et homines ad ipsum monasterium pertinentes[o] et terram ad aream Orlandingam[p] et si qua alia devotione fidelium fuerint ipsi monasterio collata in posterum cum molendinis, piscariis et omnibus aliis hedificiis. Prohibemus autem, ne aliqua persona ecclesiastica vel secularis, parva vel magna, nobilis vel ingnobilis audeat protectionis vel confirmationis presentis paginam infringere aut predictum monasterium sive[q] eius homines angariis, exactionibus aut aliquibus prestationibus fatigare seu molestare aut temere perturbare nec aliquid hedificare iniuste in terra vel in aqua ipsorum monasteriorum contra rectorum ipsorum monasteriorum legitimam voluntatem salva in omnibus et per omnia imperiali iustitia et dignitate et honore. Si quis igitur in his aut in * sepedictis monasteriis iniuriatus fuerit nec

---

[g] *so A*
[h] *so A*
[i] *so wohl A, gesamtes Wort durch Abreibung und danach folgendes Loch in der Faltung beschädigt*
[j] *so A*
[k] *wohl sofort nachträglich eingefügt*
[l] *so A*
[m] u *stark abgerieben*
[n] *wohl sofort nachträglich eingefügt*
[o] pertinetes *A, fehlt Kürzungsstrich für zweites* n
[p] *folgt mittels Punkten getilgt* pertinentes
[q] *ursprünglich* sn *mit Kürzungsstrich für* sine*, langes* i *und* e *nachträglich eingefügt,* n *in* u *verb., Kürzungsstrich darüber radiert*

resipisci voluerit, cemtum[r] libras auri pro pena componat, medietatem camere nostre, partim[s] residuam ipsis monasteriis. Huius rei testes sunt: Wolfkerus patriarcha Aquilegensis, Ildebra(m)dus Wlterranus episcopus, Henrigus Mantuanus episcopus vicarius curie, comes Ildebramdinus[t], Diopuldus dux Spoleti, Ezzelinus de Treuisio, Salinguerra de Ferraria, Euerardus de Lutra, Monacus, Passawerra, Albertus Struzi, Rufinus et Presbiter iudices curie.

# Singnum[u] domini Ottonis quarti Romanorum inperatoris invictissimi[v]. # (M.)

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Thederici[w] Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC° decimo, glorioso domino Ottone Romanorum imperatore imperante, anno imperii eius primo.

Dat. per manum Waltherii prothonotarii apud Sanctum Genesium mense februarii, pridie idus eiusdem.

(SP.D.)[x]

---

[r] *so A*
[s] *so A*
[t] *so A*
[u] *erstes* n *aus* g *verb.*
[v] *zweites* i *fehlt*
[w] h *aus* e *verb.*
[x] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 353.

*Otto nimmt auf Bitten des Priors und des Konvents die Kirche S. Maria in Porto (zu Ravenna) in seinen Schutz, bestätigt ihr die genannten Besitzungen, die Immunität, eine Verjährungsfrist von 100 Jahren sowie eine Reihe weiterer Rechte.*

*Ravenna, 1210 Februar 28*

*Oiginal, 617 + 36 (–44) x 560 (–583) mm, im Archivio storico diocesano zu Ravenna, Archivio del capitolo della cattedrale, Canonica di Porto, Perg. Nr. 156 (A).*

*Böhmer, Acta S. 220 Nr. 242 unvollständig aus Abschrift, zu 1210 März.*

*Fabri, Memorie di Ravenna 1, S. 269 (Erwähnung). – Valentinelli, Reg. documentorum Germaniae Nr. 183 (zu 1209). – Wiesflecker, Reg. der Grafen von Görz 1, Nr. 351 (zu 1210 März). – BFW 353.*

*Als Vorurkunde diente das in der zweiten Hälfte des 12. Jahrhunderts verunechtete Privileg Friedrichs I. für das Kloster S. Maria in Porto (DF. I. 111).*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Transitorii regni dignitas et imperialis potestas ac sublimitas ad hoc potissimum ab omnium regum domino nobis concessa est, ut servos militesque Christi, quos[a] propria voluntas propter amorem dei omnipotentis inopes facit existere[b] atque in presenti seculo abiectos remanere, attentius debeamus defendere et sub nostra imperiali protectione congruis honoribus refovere. Hoc etenim si fecerimus, cum regnum terrenum transeundo defecerit, celestis et indefitientis regni culmina procul dubio sublimiter non ambigimus obtinere[c]. Quocirca omnium Christi regnique fidelium noverit industria, qualiter nos interventu et petitione dilectorum filiorum nostrorum prioris et conventus ecclesię Sancte Marię in Portu ecclesiam ipsam, videlicet Sancte Marie in Portu cum omnibus suis obedientiis sub nostre auctoritatis defensionem et imperialis dignitatis[d] tuitionem et mundiburdium suscepimus statuentes, ut, quascumque possessiones seu iura possessionum, quecumque bona inpresentiarum possidet[e] aut in futurum largitione imperatorum aut regum, concessione pontificum, principum, marchionum[f], oblatione aliorum quorumlibet fidelium seu aliis quibuslibet iustis et legitimis modis poterit adipisci, nostra imperiali auctoritate confirmata ac corroborata usibus memorate ecclesię et fratribus ibidem[g] deo pro tempore famulantibus profitiant. Ex quibus quedam propriis duximus exprimenda vocabulis: insulam scilicet, in qua ipsa ecclesia fundata est, que est iuxta litus maris, et aliam insulam, que est posita ultra flumen Bidentis, primum latus Bidens, secundum latus Badalenum, tertium latus Clasitellus descendens a via, que est iuxta murellos de civitate Classis in eodem Badaleno, quartum latus eadem via usque ad portum Cesaris, quintum latus a portu Cesaris usque in Bidentem et locum, qui vocatur Corriolus maior et minor, et locum, qui dicitur Cincenta, cum terris, vineis, silvis, pratis, pascuis, aquis, piscationibus, viis, inviis et omnibus sibi

---

[a] q *aus* pro-*Kürzung verb.*
[b] *danach Schluss-*s *radiert*
[c] b *aus* p *verb.*
[d] at *durch Riss und Fleck beschädigt*
[e] *Oberlängen von* ss *durch Tintenfleck leicht beschädigt*
[f] u *auf Rasur wohl von* e
[g] *erstes* i *durch Riss beschädigt*

pertinentibus, quicquid[h] etiam[h] habent in civitate Rauenne et in eius exarchatu, Cesene, Ceruie, Fauentie, Popiliensi, Imolensi, Liuiensi, Ariminiensi, Peseauriensi, Fanensi, Senogaliensi, Paduanensi et in monte de Cruce a Friderico et Warnerio marchionibus seu ab aliis Ferariensi, Bononiensi, Mantuana, Uenetiis, tam in civitatibus quam in earum episcopatibus seu[i] in quibuslibet aliis locis, cum domibus, casis, terris, silvis[j], vineis, pascuis, carectis, aquis, paludibus, piscationibus, viis, inviis et omnibus sibi pertinentibus, silvam, quam habent in comitatu Comaclensi ab episcopo et comuni terre, et quicquid acquisierunt ab abbate Sancti Andreę ex partibus Istrię sive in Bannocaballo sive in aliis locis et quicquid habent apud Gatulam. Addimus etiam et imperiali benefitio perpetuo dono concedimus, ut sit libera facultas hominibus Sancte Marię in Portu omnibus temporibus de silvis Medicine ligna pro restauratione domorum suarum et necessitate ignis accipere, quotienscumque voluerint, sine omnium hominum contradictione. Preterea concedimus et imperiali auctoritate decernimus, ut supradicte ecclesie fratres liberam facultatem habeant a quolibet adipiscendi possessiones et recuperandi, videlicet si possessiones quoquo modo pertinentes ab aliquo vel[k] ab aliquibus iniuste detineantur et tertio a fratibus[l] vel ab aliis ex nomine sepedicte ecclesie vel etiam * peremptorio edicto a nostro iudice commonitus, si iustitiam facere noluerit, liceat fratribus eiusdem ecclesie imperiali privilegio munitis cum omni iustitia et iure nulla lege contradicente ipsas ingredi possessiones. Insuper indulgemus et imperiali edicto statuimus, ut nulla prescriptio nisi centum annorum eis opponatur. Ad hec decernimus et imperiali lege inretractabiliter sanctimus, ut nulli clerici, nulli laici canonice Sancte Marię in Portu neque cuiuscumque sue obedientię per se aut per suos advocatos decetero in quacumque controversia iusiurandum conpellantur aliqua ratione subire, sed nostra imperiali lege ab omni iuramento omnes perpetuo immunes existant. Sed ipsa ecclesia cum suis obedientiis ab omni infestatione seu molestia inmunis existens nec civitati nec alicui potestati collectam, frodrum[m], albergariam persolvat sive ad muniendam civitatem seu ad castrum edificandum, sed nec pro adventu imperiali vel regali vel etiam alicuius principis. Nulla denique gravamina alicuius occasionis optentu sentiat nec in tota insula, in qua est ecclesia, neque in toto portu persona aliqua capiatur nec res alicuius violenter auferantur, prout circumdatur a fluminibus, Candiano scilicet Bidento, Badaleno et mari, nec in ipsorum litoribus nec infra mare seu a litoribus fluminum ad unum miliarium. Hec autem omnia sepedicte ecclesie et suis obedientiis[n] et fratribus ibidem deo pro tempore servientibus omni contradictione[o] procul remota usibus proficere eternaliter statuentes imperiali auctoritate iubemus et sub pena centum librarum auri purissimi prohibemus, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, capitaneus, valvasor, consul, rector, sed nec aliqua civitas aut potestas nullaque regni nostri magna seu parva persona de his omnibus aliquid infringere vel imminuere presumat. Sed si quis, quod absit, presumpserit[p], imperiali banno subiaceat et centum libras

---

[h–h] quicquid et *auf Rasur von* silvam quam
[i] *davor ein Riss in der Faltung*
[j] il *durch Riss in der Faltung teilweise zerstört*
[k] l *auf Rasur*
[l] *so A*
[m] *so A*
[n] d *(wohl aus* n*) verb.*
[o] io *durch hellen Fleck leicht beschädigt*
[p] er *durch Fleck beschädigt*

auri purissimi componat, medietatem camere nostre et alteram partem sepedicte ecclesie. Quod[q] ut ratum et inconvulsum omni tempore in posterum[r] permaneat, presentem paginam sigilli nostri impressione communimus adhibitis testibus, quorum nomina hec sunt: Wolferus patriarcha Aquilegensis, Vlbaldvs[s] archiepiscopus Rauen(ne), Mainardus episcopus Ymolensis, comes Meinardus de Gortia, comes Hartmannus de Wirtinberc, comes Wdo Werre, Ezzilinus de Taruisio[t], Petrus Trauersaria, Redulphus de Kislowe, Cono de Minzinberc, Henricus camerarius de Rauinsperc et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Coradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theodorici[u] Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalię archicancelarii[v] recognovi.

Hec autem acta sunt Rauenne anno dominice incarnationis millesimo CC decimo, indictione tercia decima, imperante gloriossisimo[w] inperatore Octone quarto, anno regni eius XII[x], imperii vero primo.

Dat. per manus Gualterii imperialis protonotarii, pridie kalendas martii, indictione tertia decima.

(SP.D.)[y]

---

[q] Q *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[r] p *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[s] *so A, zweites* v *(für* u*) aus* o *verb.*
[t] *mit überflüssigem Kürzungsstrich über* t
[u] *erstes* i *durch kleinen Fleck etwas beschädigt*
[v] *so A*
[w] *so A*
[x] II *aus* X *verb.*
[y] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 354.

*Otto befreit den Abt und die Brüder des Klosters Sant´Apollinare in Classe zu Ravenna von allen Abgaben und von der Leistung des Kalumnieneides und bestätigt ihnen weitere Rechte und Freiheiten sowie ihre umfangreichen Besitzungen.*

*Ravenna, 1210 März 2*

*Original, 640 (–665) + 32 (–55) x 494 (–502), im Archivio di Stato zu Ravenna, Corporazioni religiose di Ravenna, Abbazia di S. Apollinare in Classe di Ravenna, capsa XV, fasc. II, Nr. 22 (A). – Notarielle Abschrift von 1466 V 31, ebenda Nr. 23 (B).*

*Mittarelli – Costadoni, Annales Camaldulenses 4, Appendix Sp. 299 Nr. 184 aus A und S. 218 (Erwähnung).*

*Guastuzzi in: Raccolta d´opuscoli scientifici e filologici 42, S. 92 Nr. 21 (mit Textauszügen nach A sowie Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – (Fantuzzi), Monumenti Ravennati 2, S. 352 Nr. 25. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 147. – Mazzatinti, Gli archivi d'Italia 1, S. 284. – Lasinio, Reg. di Camaldoli 3, Nr. 1469 (mit paraphrasierten Textauszügen). – Curradi, Fonti per la storia di Ravenna S. 771 Nr. 86. – BFW 354.*

*Das Original ist durch Risse und Löcher sowie zahlreiche Flecken und Abreibungen beschädigt. Die Fehlstellen wurden durch eckige Klammern gekennzeichnet und sinngemäß bzw. mit Hilfe von B und den Lesungen der Vor- und Nachurkunden ergänzt. Im Text werden weite Teile der Dispositio der nahezu vollkommen gleichlautenden DDF. I. 718 und 901 vom 3. Dezember 1177 und vom 14. März 1185 wiederholt (VU I). Darüber hinaus folgt die Besitzliste dem Privileg Papst Urbans III. vom 15. März 1186 (VU II, JL 15562 und Reg. Imp. IV,4,3, Nr. 94; ed. Mittarelli – Costadoni Sp. 137 Nr. 84).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto[a] quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Si ecclesias dei et loca religiosa pio benignitatis nostre favore respitiamus, ad meritum eterne beatitudinis apud regem regum id nobis indubitanter speramus profuturum. Eapropter noverit tam presens hetas fidelium imperii nostri quam successura posteritas, quod nos adtendentes honestam et religiosam conversationem[b] fidelium nostrorum abbatis sancti Appollenaris in Classe et fratrum inibi servientium deo concedimus ipsis et in presenti scripto confirmamus, ut omnes /**I**/ persone in eodem monasterio et eius attenentiis divinis mancipate et mancipande obsequiis plena gaudeant atque fruantur libertate et pace videlicet, ut nec ad angarias vel perangarias vel alias operas per aliquem etiam nostrum missum aliamve maiorem seu minorem personam preter ea, que ad pia opera per canones et leges sunt deputata, ullo[c] modo[c] cogantur. De suis quoque domicultibus[d], id est, que suis propriis laboribus et per suas familias excolunt, nichil omnino prestare compellantur * per altam[e] aliquam humilemve personam[f], per nostrum missum seu per quemcumque alium, per ullam civitatem, communitatem sive singularitatem, sed nec aliquam collectam vel exactionem, quocumque nomine censeatur, vel hospitationes per aliquem vel per aliquos predictorum inviti prestare cogantur. Statuimus etiam, ut homines prefati monasterii tam in Romania quam in[g] Marchia[g], sive in castris sive in villis habitent, iurisdictioni suorum dominorum, sive inter se agant sive ab aliis conveniantur, omnino subitiantur. Si vero ipsi alios conveniant, sub eorum dominis agant ita, ut actor semper forum rei sequatur. Fodrum quoque alternis annis, qui unum

---

[a] Ott *durch Riss in der Faltung stark beschädigt*
[b] *erstes* o *aus* e *verb.*
[c–c] *von derselben Hand in zu breitem Raum nachträglich eingetragen*
[d] domicultilibus *VU*
[e] *mit überflüssigem Kürzungszeichen über* m
[f] p(er)sonm *mit Kürzungszeichen, bei* nm *fehlt ein Mittelschaft*
[g–g] immarchia *A*

iugum boum habuerit, duodecim denarios Rauen(natum) tantum, qui [au]tem duo iuga, XVIII, qui vero tria, cum quibus araverit, duos soldos et sic deinceps pro se et pro familiis suis persolvant, qui vero unum solum bovem, cum quo aret, habuerit, sex denarios pro se et familia sua tribuat, qui vero manibus tantum operatur vel alia opera exercet, quatuor denarios similiter pro se et familia sua persolvat omnia[h] alia exactione, quocumque nomine vocetur, penitus cesante[i]. Remittimus albergariam castri Gazii, quam occasione Caualcacomit(is) exigere solebamus, statuentes et[j] imperiali[j] auctoritate nostra sanctientes, ut de cetero nullus homo sive noster nuntius sive quicumque alius eandem albergariam requirat. Addicimus[k] etiam et perpetuo sanctimus, ut, si quando predictus abbas et sui fratres eorumque successores agant vel conveniantur, non cogantur sacramentum calumpnie prestare, nisi per syndicum vel actorem, et quod nulla eis prescriptio in rebus ecclesie opponatur nisi centum annorum no[n] obstante illa lege "Quod[1] quisquis iuris in alterum statuerit et cetera"[1], vel alia lege, qua cavetur principales personas sacramentum calumpnie, debere subire. Item addidimus et ex nostre magestatis gratia concedimus, quod liceat sepe nominatis fratribus finito henphyteotico iure et locationum omnium et aliorum iurium vel defectu personarum temporis vel alio modo possessionem[l] ingredi imperiali auctoritate absque alicuius contraditione non obstante aliqua consuetudine vel statuto civitatis alicuius vel castri vel alterius loci, et quod liceat eis in eorum possessionibus molandina[m] construere et aquam de flumine puplico[n] per possessiones eorum sine omni contraditione derivare. Ordinamus etiam, ut, si quando predictus abbas vel eius fratres seu eorum homines coram nostris iudicibus vel eis, quos alicui iurisdictioni prefecimus, agant vel conveniantur sive causam amittant sive in ea ob[ti]neant, pro libra non nisi XII denarios nostris iudicibus et potestatibus persolvant et infra XL dies eorum cause decidantur, nisi maiores indutias propter absentiam testium vel instrument[o]rum causa postulaverit, et statim executioni mandetur et, quod iudicatum fuerit, nisi per appellationem [su]sp[en]datur, firmissime teneatur. | /**II**/ Preterea quascumque possesiones[o], quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante d[omino][p] poterit adipissci[q], firma prefato abbati et eius successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: in comitatu Tudertino monasterium, [quod] voc[atur sancta] Illuminata cum omnibus pertinentiis suis in[r] * Perusino[r] cell[as[s] quinque, videlicet sancti Seueri, capellam sancte Marga]rite[s] in[t] massa[t] Salliatica, monasterium sancti Petri in Colle, sancti Petri in Ualle de Po[nte] iusta

---

[h] *so A statt* omni*, vgl. VU*
[i] *so A*
[j–j] *von derselben Hand mit dunklerer Tinte auf Rasur*
[k] *zwischen* i *und* m *Loch ausgespart*
[l] *Kürzungszeichen für* m *durch Fleck zerstört*
[m] *so A*
[n] *so A*
[o] *so A*
[p] *durch Riss in der Faltung zerstört*
[q] *so A*
[r–r] imperusino *A*
[s–s] as – Marga *durch Loch in der Faltung bis auf die Oberschäfte fast vollkommen zerstört*
[t–t] immassa *A*

fluvium Tiberis, monasterium sancti Fortunati * ex alia parte Tiberis; in comi[tatu] Eugubino massam, que dicitur Bignoli, curtem, que dicitur Pretorium, et aliam, que[u] dicitur Bar[on]cellum, tertiam, que vocatur Marcianula, cum omnibus ad easdem pertinentibus; in comitatu Firmano curtem integram, que vocatur Campolongo, et castrum, quod vocatur Pausuli, et [a]liud, quod vocatur Pretorium, medium castrum Casalis et medietatem castelli, quod vocatur Castri, cum medietate[v] ecclesiarum eorundem[w], curtem sancte Marie in Ceruaria, et sancti Appollenaris de Potentia, monasterium sancti Petri de Butrio cum fundo Turris et cum palude, que dicitur Rota, cuius Rote fines sunt [a]b uno latere fluvius Tenne usque ad medium, secundo latere litus maris, tertio latere terra sancti Blasii et a quarto latere t[er]ra sancte Marie, * quicquid habet prefatum monasterium in curte sancti Elpidii et sancti Iuliani et Montis Luponis et Muriuallis cum decimis et primitiis terre vestre donnicate et vestrorum hominum concessis a beate memorie[x] Azone Firmano episcopo, in eodem comitatu Podiole cum curte sua et cum omnibus sibi pertinentibus[y] et curtem Pozolani cum omnibus sibi pertinentibus, quicquid Talanas reliquid[z] iamdicto monasterio in[aa] Monte[aa] Luponi; in comitatu Ausumi quartam partem castri, quod vocatur Mons Aureus, cum piscationibus et venationibus suis et cum omnibus sibi pertinentibus; in comitatu Senogal[li]e massam Merolariam et Casalmauri et tres fundos, Ingallati, Arille et Donazanum, infra civitatem ecclesiam sancte Marie Scotorum; in comitatu Fanensi locum integrum, [q]ui dicitur Rauignana, cum * omnibus sibi pertinentibus et castrum unum, quod dicitur Turris, cum omnibus sibi pertinentibus et in eodem comitatu castrum Albignanus cum omnibus sibi pertinentibus et roncum[bb], quod dicitur Sambanum[cc] cum omnibus sibi pertinentibus et XXV modiolos terre in[dd] Monte[dd] Granario, in civitate ecclesiam sancti Appollinaris et sancti Viti et sancti Christofori cum omnibus ad easdem pertinentibus; quicquid dictum monasterium habet in civitate Pesau[ri]ensi et in eius comitatu; quicquid habet in civitate Arimin(ensi) et in eius comitatu[ee], videlicet castrum Gazii cum curte sua integra et massam Vzani integram, quicquid habet in ca[st]ro Lonzani et in eius curte, locum, qui dicitur Fontana Sabadina, et Faturium et omnes splazas Vzani et cu[r]tem Sale veteris et nove cum terminis eorum, a primo latere litus maris, secundo Pisatellus, tertio Uetretum et Pauiranus, a quarto limes, qui dicitur Artinus, percurrit a Prato usque in Castrat[e]lla et rivus Fabrice decurrit in mare, et quod habet in Castagneto, Brankese, Bulgaria et Bulgarnouum et curtem Casaliccli cum castro suo et castrum Pisatelli cum curte sua; in comitatu Feretrano fundum Tuxianum, in Saxenate curtem sancti Angeli de Plano et castrum Ciuo[r]ii; in comitatu Cesenate massam[ff] Catiani cum ecclesia sancti Michaelis et quod obvenit a Rainulfo de Gallesese et uxore sua infra idem castrum et totam

---

[u] *zwischen diesem und dem folgenden Wort ein Loch ausgespart*
[v] *zwischen diesem und dem folgenden Wort ein Loch ausgespart*
[w] *so A statt* earundem *VU*
[x] me *von derselben Hand über der Zeile nachgetragen,* o *aus* a *verb.*
[y] *zwischen diesem und dem folgenden Wort ein Loch ausgespart*
[z] *so A*
[aa–aa] immonte *A*
[bb] *so A,* roccam *VU*
[cc] *so wohl A,* Sambaricam *VU*
[dd–dd] immonte *A*
[ee] *zwischen* o *und* m *ein Loch ausgespart*
[ff] *mit überflüssigem Kürzungszeichen über erstem* a

curtem * constitutam in comitatibus[gg] Arimin(ensi) et Cesen(a)t(e), medietatem curtis Uerignani constitutam in comitatu Arimin(ensi) et quicquid etiam habet in civitate Cesen(a)t(e)[hh] et comitatu et curtem Sucuniani cum ecclesia sancti Appollinaris et cum fundis, scilicet Su[c]unianum integrum, Ulmetam, Glauzanum, Flicchi, Uincianum, Uezanellum, Tauranum et Tauranellum, Brugnanum, Silvam Vecclam, Bagnolum, Fasolare, Campumlongum, Prouezzum, Sapingnam, omnes integros cum eorum pertinentiis; in comitatu Populiensi curtem * Bagnoli cum pertinentiis suis et cum ecclesia; in * Liuiens(i) massam Castrucii integram, massam Barisanam et curtem Percusacii cum ecclesia ibidem et cum eorum pertinentiis; in comitatu Fauent(ino) curtem, que dicitur Quadrate, cum fundis et casalibus suis, fundum * Trentule, Susuanum, Pituli et Saltum maior[e]m et minorem, Granar[io]lum, Ceredrum, Lacum et massam integram, que dicitur Presenzanum et Populanum et castrum Pergule cum curte sua et cum apendicibus[ii] suis et cum omnibus ad eandem curtem pertinentibus; in Corneliensi monasterium, quod dicitur sancti Petri, massam, que dicitur Quintam, et massam, que dicitur Sol[u]stra, et medietatem castri, quod vocatur Limedalti, cum curte sua et cum fundis, casalibus et apendiciis suis, et cum omnibus sibi pertinentibus; in teritorio[jj] Rauen(na)t(e) ecclesiam sancti Martini cum curte integra, que dicitur Aquamlongam, et sancte Marie in Bazano et sancte Marie in[kk] Peratella[kk] cum o[mn]ibus eorum pertinentiis, et curtem Gambellarie, terras et silvas et paludes eidem monasterio[ll] circumpositas cum * suis pertinentiis, a primo latere ripa Ursaria et ecclesiam sancti Zeruasii cum possesionibus[mm] iuxta se positis usque ad litus maris, a secundo litus maris tribus milliariis infra ipsum mare exte[n]sum usque in[nn] portum[nn] Classicanum, a tertio Classatellus et confinium inter vos et sanctum Seuerum perveniens ad[oo] Uomasine[oo] in stratella, que pergit ad Putheum Trestri, et cursus antiquus aque Refredene usque ad furcas, a quarto latere villa[pp], que dicitur Bagnolus[qq], et Sazanum, et [sic] pergit per Stadilianum usque ad fluvium Sapis; infra civitatem Rauenne ecclesiam sancte Marie in Uirtute, sancte Marie in[rr] Pace[rr], sancte Barbare, sancte Marie in Or[ta]le cum casis et ortis, sancte Marie in Bon(onia), sancti Vincentii cum omnibus earum pertinentiis; in c[omitatu Fic]oclensi et civitate quecumque habet, scilicet salinas et tumbas, domos, terras, vineas, paludes et omnes possesiones[ss], quas donavit[tt] et tradidit Iohannes de Miso[ne predict]o monasterio tam in[uu] predicta[uu] civitate quam extra, Forosimfronati[vv] ecclesiam sancte Sophye [cum] omnibus suis pertinentiis; in comitatu

---

[gg] *mit Kürzungszeichen über* m
[hh] Saxenate *VU*
[ii] *so A hier wie auch in der Folge* apendiciis*,* apendicibus
[jj] *so A*
[kk–kk] imperatella *A*
[ll] moa *mit Kürzungszeichen, es fehlt in Analogie zum sonstigen Auftreten des Wortes die Endung* st(er)io
[mm] *so A*
[nn–nn] importum *A*
[oo–oo] *so A,* ad duos masine *VU*
[pp] ll *von derselben Hand über der Zeile eingefügt*
[qq] *mit wohl überflüssigem Kürzungszeichen über* u
[rr–rr] impace A
[ss] *so A*
[tt] *folgt noch einmal gestrichen* quas donavit
[uu–uu] impredicta A
[vv] *davor fehlt* in

Bononiensi medietatem ecclesie sancte Marie in Caualli cum terris et[ww] silvis, paludibus, piscationibus, venationibus ad eandem pertinentibus et quicquid etiam [o]bvenit a domina Maria, videlicet Tumbam * cum omnibus pertinentiis suis, et a Benone Petri Azonis. Ut igitur hec magestatis nostre concessio et confirmatio rata in perpetuum et inconcussa permaneat, presentem paginam conscribi iussimus et nostre sublimitatis sigillo comm[u]niri statuentes et imperiali auctoritate nostra sanctientes, ut de cetero nullus episcopus, nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nulla civitas, nullum commune, nulla potestas, nulla denique persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica sepedictum monasterium vel eius homines contra hanc nostram concessionem gravare, molestare vel quibuscumque iniuriarum calumpniis attemptare presumat. Quod qui fecerit, in ultionem sue temeritatis quadraginta libras puri auri componat, dimidium camere[xx] nostre, reliquum iniuriam passis. Et quod uberius credatur et perpetuo observetur, presentem paginam scribi iussimus et nostri sigilli munimine roborari. Huius rei testes sunt: Wolfokerius Aquilegensis ecclesie patriarcha, Henricus Mantuanus episcopus imperii vicarius, Vbaldus archiepiscopus Rauenne, comes Machinardus de Goritia[yy], Cilinus de Triuguisio, Passaguerra, Monachus, Rufinus, Presbiter, Albertus Strucius iudices curie et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)[zz]

Ego Curradus[aaa] Spirensis episcopus imperialis aule cancelarius[bbb] vice domini Theoderici Colloniensis[ccc] archiepiscopi totius Ytalie archycancellarii[ddd] recognovi.

Hacta sunt hec anno[eee] domini $M^{o}CC^{o}X^{o}$, indictione $XIII^{a}$, die secundo intrante [me]nse marcio.

Dat. Rau(e)n(nas) per manum Walterii imperialis aule protonotarii, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore gloriosisimo[fff], [a]nno regni eius $XII^{o}$, imperiali vero primo.

(SP.D.)[ggg]

---

[ww] *zu Beginn der nächsten Zeile folgt noch einmal* et
[xx] *mit Kürzungszeichen über* m
[yy] *die folgenden Zeugen rechts von der Signumzeile*
[zz] *von OA mit hellerer Tinte*
[aaa] *zweites* r *wohl aus Ansatz für* a *verb.*
[bbb] *so A*
[ccc] *so A*
[ddd] *so A,* ll *aus* n *verb.*
[eee] *zwischen zweitem* n *und* o *ein Loch ausgespart*
[fff] *so A*
[ggg] *heute anstelle der originalen roten Seidenfäden ein blaues gewebtes Band durch die Einschnitte gezogen und verknotet.*

[1–1] *Digesta Iustiniani: D. 2,2,1,2.*

MGH Digitale Vorab-Edition
Satzlauf: 2025-03-19T12:00

## BFW 356.

*Otto teilt dem Patriarchen (Wolfger) sowie den Vasallen und Ministerialen der Kirche von A q u i l e i a mit, dass er die Kirche und ihre Kanoniker mit allen Personen und Gütern in seinen Schutz genommen habe, und befiehlt dem Patriarchen, diese vor allem Unrecht zu bewahren und Streitsachen der Kanoniker um die Vogtei und andere Angelegenheiten kraft kaiserlicher Autorität zu entscheiden.*

*Ravenna, 1210 März 4*

*Original, 180 + 19 x 125 (–132) mm, im Archivio diocesano zu Udine, Archivio capitolare, Raccolta pergamene, vol. 2, Nr. 2C (A).*

*Böhmer, Acta S. 219 Nr. 241 aus Abschrift in der Biblioteca Marciana zu Venedig. – Buttazzoni in: L'archeografo triestino n. s. 2, S. 207 aus Abschrift im Museo provinciale di Gorizia = Buttazzoni, Del patriarca Volchero S. 57.*

*della Bona, Strenna cronologica S. 60 (mit kurzem Textauszug). – Bianchi in: Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen 21, S. 181 Nr. 25 (mit Textauszug). – Valentinelli, Reg. documentorum Germaniae Nr. 185 (mit kurzen Textauszügen). – Bianchi, Indice Nr. 22. – Documenta ad Forumjulii spectantia, in: Atti e memorie della Società Istriana di archeologia e storia patria 8, S. 26. – Leicht, I diplomi imperiali Nr. 68. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 53 (mit Wiedergabe einzelner Textstellen). – BFW 356.*

# Otto # quartus dei gratia Romanorum imperator[a] et semper augustus dilecto suo Aquilegensi[b] patriarche et universis eiusdem ecclesie vassallis et ministerialibus gratiam suam[c] [et omne][d] bonum. Litteris presentibus vobis significandum duximus, quod licet omnes[e] ecclesias sub imperii nostri potestate[f] constitutas nostra intersit defensare, ecclesiam tamen Aquilegensem et omnes canonicos[g] tam in personis quam in bonis et eorum pertinentiis sub spetiali[h] nostra recepimus protectione, iniurias et gravamina ipsorum, a quibuscumque eis inferantur, volentes summo opere propulsare. Unde tibi patriarcha[i] mandamus et precipimus, quatenus auctoritate nostra, sicut teneris, iam dictos canonicos ab iniuriis et gravaminibus defendere aliquatenus non obmittas. Preterea[j] si inter eosdem canonicos et alios super advocatia[k] vel alia re causa vertatur, ipsam tibi auctoritate imperali[l] committimus terminandam. Unde si quis aliquem canonicorum gravare vel molestare presumpserit aut privilegia eorum a nobis et antecessoribus nostris eis collata infringere attemptaverit, imperialem se sciat offendisse maiestatem. Dat. Rauen(nas) anno dominice incarnationis M°CC°VIIII°, quarto nonas martii, indictione XIII[a].

(SP.D.)[m]

---

[a] imprator *mit* per-*Kürzung an* p
[b] *davor Punkt wohl für den fehlenden Vornamen*
[c] a *mit Kürzungsstrich durch Fleck stark verblasst*
[d] *durch Loch im Pergament zerstört*
[e] *durch zwei dunkle Flecken unter dem Wort etwas beschädigt*
[f] pote *auf Rasur von* p*(*ro*)*tec
[g] *zweites* o *wohl verb.*
[h] t *aus unterem Bogen für* c *verb.*
[i] *so A*
[j] *nach* t *mit* er-*Kürzung Rasur eines Buchstabens, danach* e *wohl aus* i *verb.*
[k] d *(wohl aus* u*) verb.,* u *(für* v*) und* t *verb.*
[l] *so A*
[m] *rote und schwarze Seidenfäden erhalten.*

## BFW 357.

*Otto bestätigt einen zugunsten des Zisterzienserklosters (Chiaravalle della) Colomba und genannten Personen vor mehr als 20 Jahren getroffenen Vergleich betreffend Ländereien und einen Wald und verbietet deren Erben, das Kloster im Besitz dieser Güter zu stören.*

*Ravenna, 1210 März 4*

*Original, 218 + 24 x 257 mm, im Archivio di Stato zu Parma, Diplomatico, Diplomi imperiali, Cassetta 5, Nr. 90 (A).*

*Winkelmann, Acta S. 33 Nr. 37 aus A.*

*BFW 357.*

Otto dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis[a] imperii fidelibus[b] tam presentibus quam futuris, ad quos littere[c] iste pervenerint, salutem et omne bonum. Cordi[1] nobis est in commune cunctos protegere, sed eos[d] maxime, quos sibi novimus defuisse[1], qui pro affectu pietatis mortificantes membra sua confregerunt[2] arcum, scutum et gladium et bellum[2], ut[e] contra[3] immanissimum humani generis hostem[3] expeditius valeant militare et regi regum omnium domino Ihesu Christo devotius deservire. Significavit[f] clementie nostre venerabilis abbas de Columba, quod cum olim Rambotus et Girardus Pipini et Conradus Marconis et Bernardus Scoruasia et Teutonicus Sagitta clerici et Gualfredus plurimum molestarent monasterium de Columba super quibusdam[g] terris cultis et incultis et bosco, amicabiliter tandem honestorum virorum arbitrio predicta questio est sopita et predicti viri recipientes pecuniam monasterii de tota lite finem fecerunt nullum ius sibi excipientes[h] in terris predictis vel ratione honoris curtis vel alia causa, sicut in publicis instrumentis inde confectis evidenter[i] apparet. Nunc autem transactis iam plus quam XX annis predictorum virorum heredes sanato morbo vulnus nituntur infigere et ratione honoris curtis, quem se dicunt habere, in predictis terris per se et homines suos monasterium molestare presumunt et violenter[j] predicta[k] predia contra ipsorum voluntatem ingrediuntur. Quia[4] igitur in vituperationem nostram corruunt, quibus se publica vota subducunt[4], dignum est, ut contra temeritatem insolentium nostre maiestatis erigatur obstaculum et imperiali interpretatione[l] omnis ambiguitas absolvatur. Predictam itaque conventionem nostro[m] imperiali roborantes edicto precipimus, ut nullatenus[n] licitum sit prefatis personis monasterium de Columba in predictis terris ulterius molestare[o] ratione honoris curtis vel

---

[a] *Oberschaft des ersten* s *durch Fleck beschädigt*
[b] *Bogen des* d *(wohl aus* u*) verb.*
[c] er-*Kürzung infolge Faltung beschädigt*
[d] o *infolge Faltung etwas beschädigt*
[e] t *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[f] f *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[g] *vom Rand etwas eingerückt,* q *wohl verb.*
[h] *erstes* i *wohl aus Bogen für* e *verb.*
[i] *Fleck über* nt *und Kürzungszeichen*
[j] i *im unteren Teil durch kleines Loch in der Faltung beschädigt*
[k] *folgt noch einmal* predicta *durch Unterstreichung getilgt*
[l] *danach* i *radiert*
[m] ro *mit Kürzungsstrich infolge Faltung etwas abgerieben*
[n] *zweites* n *verblasst*
[o] ar *infolge Faltung abgerieben*

alterius iuris, quod evidenter et nominatim tempore compositionis non monstratur exceptum et specialiter reservatum. Quicumque igitur contra huius nostre maiestatis decretum venire temptaverit et ausu temerario[p] in predictis terris monasterium molestaverit, XX libras auri mulctetur, medietate fisco nostro, medietate monasterio inferenda.

Dat. apud Rauennam anno domini millesimo CC$^{o}$VIIII, indictione XIII, IIII nonas marcii.

(SP.D.)[q]

---

[p] o *durch Faltung beschädigt*
[q] *drei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

[1–1] *Cassiodori Senatoris Variae I, 8, 1, ed. Mommsen, MGH Auctores antiquissimi 12, S. 17 Z. 25 f.:* Cordi nobis est cunctos in commune protegere, sed eos maxime, quos sibi novimus defuisse
[2–2] *Ps. 75,4:* Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium et bellum
[3–3] *Vgl. die Historiae adversum paganos lib. VII, cap. 37, 11–12, des Paulus Oriosius*
[4–4] *Cassiodori Senatoris Variae I, 8, 1, ed. Mommsen, MGH Auctores antiquissimi 12, S. 17 Z. 27 f.*

***-.**

*Otto gewährt dem Richter* T u r c h i u s quondam Saraceni Bandini Boleti civis Senensis *eine Reihe von Rechten, insbesondere jenes, das Notarsamt zu verleihen.*

*Ravenna, 1210 März 4*

*Erwähnt in einer Abschrift des 18. Jahrhunderts eines Notariatsinstruments von 1264 Dezember 11 in der Biblioteca comunale zu Siena, B VI 15 (Uberto Benvoglienti, Spoglio di strumenti), fol. 240r. Es handelte sich nach dieser Erwähnung um eine Urkunde folgenden Inhalts, deren Wortlaut auszugsweise (hier unter Anführungszeichen) wiedergegeben ist:* „Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus“ etc. In quo privilegio multe licentie sibi date continentur, inter quas licentia concedendi tabellionatus officium plene patet. Cuius est scripture licentie talis tenor: „Item concedimus ei, ut possit officium notarie apud se petentibus dare“ etc. Et dictum privilegium fuit ei concessum „apud Ravennam“ sub „anno domini millesimo CCIX, IIII° non. martii, indictione XIII“ et est munitum quodam sigillo cereo rotundo pendente, in quo sculpta apparet quedam imperialis ymago.

***BFW 358.** ***unsicher***

*Otto urkundet für das Kloster S. Salvatore zu S e s t o .*

*Ravenna, 1210 März 4*

## BZ 42.

*Otto nimmt nach dem Vorbild seines Vorgängers, Kaiser Heinrichs VI., den Pfalzgrafen Guido G u e r r a in seinen Schutz und bestätigt ihm die angeführten Besitzungen und Rechte.*

*Ravenna, 1210 März 7*

*Abschrift aus der ersten Hälfte des 17. Jh. in der Biblioteca nazionale centrale zu Florenz, Cod. II.X.101 (ex Vinc. Borghinii adversariis in Biblioteca Fulconis Rinuccinii Marchionis descripta), p. 150–153 (D).*

*BZ 42.*

*Der Text wiederholt fast wortwörtlich eine Urkunde Heinrichs VI. für Guido Guerra vom 24. Mai 1194 (Böhmer – Baaken 154). Die Jahresangabe 1209 erfolgte im Annunciationsstil und entspricht nach heutiger Zeitrechnung dem Jahr 1210.*

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Octo quartus divina favente clementia imperator[a] et semper augustus. Inter cętera imperialium virtutum pręclara insignia velut sydus aureum et gemma clarissima fulget in principe, si suorum[b] fidelium merita ante suę maiestatis oculos habet et eos, quorum sincera fides, quorum strenuitas, quorum devotio et pręclara obsequia circa sui imperii diadema resplendent[c], congruis honoribus et beneficiis honorat et promovet. Proinde notum facimus universis imperii nostri fidelibus *, quod nos immitantes[d] vestigia prędecessorum nostrorum et precipue Henrici quondam imperatoris divę memorię dilectum et carissimum principem nostrum Guidonem Guerram * comitem palatinum pro illo magnifico et honorabili servitio, quod ipse et progenitores[e] sui prędecessoribus nostris regibus Romanorum et imperatoribus fideliter exibuerunt * et ipse idem * nostro tempore * nobis et imperio contulit, et omnia bona et possessiones suas, quę et quas modo iuste[f] habet vel detinet ullo modo haud ei pertinent vel ab alio suo nomine habentur vel detinentur vel ipse in posterum rationabiliter acquisierit, sub nostra et imperiali protectione atque tutela suscepimus eique et suis legittimis heredibus concessimus et confirmavimus. Ut autem abundantioris nostrę gratię prerogativa letetur[g], concedimus ei suisque legittimis heredibus et speciali largitate donamus et confirmamus omnia regalia nostra et omnes nostras iurisdictiones, quę et[h] quas[h] habemus in omnibus terris, possessionibus et rebus suis, quas ipse modo habet vel tenet per se vel[i]…, videlicet bannum et placitum, districtum, toloneum, pedagium, ripaticum, mercata, molendina, aquas aquarumque decursus, piscationes, venationes, paludes, argentifodinas, ferrifodinas et quicquid metalli vel thesauri in terra sua inveniri potest, alpes quoque et montes, valles et omnia ea, quę ad nos et imperium spectant. Quas utique terras et possessiones dignum duximus propriis exprimendas vocabulis: Mutilianum[j] cum rocca et castello cum tota curte eiusdem,

---

[a] *davor fehlt wohl* Romanorum *D*
[b] *wohl* sacrorum *D*
[c] resplendet *VU,* respondent *D; vgl. auch Nachtrag zu DF. I. 462 (MGH Diplomata X,5, S. 281)*
[d] *so D*
[e] progenitoris *D*
[f] iustę *D*
[g] *verbessert D*
[h] ex quam *D*
[i] *folgt* etc. ut supra *D*
[j] *davor überflüssig* Mutiliana *D*

castrum, quod dicitur Tredotium, Crasignanum vallis, Monsatullum, abbatiam[k] de Acereta cum tota curte eiusdem, …[k] quartam partem de Raggiolo, Risiccum, Ficillianum, commenditia[l] et[l] guardiam abbatię Capoleonis et omnes albergarias, quas habet in Romania et in Thuscia. Specialiter autem ei[m] hoc indulgemus, ut non compellatur de aliqua causa sub alicuius examine[n] respondere nisi sub nobis vel alio, quem specialiter ad hoc delegaremus[o]. Et si quando vocatus fuerit a nobis, ut ad nos veniat, vel a nuntiis nostris metu cognatorum Anselmi vel alio iusto impedimento interveniente possit per responsales suos vel nuncios nobis et nostris nuntiis sine nostra indignatione respondere. Hęc autem omnia superius scripta cum omnibus curtibus et districtibus et pertinentiis eorum concedimus et imperiali autoritate confirmamus. Statuentes igitur iubemus, ut de cetero nullus archiepiscopus, non episcopus, non dux, non marchio, nec comes[p], nec potestas, nec civitas, non rectores, non universitas nec aliqua magna persona nec parva eum vel eius heredes legittimos in hac nostra concessione molestare haud iniuriare[q] haud inquietare vel disvestire[r] presumat[s]. Si quis vero hanc nostram authoritatem[t] …Testes[u]: Vulgh(erus) Aquilegiensis patriarca, Vbaldus archiepiscopus Rauennas, Mainardus Imolensis episcopus, comes Maginardus de Foro Lunii, comes Ardimandus, comes Gherardus de Vien(na), comes Vuilielmus de Bigort, Henricus de Ranisburgh camerarius, Cono de Trizimburgh, Exolinus[v] de Aunara, Monacus de Villa Mediolanensis civis, Albertus Struxius Cremonensis etc.

Ego Curradus Spirensis[w] episcopus et imperialis aulę cancellarius vice domini Theodorici[x] archiepiscopi et totius Italię archicancellarii.

Signum[y] domini Ottonis III (M.)[y]

Acta sunt hęc anno domini 1209, indictione XIII, regnante domino Othone IIII[o] Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XII, imperii vero primo. Data apud Rauennam, VI. non. martii.

---

[k–k] *fehlt VU, vgl. DF. I. 462; in D fehlt mit Verweis auf den Text der NU die dort folgende lange Besitzliste*
[l–l] *so nach DF. I.462 zu emendieren statt* Coytam *D und* coita *VU*
[m] et *VU*
[n] examinę *D*
[o] delegeremus *D*
[p] comunis *D*
[q] iniuritare *D*
[r] disfestire *D*
[s] presumant *D*
[t] *folgt* etc. pena 100 lib. d´oro *D*
[u] *so D wohl statt* Huius rei testes sunt *VU und NU*
[v] *wohl* l *aus* r *verb. D*
[w] Spinensis *D*
[x] Theodorei *D*
[y] *die Nachzeichnung des Monogramms mit den ersten Worten der Signumzeile auf der dem Urkundentext vorhergehenden Seite.*

## BZ 40.

*Otto befiehlt dem Richter Oradinus von Rimini im Streit um ein Haus, einen Hof und Garten mit Zubehör und Einkünften zwischen der Kirche S. Maria in Porto (zu R a v e n n a) und der Kommune von Senigallia ein Urteil zu fällen.*
*(vor 1210 Oktober 12, wohl 1210 Ende Februar/Anfang März)*

*Insert in Notariatsinstrument von 1210 X 12 im Archivio di Stato zu Venedig, Monastero di S. Maria della Carità, Pergamene, busta 33 (B).*

*Holtzmann in: QFIAB 18, S. 181 Nr. 1 aus B.*

*Walter, Reichskanzlei S. 197 Nr. 7. – BZ 40.*

Otto dei gratia Romanorum inperator et semper augustus[a] fideli suo Ora(dino) iudici de Arim(ini) gratiam suam et bonam voluntatem. Causas, que vertuntur inter ecclesiam sancte Marie in Portu de Rau(enna)[b] ex[c] una parte[c] et comune Senegalie ex altera super quadam domo et curia et orto et accessionibus eorum et fructibus et pensionibus[d] eorum, devocioni[d] tue comittimus audiendas et fine debito terminandas. Mandamus, quatinus partes ante presentiam tuam[e] convoces[f] et auditis[g] hinc inde propositis predictas causas decidas iusticia mediante.

---

[a] agustus *B*
[b] Rau, *Rest abgerieben, mit zwei Kürzung(szeich)en über* u *und dem folgenden Buchstaben*
[c–c] *stark abgerieben B*
[d–d] pensionibus – de *teilweise stark abgerieben B*
[e] *fehlt B*
[f] convo *abgerieben B*
[g] is *stark abgerieben B.*

## BFW 355. *zweifelhaft*

*Otto nimmt auf Bitten des Abtes Almericus das Kloster San Severo in Classe (zu Ravenna) in seinen Schutz und bestätigt ihm die von seinen Vorgängern verliehene Rechte und Freiheiten sowie weitere Schenkungen, gewährt ihm eine Verjährungsfrist von 60 Jahren und befreit es vom Kalumnieneid.*

*(wohl Ravenna, 1210 Februar/März)*

*Wohl Empfängerentwurf in der Biblioteca Classense zu Ravenna, Archivio storico del comune, Pergamene Nr. 22 (B).*

*Mittarelli – Costadoni, Annales Camaldulenses 4, Appendix Sp. 399 Nr. 240 unvollständig aus B zu 1220 und Friedrich II. = Huillard-Bréholles 2, S. 45. – Winkelmann, Acta 1, 34 Nr. 38 aus B.*

*BFW 355.*

*Der Text wiederholt über weite Passagen eine Urkunde Friedrichs I. für das Kloster S. Severo in Classe vom 10. Februar 1164 (DF. I. 428, Ausfertigung A, nämlich im Gegensatz zu A′ ohne die kaiserliche Vorbehaltsformel). Da sich das Dokument letztlich weder mit Sicherheit als unausgefertigtes Original oder als Empfängerentwurf noch als Urkunde Ottos IV. oder Friedrichs II. klassifizieren lässt, kann es in die vorliegende Edition nur als zweifelhaft aufgenommen werden.*

Quanvis[a] omnibus, qui imperatorie libertatis filii fore dignoscuntur, tutele imperialis patrocinium de iure impendere debeamus, illi tamen quadam specialis dilectionis prerogativa a nobis sunt amplectendi et brachiis consolationis fovendi, quorum fides et sincera devotio circa nos et imperium evidentibus experimentis laudabiliter claruerunt. Nam si ea, que ab antecessoribus nostris regibus et imperatoribus [re]ligiosis personis concessa sunt, nos pro eorum et nostra * salute confirmamus, procul dubio in eterna nobis vita maiorem gloriam provenire minime dubitamus. Quapropter cognoscant universi imperii nostri fideles per Italiam constituti presentes et futuri, quod nos ex consueta benivolentie nostre gratia et pro sedula petitione dilecti et fidelis nostri Almerici venerabilis abbatis ecclesie sancti Seueri de Classe ipsam ecclesiam sancti Seueri et predictum abbatem et omnes sui monasterii fratres et universas res et possessiones, qu[a]s idem monasterium intus et extra in presenti iuste possidet vel in posterum domino largiente rationabiliter adipisci poterit, sub nostram imperialem protectionem atque tutelam suscipimus. Concedimus quoque et confirmamus iam dicto monasteri[o] eiusque rectoribus, que per precepta et privilegia antecessores nostri concesserunt, videlicet ut in insula nostra Donicata utantur piscationibus et pascuis et dimidia[m po]rtam sancti Laurentii cum ripis fluminum et omnia mobilia et inmobiles possessiones et iur[a, que idem[b]] monasterium sancti Seueri habet modo vel de cetero iuste poterit adipisci in civitate Rauenna vel in suburbiis et in episcopatu vel in comitatu Anconensi et quicquid habet in comitatu Esi vel in Senogalie vel in Pesauriensi vel Ariminensi vel [Fi]coclensi vel Cesenensi vel Populiensi vel Liuiensi vel Fauentino vel Ymolensi vel Bononiensi vel Ferrariensi vel Comaclensi vel Gobiensi aut in comitatu Callensi vel in Castellanensi Felicitatis vel Bobiensi vel in quocumque loco [nostri imperii][c] iuste optinet vel optinebit. Volumus etiam et precipimus predictum monasterium ab omni datione, functione, albergaria, pedigaria et ripatico liberum esse et absolutum. Insuper vero eidem sancto loco

[a] *so B*
[b] *folgt* prefatum *VU, fehlt wohl B*
[c] *stark abgerieben B*

concedimus, ut ab hinc aldionis sive aldi[ones] sive quilibet residentes ad nullum placitum vadant nullamque districtionem nisi in dominium et districtionem abbatis eiusdem monasterii, sed liceat abbatem et monachos pro dei amore animeque nostre remedio sub nostre protectionis tuitione quiete vivere et deo fa[m]ulari et pro nobis deum deprecari omnium hominum contradictione remota. Concedimus etiam et confirmamus eidem monasterio id totum et omnia ea, que Caualcacomes in suo testamento reliquit, liberavit et iudicavit. Damus insuper, concedimus et confirmamus omne id et ea omnia, que Gerardus Rauennatis archiepiscopus in suo privilegio eidem monasterio indulto concessit, precepit et confirmavit cum omnibus lateribus suis in eodem privilegio comprehensis. Preterea censemus, quod dicto monasterio pres[cri]ptio aliqua non currat nisi prescriptio sexaginta annorum et quod abbas eiusdem monasterii non cogatur iurare de calumpnia in aliquibus causis sed sindicus non [ob]stante aliquo statuto. Sanctimus quoque ex nostra imperiali auctoritate, ut quicunque d[e po]ssessionibus predicte ecclesie sancti Seueri aliquid habet vel per feudum vel per emphiteosin vel aliquo alio modo non liceat ei dare vel derelinquere vel alienare in alium venerabilem locum et, quod factum est, in irritum revocamus. Volumus preter[ea], ut ab illa gravi et inportabili collecta, quam marchiones, comites, proceres, valvesores[d] eis suisque hominibus imponunt, eos liberos esse statuentes et firmiter precipientes, ut de cetero nullus archiepiscopus nec episcopus neque dux nec mar[ch]io, nullus comes vel vicecomes, nulla civitas vel potestas nullaque persona magna sive parva sepedictum monasterium sancti Seueri eiusque rectores in bonis vel possessionibus suis molestare vel inquietare seu disvestire presumat. H[ec] autem nostra concessio valeat in preteritis, presentibus et futuris questionibus sive causis non obstante ullo contractu aut privilegio facto aut indulto seu indulgendo alicui communitati vel singulari persone. Si quis vero ausu temerario hui[u]s nostre auctoritatis edictum violare presumpserit, centum libras auri se pro pena compositurum cognoverit, medietatem fisco nostro et medietatem prefato monasterio. Ut autem hoc verius credatur et ab omnibus inviolabiliter observetur, presentem paginam scribi et nostri sigilli impressione iniunximus premuniri[e].

[d] *so wohl B,* value *etwas abgerieben*
[e] *in Kapitälchen B.*

# BFW 408.

*Otto beauftragt die Richter Nicolaus und Tebaldus aus Faenza im Streit zwischen Erzbischof Hubald von R a v e n n a und den genannten Bürgern sowie der Kommune von Rimini um Besitzungen, Einkünfte, Gerichtsrechte und Abgaben eine Entscheidung zu treffen.*

*(1209 Oktober 4 – 1210 Juni 13)*

*Insert in Notariatsinstrument von 1210 VI 13 im Archivio storico diocesano zu Ravenna, Archivio arcivescovile, Pergamene Nr. 928 (B).*

*Tarlazzi, Appendice 1, S. 92 Nr. 51 (unvollständig). – Winkelmann, Acta 1, S. 53 Nr. 58 aus B.*

*Magistri Tolosani Chronicon Faventinum, in: Muratori, Rer. Ital. Script. 28/1, S. 124 Anmerkung 4. – BFW 408.*

*B ist durch Feuchtigkeitsflecken stark beschädigt. In den meisten Fällen lässt sich der Text aufgrund einzelner noch sichtbarer Buchstaben und Buchstabenreste rekonstruieren. Wo das nicht mehr möglich ist, sind die Fehlstellen bzw. deren wahrscheinliche oder mögliche Ergänzungen durch eckige Klammern gekennzeichnet.*

O(tto) dei gratia Romanorum imperator et semper augustus fidelibus suis Ni(colao) et Theb(aldo) iudicibus Fau(e)nt(inis) gratiam suam et bonam voluntatem. Relatione dilecti principis nostri Hv(baldi) Rau(ennatis) archiepiscopi nobis innotuit, quod cum nos ei dederimus iudices in causa, quam ipse movet adversus quosdam cives Arimini, scilicet filios Duce de Gambacerris, Atto, I[…][Red…], Ia[…] de Rubeis et alios [non] propriis nominibus exprimendos, qui possessiones, redditus [et bona] ecclesie Rau(ennatis) contra iustitiam detinent occupata et etiam adversus ipsam [civitatem] Arim(ini), que homines ecclesie pred[icte] sue subicit iurisditioni, imponens eis angarias et collectas [et etiam] recipiens ipsas. In cives adversarii eiusdem archiepiscopi nostra cognitione obtenta de nostra curia litteras asportaverunt continentes, quod Leo iudex [civis Ce]senas vobis adiunctus […]anitum[a] locum haberet in causa ipse solus, quantum et [… diebus] procedens vobiscum in cause cognitione, servato more et consuetu[dine] civitatis Arim(ini) et quod nos cassavimus, quicquid ipso absente factum erat a vobis. P[… … cau]sam ab episcopo Mantuano vicario nostro, unde nos talem comissionem [et sententiam] vobis firmiter precipiendo mandamus, quatinus vobis associato predicto iudice civ[e] Cesene in causa secundum priorem formam vobis datam legittime procedere non d[ifferatis, man]dantes executioni, quod duxeritis decernendum. Quod si ipse nollet vel non posset cognitioni cause [inter]esse, vos nichilominus[b] in causa mediante iustitia procedatis.

---

[a] *vielleicht statt* tantum
[b] nicholominus *B*.

## BFW 359.

*Otto nimmt die Kirche S. Giacomo auf der Insel V o l a n o mit allen Personen, allem Zubehör und den genannten Besitzungen in seinen Schutz, befreit deren Prälaten von allen unrechtmäßigen Abgaben und von der Leistung des Kalumnieneides und gewährt den Brüdern eine Verjährungsfrist von 80 Jahren sowie den freien Transport der Erträgnisse ihrer Güter.*

*Auf der Insel Volano, 1210 März 9*

*Original, 490 (–500) + 39 x 335 mm, im Archivio di Stato zu Mailand, Diplomi e dispacci sovrani, Germania, cart. 2 (A).*

*Böhmer, Acta S. 221 Nr. 243 aus unvollständiger Abschrift. – Winkelmann, Acta 1, S. 36 Nr. 39 aus A.*

*Pennotto, Historia tripartita S. 625 (Erwähnung). – Bonaveri, Comacchio S. 100 Anmerkung 11 (Erwähnung). – Valentinelli, Reg. documentorum Germaniae Nr. 184 zu 1209 Februar 26. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 148. – Wiesflecker, Reg. der Grafen von Görz 1, Nr. 352. – BFW 359.*

*Das Original weist einzelne größerflächige dunkle und mehrere infolge Faltung abgeriebene Stellen auf sowie im Bereich der letzten Zeile der Zeugenreihe und der Signumzeile ein größeres Loch. Die Ergänzung der Namen erfolgte nach einer dem Original beiliegenden notariell beglaubigten Abschrift von 1283 XI 15.*

(C.) # In[a] nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus[a]. # Imperialis eminencię clementia cum omnium subiectorum suorum saluti et commodo teneatur providere, specialius tamen viris relligionis paci et tranquillitati consuevit intendere, ne homines sanctę relligioni deditos ob secularium tumultuum inquietatem contingat in sancto proposito aliquatenus vacillare. Inde est, quod nos advertentes relligionem pariterque honestam conversationem personarum in ęcclesia beati Iacobi apostoli in insula Volanę sub domino militantium ipsam ęcclesiam cum hominibus universisque eius pertinenciis sub specialem imperialis maiestatis recepimus protectionem tam possessiones, quas modo eadem habet ęcclesia, quam etiam illas, quas in posterum iusto acquisitionis titulo poterit adipisci, imperialis defensionis patrocinio volentes esse munitas et ab omni angaria et perangaria cunctisque indebitis exactionibus penitus inmunes et absolutas. Bona vero, que inpresentiarum possidet, propriis duximus vocabulis exprimenda: possessiones, quas habet in Monagoro, quę fuerunt dominę Guilię uxoris Scutacolli, ęcclesiam sancti Iuliani de Fauentia cum omnibus pertinenciis suis, ęcclesiam sancti Anastasii de Moredano et ęcclesiam sancti Iacobi de Tillo cum omnibus pertinenciis earum, quicquid habet in curte Bagnacaualli et quicquid habet in curte Cunii. De imperiali quoque benignitate[b] omnes prelatos ipsius ęcclesię, qui vel nunc sunt vel pro tempore[c] futuri erunt, ex certa scientia absolvimus et liberos in perpetuum esse decernimus ab omni illicita exactione et ab omni impetitione iuramenti calumpnię et volumus, ut solummodo per syndicum ipsius ęcclesię disponantur negocia, ne fratres relligioni deditos a suę relligionis officio contingat revocari ęcclesię ipsisque indulgentes, ut nulla eis nisi octoginta annorum prescriptio possit opponi. Volumus etiam atque iubemus, ut ipsi omnes proventus possessionum suarum sive quascumque res suas sine omni contradictionis seu

[a–a] *die verbale Invocatio und die Intitulatio am oberen Rand von einer Hand aus der zweiten Hälfte des 15. Jh. wiederholt*
[b] *erstes* n *durch Loch in der Faltung fast zur Gänze zerstört*
[c] *unter und über* te *drei Löcher in der Faltung*

impedimenti obstaculo á quibuscumque civitatibus sive quibuslibet locis, ubi eas habuerint, libere eas ad usum suum possint deducere non obstante aliquo iniquo statuto et nemini tam de civitatibus quam de comitatibus sub pena inferius notata licitum sit in hiis aliquatenus ipsis obviare seu pro aliquo sigillo sive instrumento publico ab ipsis recipiendo eos constringere. Immo volumus, ut omnes proventus et res suas cum omnimoda percipiant et habeant libertate et tranquillitate. Quicumque igitur ausu temerario hanc nostre protectionis et concessionis divalem paginam[d] infringere presumpserit seu quacumque ei occasione obviare, in vindictam suę transgressionis centum marcas auri examinati componat, quarum medietas camerę nostrę, reliqua pars passis iniuriam persolvatur. Testes huius rei sunt: Wolfgerus patriarcha Aquilegiensis[e], Vbaldus archiepiscopus Rauennas, comes Hartmannus de Wirtinberc, comes Meinhardus de Gorcia, Willelmus prepositus Aquensis, Iohannes prepositus Bardewicensis, Ecelinus de Romano, Salinwerra de Ferraria, Ro%vdolfus de Kisilowe, Petrus Trauers[arius, Co]nradus[f] de Schipfe et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti[g] Romanorum imperatoris invictissimi[h]. # (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis[i] aulę cancellarius vice domini Tiderici Coloniensis archiepiscopi et tocius Ytalię[j] archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo C°C°VIIII, indictione XIII, regnante[k] domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni duodecimo, imperii vero primo.

Datum in insula Volane VII idus marcii.

(SP.D.)[l]

---

[d] *erstes* a *wohl auf Rasur*
[e] Aquilegn *mit Kürzungsstrich über* gn
[f] arius Co *durch Loch in der Faltung zerstört*
[g] *über* u *Loch in der Faltung*
[h] ssimi *durch Abreibung und die oberen Buchstabenteile durch ein darüberliegendes Loch in der Faltung beschädigt*
[i] *Oberschaft des* l *durch kleines Loch in der Faltung etwas beschädigt*
[j] al *wohl auf Rasur*
[k] a *infolge Faltung stark abgerieben*
[l] *geflochtene Schnur aus gelben Seidenfäden erhalten, geflochtene Schnur aus roten Seidenfäden in der Plica beiliegend.*

## BFW 360.

*Otto teilt den Podestà, Konsuln und der Bevölkerung der Städte Ravenna, Rimini, Cervia, Cesena, Forlì, Faenza, Imola und Ferrara sowie allen seinen Getreuen mit, dass er die Kirche S. Giacomo* in cella *Volano* *in seinen Schutz genommen habe, und befiehlt ihnen, die in ihren Bezirken und Grafschaften gelegenen Güter der Kirche nicht zu stören.*

*Pomposa, (1210) März 14*

*Notarielle Abschrift von 1283 XI 15 im Archivio di Stato zu Mailand, Sezione storica, Diplomi e dispacci sovrani, cart. 2 (B).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 37 Nr. 40 aus B.*

*BFW 360.*

*Das Mandat gehört inhaltlich zu dem fünf Tage zuvor in Volano selbst ausgestellten feierlichen Privileg Ottos für die Kirche (BFW 359), das in geringfügigem Ausmaß auch als Vorurkunde diente.*

O(tto) dei gracia Romanorum imperator semper augustus fidelibus suis potestatibus sive consulibus totique populo, qui nunc sunt vel in futurum fuerint pro tempore subscriptarum civitatum, videlicet Rauen(ne), Ariminensis, Ceruie, Cesenati, Liuiensis, Fauent(ie), Imolensis, Ferrariensis, aliisque fidelibus suis quibuscumque, quibus quandoque hec litere fuerint exhibite, graciam suam et bonam voluntatem. Signifficamus vobis universis ac singulis, quod nos divine remuneracionis intuitu et ob reverenciam beati Iacobi ecclesiam illam, que dicitur Cella Vollane, cum omnibus personis deo ibi servientibus et ipsi ecclesie atinentibus[a] et cum universis possessionibus eius cunctisque bonis suis mobilibus et inmobilibus sub specialem * maiestatis nostre suscepimus protectionem et ipsam ecclesiam imperiali nostro privilegio munivimus et honoravimus. Volentes igitur nostrum privilegium iamdicte ecclesie liberaliter a nobis indultum firmum ei sub pena inscripta servari et ipsam ecclesiam nostra semper deffensione gaudere mandamus vobis et rogamus adtencius[b] et firmissime sub debito fidelitatis et iuramenti precipimus, ut vos bona prefate ecclesie, que ipsa iam habet in districtu vel comitatu quarumcumque[c] istarum civitatum, que prenominate sunt, vel etiam in districtu cuiuscumque alterius fidelis nostri vel que ipsa inantea iusto acquisicionis[d] titulo poterit[e] adipisci, habeatis comendata et in hiis bonis, que sub vobis habet sepedicta ecclesia, non offendatis nec ab aliquo permittatis offendi et nec impediatis nec ab aliquo permittatis impediri, quominus ipsa ecclesia bona sua paciffice possideat et libere * deducat et de hiis disponat, quod ipsius ecclesie congruat utilitati. Mandamus etiam et sub pena fidelitatis districte vobis precipimus, ut vos ad certum terminum syndico ipsius ecclesie plenam iusticiam faciatis de hiis omnibus, que ipse nomine sue ecclesie et pro necessitatibus ipsius coram vobis habuerit proponendum.

Data apud Pomposiam[f] II idus marcii, indictione XIII[g].

---

[a] *so B*
[b] *so B*
[c] q *mit überschriebenem* a *und* rum-*Kürzung wohl aus* cui *mit* us-*Kürzung verb.*
[d] acq*(*ui*)*sionis *B*
[e] poteierit *oder* potuerit *B*
[f] Ponposiam *B*
[g] *kaiserliches Hängesiegel laut notarieller Beglaubigung B.*

## BFW 362.

*Otto verhängt über alle Ketzer, die sich zu Ferrara aufhalten, Patarener, Katharer und andere, den kaiserlichen Bann, wenn sie sich nicht dem Mandat des Bischofs von Ferrara folgend zur Einheit der Kirche bekehren, wie auch über jene, die sie aufgenommen und unterstützt haben, verfügt die Vergemeinschaftung ihrer Güter und die Zerstörung ihrer Häuser und befiehlt dem Podestà und den Konsuln von Ferrara, die genannten Bestimmungen zu beachten und für deren Durchsetzung zu sorgen.*

*Ferrara, 1210 März 25*

*Abschrift aus der 1. Hälfte des 13. Jh. im Archivio di Stato zu Modena, Documenti riguardanti la Casa e lo Stato Estensi, Serie generale, membranacei cass. II Nr. 7 (B). – Abschrift des 16. Jh. in der Historia Ferrariae des Pellegrino Prisciani, ebenda, Biblioteca ms. 131, fol. 30v (D).*

*Muratori, Antiquitates Italicae 5, Sp. 89 = ed. II. 12, Sp. 447 = La Farina, Studi 4, S. 649 Nr. 2, = Cappelletti, Chiese d'Italia 4, S. 76, = Hahn, Geschichte der Ketzer 1, S. 504, = Corpus documentorum inquisitionis 1, S. 520 Nr. 64ter (Auszug). – MGH Const. 2, S. 43 Nr. 35 aus B.*

*Muratori, Antichità Estensi 1, S. 391 (mit Textauszug) = ed. II. 1, S. 446. – Köhler, Ketzerpolitik S. 73 Nr. 3. – BFW 362.*

Otto quartus[a] dei gratia[b] Romanorum imperator et semper augustus. Notum esse volumus universis fidelibus imperii[c] presentibus et futuris, quod nos volentes intendere conservationi[d] et augmento Christiane religionis ad honorem dei et sancte universalis ecclesie statuimus et perpetuo[e] edicto sancimus omnes hereticos Ferrarie commorantes, Patarenos[f] sive Cazaros[g] vel quocumque alio nomine censentur[h], imperiali banno subiacere[i], nisi ad unitatem ecclesie secundum mandatum Ferrariensis episcopi convertantur, et eos, qui iam dictos hereticos in suis domibus receperint vel eos publice[j] vel privatim manutenuerint vel eis consilium[k] dederint vel iuvamen. Item statuimus et perpetuo sancimus, quod omina eorum mobilia et immobilia publicentur et domos, que nunc destructe sunt, et eorum domus, in quibus steterint[l] vel in antea recepti fuerint[m] vel se congregaverint, destruantur, et ulterius non liceat alicui eas reedificare[n]. Hoc enim specialiter[o] precipimus sub debito fidelitatis et sub obtentu gratie[p] nostre potestati sive consulibus, qui pro tempore fuerint Ferrarie, quod omnia supradicta observent et faciant in civitate

---

[a] *folgt gestrichen* inperator *B*
[b] *fehlt D*
[c] imperi *B*
[d] conservacioni *B*
[e] ppuo *mit Kürzungsstrichen durch* p *für* per *an beiden* p *B*
[f] Patharenos *D*
[g] Gazaros *D*
[h] censeantur *D*
[i] subiacer *gefolgt von Kürzungszeichen für* et *B, danach* et *gestrichen D*
[j] plubice *B*
[k] conscilium *B*
[l] *folgt gestrichen* vel se congregaverint de *B*
[m] *folgen zwei Löcher im Pergament B*
[n] reedifficare *B*
[o] spetialiter *D*
[p] gr(aci)a *B*

memorata[q] inviolabiliter observari. Ad cuius rei evidentiam[r] presentem paginam scribi et sigillo nostro iussimus insigniri[s].

Dat. Ferrarie M°CC°X° [t], indictione XIII, octavo kal. aprilis, imperante gloriosissimo imperatore Ottone, anno regni[u] eius XII[v], imperii vero primo.

---

[q] memorato *B*
[r] evidenciam *(zwischen* i *und* d *ein Loch im Pergament) B*
[s] insingniri *B*
[t] MCCX *B*
[u] rengni *B*
[v] XIII *D*.

## *BFW 364.

*Otto urkundet für das Zisterzienserkloster Staffarda.*

*Ferrara, 1210 (Ende März)*

*In der Cronica di Monferrato des Galeotto del Carretto, in: Monumenta historiae patriae. Scriptorum tom. 3, Sp. 1149, heißt es:* Nell´anno mille ducento et deci, regnando Otto quarto imperatore de Romani, nel duodecimo anno dil suo regno, et anno primo dil suo imperio, fu fatto appresso Ferrara uno privilegio di l´abbatia di Staffarda, et fra gl'altri fuo testimonio questo marchese Gulielmo … . *Muletti, Memorie di Saluzzo 2, S. 156. – Gabotto – Roberti – Chiattone, Cartario Nr. 116 (zu 1210 III 25). – Tallone, Reg. di Saluzzo Nr. 161 (zu 1210 III 25). – BFW 364.*

## BZ 43.

*Otto nimmt das Hospital der K r e u z t r ä g e r bei Bologna und alle Hospitäler dieses Ordens im Reich mit ihren Besitzungen in seinen Schutz und genehmigt den Wiederaufbau des Hospitals zu Cesena.*

*Imola, 1210 März 29*

*Abschrift des 17. Jh. in der Biblioteca comunale zu Treviso, Ms. 474, fol. 189r–189v (D).*

*Scheffer-Boichorst in: NA 27, S. 116 Auszug aus D mit Verweis auf die Übereinstimmung mit DF. I. 641.*

*Leoni, L´origine et fondatione dell´ordine de´ Crociferi fol. 31v (Erwähnung). – Masini, Bologna perlustrata ed. II. 1, S. 290 (Erwähnung). – Walter, Reichskanzlei S. 197 Nr. 8. – BZ 43.*

*Der Text wiederholt wortwörtlich jenen der Urkunde Friedrich Barbarossas vom 27. Juli 1175 (DF. I. 641).*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Imperatorię maiestatis a deo nobis iniunctum requirit et exigit officium, ut unicuique fidelium imperii, quod suum est, ęquitatis iure conservemur[a], maxime[1] * fidei domesticis[1] et spiritualem vitam in religione professis, quatenus a deo inde[b] meritum * ab hominibus iustitię laudem consequamur. Eapropter notum facimus omnibus imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod[c] nos intuitu retributionis ęternę hospitale Cruciferorum, quod iuxta Bononiam in strata maiore[d] situm est, et omnia huiusmodi professionis hospitalia in imperio Romano constituta et in domino constituenda et cuncta eorum bona mobilia et imobilia atque possessiones futuras et pręsentes in nostrę protectionis defensionem et custodiam suscipimus et confirmamus. Addimus etiam huic gratię, ut hospitale, quod fuit apud Cesenam, eiusdem professionis cum omnibus attinentiis suis reędificetur et reficiatur statuentes et imperiali auctoritate firmiter pręcipientes, ut nulla prorsus sacri imperii persona contra hoc nostrę maiestatis edictum ea in locis sive rebus aut personis attentare nec aliquibus iniuriarum dampnis[e] seu calumpniis[f] audeat infestare. Quod qui fecerit, maiestatis reus centum librarum auri puri pro pęna componat[g], dimidium camerę nostrę et reliqua iniuriam patientibus personis.

Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis MCCX, indictione XIII. Huius rei testes sunt: Vuolflerus[h] patriarcha Aquileiensis, Vbaldus archiepiscopus Rauennas, Henricus Mantuanus episcopus imperialis[i] aulę vicarius, Gullielmus Cumanus episcopus, Maynardus Imolensis episcopus, Gullielmus marchio Montis Ferrati, Gualfredus Brunicella[j] Papiensis imperialis curię iudex et alii quam plures. Dat. apud Imolam quarto idus[k] aprilis.

---

[a] conserventur *D*
[b] in *D*
[c] qui *D*
[d] maiori *D*
[e] dapnis *D*
[f] calupniis *D*
[g] componatur *D*
[h] *so D*
[i] imperiali *D*
[j] *so D statt* Torricella
[k] *so D wohl statt* kal.

[1–1] *Gal. 6,10.*

## BFW 366.

*Otto nimmt das Kloster M o n t m a j o u r in seinen Schutz und bestätigt neben weiteren Besitzungen alles, was ihm von König Konrad (III.) von Burgund gewährt wurde.*

*Imola, 1210 März 29*

*Original, beschädigt, in den Archives départementales des Bouches-du Rhône zu Marseille, 2 H 5 priv. 23 (A). – Abschrift des 17. Jh. in der Bibliothèque nationale de France zu Paris, Ms. lat. 13915 (Chantelou, Historia monasterii Sancti Petri Montis-maioris), fol. 186r–186v (E).*

*Marin de Carranrais, L'abbaye de Montmajour S. 155 Nr. 8 aus A. – Winkelmann, Acta 1, S. 37 Nr. 41 aus A mit Ergänzungen aus Abschrift der Historia des Chantelou in der Bibliothèque Méjanes zu Aix-en-Provence. – Chantelou, Histoire de Montmajour, ed. du Roure, S. 293.*

*Sternfeld, Verhältniss des Arelats S. 28 Erwähnung. – Roman, Tableau historique 2, S. 55 = Chevalier, Reg. dauphinois 2, Nr. 6109. – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 287. – BFW 366.*

*Das Original ist teilweise schwer beschädigt. Heute gänzlich zerstörte Stellen wurden ohne Anmerkungen in eckige Klammern gesetzt. Die Ergänzungen erfolgten nach E. Als Vorurkunde diente ein Diplom König Konrads III. von Burgund vom 8. Dezember des Jahres 966 (oder 964), DRudolf. 40.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto q[u]artus divina favente clementia Romanorum [im]perator et semper augustus # Guillelmo abbati Montis Maioris et monacis ibidem deo servient[i]bus imperpetuum gratiam suam et bonam voluntatem. Vobis et universis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris notum facimus, quod nos de innata benignitate nostra et pro redemption[e] anime nostre et antecessorum nostrorum monasterium vestrum sancti Petri d[e M]onte Maiore cum omnibus personis, rebus et pertinentiis suis in nostre maiestatis specialem recipimus protectionem et d[ef]fensionem predicto monasterio per hos nostros apices confirmantes omnia, que piissimus rex Conradus eidem suo privilegio confirmavit, videlicet hoc, quod dominus Leo apostolicus atque felicis memorie Ot[to] imperator augustus ac soror Cunradi regis Adelasia imperatrix dicto monasterio concesserunt et insuper hoc, quod Boso Arelatensis comes reddidit ipsi regi Cunrado de terra Sancti Remigii de Frantia * et in comutatu[a] Uapinco cellam, quam vocant Admotam[b] sancti Martini, et in alio loco cellam * Antonaues et in comitatu Aquensi cellam * Roccafrodesa et ad castellum, quod dicitur Ystrum, ecclesias * sancti Petri et * sancti Martini [c]um terris, campis, vineis, salinariis et * terras, quas nominant Sancte Marie[c] Antipolensis, cum servis et ancillis et villam, que dicitur Cataroscо[d], cum salinariis et in Martigo unum vas, quod vocant Uenrosa[e], et vallem, quam nominant Sancti Petri, cum tribus ecclesiis * [in loco, qui] dicitur Namarra, et paludes, quas vobis[f] dederunt Lamber[tus et uxor eius] Galburgis cunsensu[g] ac petitione Guillelmi comitis et fratris eius Robaldi, sicut a vobis iuste possidentur in ci[rcuitu ipsius Mon]tis Maioris et protenduntur a columnellis iacentibus[h] in confinio urbis Arelatensis, ubi sunt termini sancti Petri et sancti Ces[a]rii, et diriguntur ad columnam marmoream rectam et exinde claudun[tur] via Balciense, in qua iacent alie

---

[a] *so A*
[b] *so A statt* Alamunto *VU, über* ad *kleines Loch im Pergament*
[c] ie *durch Feuchtigkeitsflecken stark beschädigt*
[d] co *am Pergamentrand stark abgerieben*
[e] rosa *durch Feuchtigkeitsflecken und Faltung stark verblasst*
[f] *folgt Rasur eines Wortes*
[g] *so A*
[h] *gesamtes Wort am Ende der Zeile infolge Faltung stark abgerieben*

colunnelle, et iterum protenduntur usque ad Sanctum Iohannem Delgres et ibi terminantur colunellis fixis a territorio Balciense usque ad Casteletum, item ipsum Castelletum cum suo territorio et suis pertinentiis, item castrum Beduini cum omni integritate sua et pertinentiis suis. Confirmamus[i] eti[a]m vobis et dicto monasterio acquisitiones, sicut iuste a vobis possiden[tur] et acquisite fuerunt a tempore memorati piissimi regis Cunradi, videlicet castrum de Miramas cum integritate et pertinen[t]iis suis, item castrum de Corneliono, item castrum Sancti Genesii de P[o]nte cum omnibus pertinentiis suis, item villam de Palizanna cum [omni iure] suo, item castrum Pertusii cum omni integrit[ate] sua et pertinentiis suis, item castrum de Stoblono cum omni integritate et [p]ert[ine]ntiis suis, item castrum de Paracollo et vill[am] de Core[nse] cum territoriis et pertinentiis suis, item q[uartam] partem castri de Oleres, item medietatem ville Sancti Remegii, item quartam [par]tem castri de Cabannis, item castelletum, quod est subtus Aribel, item castrum de Monte Iouis, item quicquid[j] habetis et iuste possidetis in civitate Arelatensi et eius ter[rit]orio, item hon[o]res sancti Petri aput Tarascum et aput Buchet et aput Bellicadrum et aput Laboradam et aput Alegodes et aput Moleges et aput Auelonigas, item honorem de [Go]bia, item villam Cariloci, item villam Dolunne, i[tem v]illam Sancti Saluatoris de Ualbanes, item villam Sancti Iohannis de S[al]a, item territorium Sancti Petri de Uals, item in comitatu Uie[nnensi] ec[cle]siam Sancti Antonii cum omnibus hiis, que [h]abet in villa Sancti Antonii et villa Sancti Stephani et villa Sancti Marcellini, cum omnibus aliis pertinentiis suis, item villam de Lauxona cum integritate et pertinentiis suis, item castrum de Rouum cum omni iure suo, item villam Sancti Iohannis de Ronts, item villam Sancti Iusti, item villam de Nacum, item villam Sancti Petri de Malaualle, item villa[m] de G[il]g[an]s, [item villam Sancti] Euod[ii]. Hec omnia, sicut ea iuste possidet[is], cum [o]mnibus adiacentiis et perti[ne]ntiis suis et [omnia] alia, que iuste acquisistis aut in posterum [iu]stis modis acquis[ieritis, v]obis et d[icto monasteri]o libe[re], quiete ac pacifice tenenda [confir]mamus et sub protectione et nostra deffensione recipimus, [statue]ntes, quod de cetero non liceat alicui archiepiscopo vel episcopo, duci, [ma]rchi[oni, comiti, vi]cecomiti, potestati seu consulibus vel alicui [communi] seu etiam alicui persone humili vel alte, seculari vel ec[clesiastice], hanc nostre concessionis et confirmationis seu protectionis p[aginam] infringere seu in ali[quo] violare. Quod quicumque facere presumpserit, quinquaginta libras puri auri pro pena comp[onat, med]ietatem camere nostre et reliquam medietatem iniuriam passis. [Ad cuius rei] perpe[tuam] not[itiam] presentem paginam inde conscribi iussimus et imperialis maiest[atis nostre] sigillo communiri. Datum [apud] Ymolam anno dominice incarn[atio]nis $M^oC^oC^oX^o$, indictione XIII, [quarto kal. aprilis, salvo tamen in omnibus iur]e imperii et re[gni Arelatensis]. Huius rei [testes sunt]: Wolfh[erus patriarcha Aqui]legensis, [Hen]ricus Mantuanus episcopus imperialis aule vicarius, Guillelmus Cumanus [episcopus, Iacobus Taurinensis episcopus, Maynardus] Ymolensis episcopus et alii quam pures.

# Signum domini Ottonis q[uar]ti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

(SP.D.)[k]

---

[i] *davor mit dunklerer Tinte eine hakenförmige Markierung*
[j] c *von derselben Hand über zweitem* q *nachgetragen*
[k] *der linke Teil der Plica – mit den Einschnitten für die Siegelbefestigung – entlang der Umbugkante über etwa zwei Drittel der Breite abgerissen; kaiserliches Wachssiegel laut E.*

## BFW 367.

*Otto befiehlt dem Bischof, den Konsuln und der Gemeinde von Avignon, Wilhelm von Sabran zur Rückgabe der Burg und des dem in weltlichen Angelegenheiten unmittelbar ihm unterstehenden Kloster M o n t m a j o u r gehörenden Hauses zu Pertuis zu veranlassen, welche sich dieser angeeignet hatte.*

*(nach 1209 Oktober 4, wohl 1210 nach Ende März)*

*Abschrift des 17. Jh. in der Bibliothèque nationale de France zu Paris, Ms. lat. 13915 (Chantelou, Historia monasterii Sancti Petri Montis-maioris), fol. 191v (E).*

*(Papon), Histoire générale de Provence 2, preuves S. 37 Nr. 35 (p). – Winkelmann, Acta 1, S. 39 Nr. 42 aus Abschrift der Historia des Chantelou in der Bibliothèque Méjanes zu Aix-en-Provence.*

*Sternfeld, Verhältniss des Arelats S. 28 (Erwähnung). – BFW 367.*

*Aus einer Randnotiz zum Druck von Papon geht hervor, dass dieser für seinen Text das Archiv von Montmajour benützte. Da sich seine Quelle nicht mehr mit Sicherheit identifizieren lässt, wurden die Varianten unter der Sigle p in den Anmerkungen berücksichtigt.*

Otto[a] dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilectis fidelibus suis[b] episcopo, consulibus et toti universitati Auinionensi[c] gratiam suam[d] et bonam voluntaten. Non satis mirari possumus, quod Guillelmus de Sabrano non solum presumpserit comitatum invadere Forcalcheriensem nostro non expectato assensu, sed etiam monasterio Montismaioris, quod nullo mediante ad nos in temporalibus pertinet, nuper abstulit castrum et ipsam domum monachorum de Pertus, quam pacifice diu possederant, et per ipsum, ut dictum est, spoliati dum ad nostram presentiam abbas eiusdem monasterii properaret. Unde mandamus vobis atque precipimus, quatenus ipsum Guillelmum[e] de Sabrano, quibus modis poteritis, compellatis omnia ablata dicto monasterio restituere, ne cogamur duriorem[f] in eum propter suas temeritates dictare sententiam.

---

[a] Otho *p*
[b] *danach drei Auslassungspunkte für den Namen des Bischofs oder dessen Anfangsbuchstaben E*
[c] Avenionensi *p*
[d] *folgt* etc. *anstelle von* et bonam voluntatem *p*
[e] Guilelmum *E*
[f] *fehlt p.*

## BFW 369.

*Otto bestätigt Bischof Opizo von P a r m a und dessen Nachfolgern nach dem Vorbild Kaiser Heinrichs VI. alle von früheren Herrschern gewährten Privilegien und Rechte, besonders die Gerichtsbarkeit in der Stadt und Grafschaft Parma sowie in den genannten Burgen und Orten, und nimmt das Bistum in seinen Schutz.*

*Imola, 1210 März 30*

*Gleichzeitige undatierte notarielle Abschrift im Archivio Segreto Vaticano zu Rom, A.A. Arm. I–XVIII, Nr. 6412 (B). – Notarielle Abschrift von 1287 II 7 im Archivio Capitolino zu Rom, Archivio Orsini, II. A. 01, 011 (C). – Notarielle Abschrift von 1357 I 31 und 1357 II 6 im Archivio Segreto Vaticano zu Rom, A.A. Arm. I–XVIII, Nr. 6413 (D).*

*Ughelli, Italia sacra 2, Sp. 222 aus unbekannter Überlieferung im Vatikanischen Archiv (Auszug mit irrigem Verweis auf Gleichheit mit DF. I. 930) = Bordoni, Thesaurus S. 155 Nr. 22 (unvollst.), = Ughelli, Italia sacra ed. II. 2, Sp. 175. – Affò, Storia di Parma 3, S. 321 Nr. 26 aus Abschrift = Calcagno, Conti di Lavagna S. 46 Anmerkung 33.*

*Angeli, Historia di Parma S. 107 (zu 1210 III 4). – Compagnoni, La reggia Picena S. 87 (Erwähnung). – Maffei, Annali di Mantova S. 554 (mit Anführung einiger Zeugen). – (De Colla), Apologia per la scrittura 3, S. 85 und S. 91 (Erwähnungen). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 830 Nr. 8. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 148. – BFW 369.*

*Als Vorurkunde diente die Urkunde Heinrichs VI. vom 29. Mai 1195 (Böhmer – Baaken 446; VU).*

(C.)[a] # In nomine[b] sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Dignum est et imperiali glorie decorum, ut nostra liberalis munificentia quosque fideles nostros preveniat eosque ultro spontaneos ad nutum sue voluntatis efficiat. Eapropter cognoscat tam presens etas * quam successura posteritas, quod[c] nos discreta circumspectione considerantes fidem ac sinceram devotionem dilecti ac fidelis nostri Oppizonis[d] Parmensis episcopi propter clara servicia, que nobis et imperio intrepide exhibuit et in posterum creditur exhibiturus, ad imitationem serenissimi antecessoris nostri Henrici sexti Romanorum imperatoris divi augusti, sicut suo autentico privilegio ipsum fecisse cognovimus, imperiali munificentia concedimus et confirmamus dicto episcopo, ecclesie Parmensi suisque successoribus in perpetuum bonos usus et consuetudines, quas hucusque Parmensis ecclesia habuit. Concedimus quoque et confirmamus prefate ecclesie iurisdictionem Parmensis civitatis et comitatum[e] civitatis et iurisdictionem in placitis et bannis et ceteris, que pertinent ad iurisdictionem omnium castrorum et locorum prefati episcopi et ecclesie Parmensis, et nominatim abbatiam de Berceto sitam in Monte Bardonis cum pertinentiis suis et cetera, que in Monte[f] Bardonis possidet, Caxum[g] cum pertinentiis suis, Colliculum[h] cum curte sua, Monticulum[i] cum curte sua, Pupilium[j] cum curte

[a] *Chrismon und Elongata BD, in B über der ersten Zeile eine spätmittelalterliche Transkription der Elongata*
[b] *folgt* domini *C*
[c] *aus* quis *verb. C*
[d] pizoni *durch Fleck unleserlich C,* Opizionis *VU*
[e] comitatus *D*
[f] Munte *C*
[g] Casxum *B*
[h] Collicullum *D*
[i] Monticullum *D*
[j] Pupilliam *B,* Pupillum *C*

sua, castrum Gualterii[k] cum curte sua, Colurnium cum curte sua, curtem Valuesnerie et Raigosie[l] cum alpis districtu, Castrum[m] Regnanum cum curte sua, Cornilium[n] cum curte sua[n], in civitate Parmensi curtem regiam, pratum regium, paludem positam iuxta[o] civitatem, ripam[p] Padi et ripaticum et insulas[q] in Pado, decursus aquarum[r] et alveos fluminum, et ut liceat ei suisque[s] successoribus causas omnes Parmensis ecclesie per sindicum[t] peragere nec prestito ex parte sua sacramento calumpnie. Sindicus[u] tamen iuret in anima sua et non episcopi ita, quod alius contra eos hoc iure[u] uti non possit nec adversarius nulla lege obstante nec prescriptio minor sexaginta annorum episcopo Parmensi vel suis successoribus possit opponi. Eodem modo concedimus et confirmamus canonicis Parmensis ecclesie plenam iurisdictionem in curtibus et * aliis terris suis, videlicet in Sancto Secundo[v], in Pizo[w], in Palaxone, in Sixa[x], in Cotaro, in Sancta Eulalia, in Banone et in aliis terris[y] suis, in placitis[z], bannis et aliis, que ad iurisdictionem pertinent. Confirmamus quoque omnia privilegia episcopo et ecclesie Parmensi ipsiusque ecclesie canonicis a predecessoribus[aa] nostris olim indulta. Insuper prefatum episcopum cum omnibus ad episcopatum pertinentibus et ecclesiam Parmensem cum ecclesiis suis, rebus et personis sub nostra imperiali protectione suscipimus[bb]. De imperiali quoque benignitate dicto episcopo et eius successoribus concedimus statuentes, ut terras seu loca prenominata et in quibus habent iurisdictionem, si bannierit ea vel aliquos in eis habitantes pro bannitis habeantur ab hominibus[cc] Parmensibus et eius districtu, item, ut Parmensis potestas seu consul, qui pro tempore fuerit, de clericis compellendis ad suum iudicium se non intromittant nec ponant in banno clericos, quousque suo episcopo esse voluerint[dd], obedientes nec negent facere iusticiam episcopo et clericis et aliis ecclesiasticis personis conquerentibus de laicis[ee]. Et quod nullus se intromittat de regimine civitatis Parmensis antequam confirmationem et investituram recipiat de manu episcopi, qui eam vice nostra dare debet. Et potestas seu consul vel alius officialis, qui contrafecerit, si ammonitus ab[ff]

---

[k] Gwalterii *B*
[l] Raygusie *D*
[m] *stark verschwommen, Lesung (*Eg...m*?) unsicher C*
[n–n] *zunächst ausgelassen, unter dem Kontext nachgetragen und mittels Verweiszeichen an dieser Stelle eingefügt C*
[o] iuxtam *C*
[p] ripas *D*
[q] ynsulas *BD*
[r] *am Rand stark abgerieben B*
[s] suissque *B*
[t] syndicum *D*
[u–u] sindicus – iure *infolge Faltung stark beschädigt B,* syndichus *D*
[v] Secondo *D*
[w] Pizzo *B*
[x] *so wohl CD, beide hier infolge Faltung etwas beschädigt,* Scisxa *B*
[y] *von derselben Hand über der Zeile nachgetragen B*
[z] *folgt* et *B*
[aa] deprecessoribus *C*
[bb] suspicimus *C*
[cc] omnibus *C*
[dd] *folgt* etiam *C*
[ee] laycis *CD*
[ff–ff] ab episcopo sibi non satisfecerit infra quindecim dies *C,* infra quindecim dies ab episcopo sibi non satisfecerit *D,* dies sibi *von derselben Hand aus* dies *verb. B*

episcopo infra XV dies sibi non satisfecerit[ff], pro consule vel potestate vel alio officiali non habeatur. Statuimus igitur et imperiali auctoritate sanccimus[gg], ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, nullum quoque comune hoc nostre maiestatis privilegium audeat violare nec aliquibus[hh] calumpniarum iniuriis seu dampnis occasione constituti vel consuetudinis[ii] civitatis attemptare presumat. Quod qui fecerit, in ultionem[jj] sue temeritatis C libras[kk] auri puri, medietatem fisco nostro et medietatem[ll] passis iniuriam pro pena componat. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem[mm] exinde conscribi paginam iussimus et nostre excellentie sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Wolfkerus[nn] patriarcha Acquilegensis[oo], Henricus Mantuanus episcopus et vicarius curie, Meinhardinus Ymolensis episcopus, Azzo[pp] marchio Estensis[qq] et Ancon(e), Henricus[rr] de Rauensburc[ss] camerarius, Monachus, Passawerra[tt], Ruffinus[uu] curie iudices et alii quam plures.

# Singnum[vv] domini Ottonis quarti Romanorum[ww] imperatoris invictissimi[xx]. # (M.)

Ego[yy] Conradus[zz] Spirensis episcopus imperialis aule[aaa] cancellarius vice domini Thederici Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo C°C°X°, glorioso domino Ottone Romanorum imperatore imperante, anno regni eius XII°, imperii vero[bbb] primo[bbb]; datum per manum Waltheri[ccc] prothonotarii[ddd] apud Ymolam, mense marcii, III° kal.[eee] aprilis, indictione XIII[ma] [fff].

---

[gg] sancimus *C*
[hh] *folgt* ei *C*
[ii] con consuetudinis *C*
[jj] ultione *B*
[kk] libr gekürzt *BC,* librarum *D*
[ll] medietate *C*
[mm] ps *mit Kürzungsstrich (wohl für* presens*) D*
[nn] Vuolfkerus *C,* Volflerus *D*
[oo] Aquileg(ensis) *C,* Aquilegien(sis) *D*
[pp] Azo *C,* Aczo *D*
[qq] Estens *B*
[rr] Henrichus *C*
[ss] Rauensber *D*
[tt] Passauerra *D*
[uu] Rufinus *CD*
[vv] *so B,* signum *CD, Signumzeile nicht in Elongata C*
[ww] Romanum *C*
[xx] *wohl* invistissimi *C*
[yy] *die Rekognitionszeile zwischen den beiden Teilen der Datierung C*
[zz] Cunradus *C,* Curadus *D*
[aaa] aulle *C*
[bbb–bbb] VI° *D*
[ccc] Valtheri *D*
[ddd] protonotharii *B*
[eee] kllas *mit Kürzungsstrich BD*
[fff] XIII° *C; Wachssiegel an roten Seidenfäden laut C.*

## BFW 370.

*Otto nimmt Bischof Mainardinus, dessen Nachfolger und die Kirche von I m o l a in seinen und des Reiches Schutz, bestätigt ihnen die genannten Besitzungen, Eigentumsrechte und Lehen, gewährt eine Verjährungsfrist von 100 Jahren sowie die Befreiung vom Kalumnieneid und überträgt dem Bischof die ordentliche Zivilgerichtsbarkeit in Stadt, Bistum und Grafschaft von Imola.*

*Imola, 1210 März 30*

*Notarielle Abschrift von 1217 VI 23 in der Biblioteca comunale zu Imola, Archivio storico comunale, Mazzo 1, Nr. 43 (B). – Notarielle Abschrift von 1229 (C), heute verloren, davon notarielle Abschrift von 1462 XI 8 im Archivio storico diocesano zu Imola, Archivio vescovile, Codex C, fol. 51v–52v (C′) und Abschrift des 16. Jh. (ca. 1520), ebenda, Codex B, fol. 13v–15v (C′′).*

*Ughelli, Italia sacra 9, Appendix Sp. 952 aus A (u) = ed. II. 2, Sp. 634 = Ughelli, Series episcoporum Forocorneliensium 2, ed. Zaccaria, S. 78. – Manzonius, Episcoporum Corneliensium sive Imolensium historia S. 148 aus C′′.*

et Turmo[u] ab[v] Adua[v] usque ad castrum vetus de Prata et fontem de Albara, vobis donamus atque[w] precipimus, ut nullus vos in aliquo molestare presumat[x] statuentes insuper ac precipientes, ut * fratres predicti monasterii in causis suis, quibus fidem sufficienter instrumentis legiptimis vel testibus idoneis fecerint, a nullo postmodum super illo negotio iuramentum prestare cogantur. Similiter volumus et auctoritate imperatoria sanctimus[y], ut, cum aliquis agens contra illud monasterium instrumentis autenticis aut testibus legiptimis probare non valeret, quod intendit, predicti fratres iuramentum super hoc prestare non cogantur addentes etiam, ut nulli de vassalis predicti monasterii de feudo, quod[z] a monasterio tenetur, alicui vendere vel donare seu in feudum aut in cambium per fraudem dare absque licentia abbatis et[aa] fratrum in Cisterciensi ordine existentium liceat. Et si quis de ipsis vassalis predicto monasterio de ipso feudo vendere vel pro[bb] elemosina[bb] dare voluerit, nullus fratrum vel parentum vassalorum eorundem prohibere valeat. Si quis autem contra hanc divalem[cc] paginam venire presumpserit, decem libras auri pro[dd] pena[dd] componat, dimidium camere nostre et reliquum predictis fratribus iniuriam passis.

Dat. apud Laudem, millesimo ducentesimo decimo, indictione tertiadecima[ee].

---

[u] Turno *C′*
[v–v] Abdua *C′*
[w] ac *D*
[x] presumant *C′*
[y] sencimus *C′*
[z] *so VU,* quo *C′D*
[aa] ac *D*
[bb–bb] *so VU,* per elemosinam *C′D*
[cc] ducalem *C′*
[dd–dd] *über der Zeile von anderer Hand eingefügt C′*
[ee] *Wachssiegel an weißen Seidenfäden laut C′.*

## BFW 393.

*Otto nimmt nach dem Vorbild Heinrichs (VI.) die Stadt L o d i in seinen Schutz, bestätigt ihr alle angeführten Rechte sowie die im Frieden von Konstanz getroffenen Vereinbarungen unbeschadet jener, die das Reich betreffen, und versichert, dass er den Mailändern keine Zugeständnisse hinsichtlich der Besitzungen und des Herrschaftsbereichs Lodis gemacht habe.*

*Lodi, 1210 Mai 1*

*Original, 580 + 33 (–42) x 480 mm, im Archivio storico comunale zu Lodi, Pubblico, Diploma imperiale, 1210 maggio 1 (A).*

*Druck von 1598 im Archivio di Stato zu Mailand, Fondo Trivulzio, archivio Milanese 410, fol. 75r aus Abschrift des Liber iurium. – Druck des 17. Jh. im Archivio storico comunale zu Lodi, Atti storici 231, cart. 20, fasc. 2, fol. 4r–5r (und fol. 8r–9r). – Ficker, Forschungen 4, S. 278 Nr. 228 aus A. – Vignati, Cod. dipl. Laudense 2, S. 252 Nr. 229 aus Abschrift des 13. Jh. (Liber Iurium) in der Biblioteca comunale zu Lodi. – Grossi, Liber iurium S. 16 Nr. 4 aus A und Abschrift des 13. Jh. (Liber Iurium) in der Biblioteca comunale zu Lodi.*

*Riccardi, Le località e territori S. 22. – Savio, Antichi vescovi d´Italia: Lombardia 2/1, S. 355. – Grossi, Liber iurium S. 391. – Grossi, Atti S. 805. – BFW 393.*

*Als Vorurkunden dienten das Diplom Heinrichs VI. für Lodi vom 19. Januar 1191 (Böhmer – Baaken 115; VU I) und die Urkunde Barbarossas über den Konstanzer Frieden vom 25. Juni 1183 (DF. I. 848, VU II).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # **/I/** Cum omnibus imperii nostri fidelibus benignitatis nostre gratiam libenter impendamus, eorum tamen utilitati et conmoditatibus uberiori clementia volumus intendere, qui speciali devotione maiestati nostre sunt[a] obligati[a] et fideles. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus ac futuris, quod nos ad imitationem serenissimi antecessoris nostri Heinrici Romanorum imperatoris divi augusti, sicut ipsum ex suo autentico privilegio manifeste fecisse cognovimus, fideles nostros Laudenses totamque civitatem, quam illustris predecessor noster Fridericus Romanorum imperator augustus[b] fundavit, * cum omnibus possessionibus et bonis suis, que nunc possident et imposterum iuste sunt possessuri, in specialem nostre maiestatis protectionem recepimus et defensionem. Ad memoriam itaque tam presentis quam successure etatis volumus devenire, quod nos predictis fidelibus nostris Laudensibus confirmamus et nostra liberalitate imperiali damus atque concedimus ea omnia, que seriatim[c] inferius continentur, videlicet aquas et flumina in episcopatu Laudensi decurrentia et ut liberam habeant potestatem super illas aquas et specialiter super aquam Lambri pontes et alia Laudensi civitati utilia facere, reficere et retinere et ut predicta civitas habeat generalem portum et communem navium stationem, remota omni contradictione, precipientes, ne aliquis alius portus[d] ordinetur in toto flumine Adue, statuentes etiam, ut nulli sit licitum contr[a][e] voluntatem civitatis Laude castrum vel turrim vel aliam munitionem in episcopatu vel districtu Laudensi facere vel reficere et ut predicta civitas habeat zerfos[f] et pascua et alias

---

[a–a] *auf Rasur verb.*
[b] au *verb.*
[c] s *wohl auf Rasur*
[d] *unterhalb von* s *ein kleines Loch in der Faltung*
[e] a *durch Faltung zerstört*
[f] *so A statt* zerbos *VU*

terras ex utroque latere civitatis[g] adiacentes, sicut in presenti pagina determinatur, scilicet a loco, qui dicitur Castrum Episcopi, sicut via ducebat usque ad pontem veterem de Fanzago versus Aduam, et ex alia parte sicut costa Pulignani et costa Yselle et costa Iuuenici veteris et costa Iuuenici novi et coste civitatis Laudensis versus Aduam clauduntur. Statuimus etiam, ut strata, que ibat per veterem civitatem, vadat solummodo per novam civitatem Laudensem veteri strata destructa. Precipimus etiam, ut nemo audeat vel presumat violentiam vel perturbationem inferre ipsi civitati in locis vel possessionibus episcopatus vel districti, que predicta civitas detinere vel possidere videtur, statuentes etiam, ut libere et quiete possideat et detineat predicta civitas Laudanensis ea, que possidere vel detinere videtur vel detinebat tempore pacis facte inter predictos antecessores nostros pie recordationis Fridericum et[h] Heinricum[h] Romanorum imperatorem[i] et Heinricum[j] tunc regem[k] Romanorum divos[l] augustos[m] et Lombardos in civitate vel * episcopatu vel districtu. Profitemur etiam, quod, postquam prenominati antecessores nostri Mediolaneses et Laudenses in plenitudinem gratie sue receperunt, nullam Mediolanensibus fecerunt concessionem[n], sicut intelleximus, de possessionibus Laudensium vel districto et nos nullam eis postmodum fecisse recognoscimus. Insuper quoque ad maiorem dicte civitatis augmentum et predictorum antecessorum nostrorum Friderici et Heinrici Romanorum imperatorum augustorum vestigia sequi volentes propter fidelia et devota servitia, que Laudenses exhibere hactenus imperio[o] et nobis consueverunt et imposterum sunt exhibituri, /**II**/ concedimus eis et confirmamus et damus regalia et consuetudines omnes tam in civitate quam extra extra[p] civitatem * videlicet, ut in ipsa civitate omnia habeant, sicut hactenus habuerunt vel habent, extra vero omnes consuetudines sine contradictione exerceant, quas ab antiquo exercuerunt vel exercent, scilicet in fodro, * nemoribus, * pascuis, * pontibus, aquis et molendinis, sicut ab antiquo habere consueverunt vel habent, in exercitu, * munitionibus civitatis, in iurisdictione tam in criminalibus causis quam * peccuniariis, intus et extra, et in ceteris, que spectant ad commoditates civitatis, concedentes ipsis Laudensibus et rata habere volentes ea omnia generaliter, que seriatim in privilegio iam dictorum predecessorum nostrorum imperatorum de pace facta inter ipsos nostros antecessores Romanorum[q] imperatores et Lombardos aput Constantiam continentur, salvis tamen omnibus[r] tenoribus, condictionibus, pactis ac conventionibus ad imperium pertinentibus, sicut in iam dicto privilegio pacis manifeste continetur. /**I**/ Ut autem ea, que supradicta sunt, rata imperpetuum habeantur et inconvulsa, presentem inde paginam conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri[s] statuentes etiam et imperiali edicto sanctientes, ut

---

[g] *so A statt* civitati *VU*
[h–h] *so A*
[i] em *aus* es *verb.*
[j] *durch Hinzufügung eines Mittelschaftes und eines Kürzungszeichen aus* Heinrici *verb.*
[k] m *aus* s *verb.*
[l] s *aus* rum-*Kürzung verb.*
[m] *letztes* s *aus* rum-*Kürzung verb.*
[n] i *aus* e *verb.*
[o] *erstes* i *wohl aus* con-*Kürzung verb.*
[p] *so irrig wiederholt A*
[q] *auf Rasur, wohl von* nostros
[r] o *wohl verb.*
[s] omu *und Kürzungszeichen durch Loch in der Faltung und Fleck beschädigt*

nulla civitas, nullum[t] comune, nulla denique persona ecclesiastica vel secularis, alta vel humilis, contra hanc nostram * divalem paginam venire presumat. Quod si quis attemptaverit, centum libras auri pro pena componat, medietatem fisco imperiali inferendam, reliquam civitati Laude persolvendam omnibus supradictis nichilominus in sua firmitate permanentibus. Huius rei testes sunt: Wolfkerus patriarcha Aquilegensis, Lotharus Pysanus archiepiscopus, Heinricus Mantuanus episcopus vicarius curie, Wilhelmus Cumanus episcopus, Aldericus Laudensis episcopus, Emmicho comes de Liningen[u], Hartmannus comes de Wirtinberc, Ezzelinus de Teruisio, Salinwerra de Ferraria, Cuno de Mizenberc, Heinricus de Rauensburc imperii camerarii, Hugo Prealonus Laude tunc potestas, Albertus de Tressoso, Acchiles Belottus, Algisus de Rikardis, Alkerus Malliavacca, magister Kazolus, Albertus Struzius, Monachus, Passawerra, Ruffinus et Presbiter[v] imperialis curie iudices et alii quam plures[w].

# Sinum[x] domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule[y] cancellarius[y] vice domini Theoderici Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC$^{o}$X$^{o}$, primo die[z] intrante mense madii, imperante serenissimo domino Ottone Romanorum imperatore[aa] augusto, anno regni eius XII$^{mo}$, imperii vero I$^{o}$.

Datum apud Laudam per manum Waltherii prothonotarii, indictione tertiadecima.

(SP.D.)[bb]

---

[t] n *und Oberlänge des ersten* l *durch Loch und Fleck in der Faltung beschädigt*
[u] Lining *mit Kürzungszeichen über* ng
[v] *Bogen des* b *wohl aus* r *in Kapitälchen verb.*
[w] es *wohl auf Rasur von* ibus
[x] *so A*
[y–y] aule can *wohl auf Rasur von* curie im
[z] e *durch kleines Loch in der Faltung beschädigt*
[aa] per-*Kürzung verb.*
[bb] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 394.

*Otto nimmt das Zisterzienserkloster Chiaravalle Milanese, dessen Abt Bonus Johannes und alle Angehörige mit sämtlichen Besitzungen in seinen Schutz, gebietet, dass sie die Leistung des Kalumnieneides sowie anderer Eide vor Gericht einem Stellvertreter übertragen dürfen und dass weder von den Erzeugnissen der Brüder noch ihren Tieren der Zehent zu leisten sei, und befreit sie vom gerichtlichen Zweikampf und allen Abgaben und Diensten.*

*Lodi, 1210 Mai 1*

*Notarielle Abschrift von 1256 V 11 im Archivio di Stato zu Mailand, Pergamene per fondi 554 Nr. 4 (B). – Abschrift von 1311 I 4 als Insert in der Originalurkunde Heinrichs VII., ebenda, Pergamene per fondi 554 Nr. 31 (C). – Abschrift aus der 1. Hälfte des 18. Jh. in der Biblioteca del Capitolo del Duomo, Ms. 163 (Avanzini, Documenti vol. 6), p. 202–204 (E).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 48 Nr. 52 aus BC und heute wohl verlorener Abschrift des 14. Jh.*

*Kalbfuss in: QFIAB 16, S. 70. – Savio, Antichi vescovi d'Italia: Lombardia 2/1, S. 355. – BFW 394.*

*Untersuchungen Rainer Maria Herkenraths (MIÖG 78, S. 197 Anmerkung 32) und Paul Zinsmaiers, Urkunden S. 72 f. und 75, zufolge gehen Teile des Diktats der Urkunde Ottos auf einen Notar Barbarossas (CE) zurück, während sich die Besitzbestätigung und Zehentbefreiung wortwörtlich gleichlautend in einem Diplom Barbarossas für das Kloster Chiaravalle della Colomba (DF. I. 101) finden. Daraus lässt sich für das vorliegende Diplom eine Vorurkunde Friedrichs I. ableiten (DF. I. 461; VU I). Die gegenüber der Vorurkunde Barbarossas hinzugekommene Befreiung vom gerichtlichen Zweikampf sowie von städtischen Abgaben und Diensten wurde aus der Urkunde Ottos für Chiaravalle Milanese (BFW 383) übernommen (VU II). Der Rest des Satzes stimmt in seiner Formulierung jedoch stärker mit einer entsprechenden Passage in BFW 381 für S. Maria Chiaravalle di Fiastra vom 20. April 1210 überein (VU III).*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. **/I/** Ex quo creator altissimus, a[a] quo procedit omne bonum, nos ad imperialis celsitudinis culmen erigere voluit, hoc fuit plenum votum et intimum desiderium nostrum, ut[b] honesta loca et religiosas personas congruis beneficiis promoveamus eorumque iustis petitionibus serenitatis nostre animum benignissime[c] inclinemus. Nam utique in[1] gazophilatio[d] dei[1], si aliquid ex habundanti offerentes supererogaverimus[e] [2], a vero Samaritano, cum redierit[2], in eterna nobis vita in centuplum esse reddendum indubitanter credimus et speramus. Quocirca universorum imperii nostri fidelium per Ytaliam existentium presens noverit etas et successura posteritas, quod nos eterne retributionis[f] intuitu et pro nostra omniumque nostrorum parentum perpetua salute monasterium sancte[g] Marie Careualis[h] Mediolanen(sis) et Bonum Iohannem[i] venerabilem abbatem et omnes[i] in eo deo famulantes cum omnibus bonis et possessionibus suis mobilibus et immobilibus, quas[j] in presenti iuste habent vel in posterum largiente domino[k] rationabiliter poterunt adipisci, sub nostram imperialem

---

[a] *verblasst C*
[b] wt *C*
[c] *drittes* i *verb. B*
[d] gazophylatio *C*
[e] supererrogaverimus *BC*
[f] retributionibus *B*
[g] *auf Rasur B*
[h] Carauallis *C,* Carevallis *E*
[i–i] *infolge Faltung beschädigt C*
[j] *folgt überflüssig* habent *E*
[k] deo *E*

protectionem atque tutelam[l] clementer suscepimus statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium inpresentiarum possidet iuste aut legittime vel de cetero largitione regum, concessione pontificum vel aliorum principum atque oblatione fidelium sive aliis iustis modis deo propitio[m] consequi poterit, firma fratribus ibidem deo sub monastica professione famulantibus et[n] illibata permaneant hoc misericorditer addentes et imperiali auctoritate sub obtentu gratie nostre et debito fidelitatis precipientes, ut abbas predicti monasterii vel aliquis monachus vel conversus eiusdem monasterii, qui modo sunt vel pro tempore fuerint, nullo modo cogantur sacramentum calumpnie seu diffinitivum vel decredentie seu consignationis instrumentorum vel aliquod aliud sacramentum in iuditio[o] vel extra subire nec propter hoc aliquod dampnum vel iacturam ipsum monasterium vel fratres sustineant vel eis inferatur, sed suffitiat[p] cuique, si ipsius monasterii sindicus etiam laicus ipsum tale sacramentum fuerit subire paratus non obstante aliqua lege vel constitutione vel aliquo alio[q] iure neque obstante aliqua consuetudine, que nunc sit vel pro tempore fuerit. Eodem modo precipimus observari, ut constitutiones civitatum vel castellorum seu aliarum quarumlibet personarum vel locorum non debeant in aliquo facere preiudicium iustitiis[r] rebus ipsius monasterii conpetentibus[s]. Et quia fratres ibidem deo sub monastica professione famulantes comunem vitam agentes de aliorum elimosinis vivere oportet ac beneficiis, constituimus, ut[t] de laboribus, quos fratres eiusdem monasterii propriis manibus aut sumptibus excolunt[u], atque de animalibus, que nutriunt, nullus ab eis decimas exigat, sicut per privilegia summorum pontificum est eis indultum. Concedimus etiam, ut, quicumque terras suas vel res suas eis donare, vendere seu aliquo alio modo conferre voluerit, dandi, vendendi seu comutandi liberam habeant[v] potestatem, dummodo iuste et rationabiliter fiat. Istud etiam imperiali clementia supradictis adicientes, ut memoratum monasterium cum eiusdem fratribus et familia universa /**II, III** / a duello * faciendo per camphyonem[w] vel alio modo debeat imperpetuum liberum[x] et absolutum pacifice conservari. /**II**/ Ad hec predictum monasterium * ab omnibus exactionibus et collectis et[y] datis[y] vel aliis servitiis[z] et gravaminibus et statutis civitatum et potestatum vel quorumlibet aliorum locorum imperiali auctoritate liberum et absolutum precipimus ab omnibus inviolabiliter omni tempore observari salva in omnibus imperiali iustitia /**I**/ statuentes et firmiter precipientes, ut de cetero nullus archiepiscopus, non episcopus, non dux, nullus marchio, non comes, non vicecomes, nullus capitaneus aut aliquis castaldio, nulla civitas, non potestas sive consules nullaque persona secularis vel ecclesiastica,

---

[l] tutela *C*
[m] propicio *C,* propritio *E*
[n] *fehlt E*
[o] iudicio *C*
[p] sufficiat *C*
[q] aliquo *C*
[r] *fehlt BCE, ergänzt nach NU BFW 413*
[s] conquerentibus *C*
[t] vel *C*
[u] extollunt *B*
[v] habent *B*
[w] camphionem *E*
[x] liberari *E*
[y–y] conditiis *E*
[z] servitutis *C*

magna sive parva, predictum monasterium sancte Marie Carauallis[aa] et eiusdem abbatem et suos fratres in bonis et possessionibus suis molestare vel inquietare aut disvestire sine legali iudicio presumat. Si quis vero huius[bb] nostre auctoritatis edictum violare[cc] presumpserit, triginta libras auri puri se pro pena cognoverit compositurum, dimidium fhysco[dd] nostro et dimidium monasterio memorato. Ut[ee] autem hoc verius credatur et ab omnibus inviolabiliter observetur, presentem paginam inde conscribi et sigillo imperialis magestatis[ff] iussimus communiri[gg]. Huius rei[hh] testes fuerunt: Wolferus[ii] patriarca[jj] Aquilegensis[kk] et Lotharius Pisanus archiepiscopus, Henricus[ll] Mantuanus episcopus imperialis aule vicarius, Guillelmus Cumanus episcopus, Bernardus[mm] Papiensis episcopus, Albericus[nn] Laudensis episcopus, Guillelmus[oo] prepositus Aquensis, Emicho[pp] comes de Liningen[qq], Hartmannus[rr] comes de Wrtembero[ss], Ycelinus[tt] de Treuisio, Salinguerra de Ferraria, Passaguerra[uu], Monachus de Villa, Rufinus et Albertus Strusus imperialis curie iudices.

Signum[vv] domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi[vv]. (M.)

Ego Chonradus[ww] Spirensis[xx] ecclesie episcopus imperialis aule cancellarius[yy] vice domini Theoderici[zz] Coloniensis archiepiscopi Ytalie[aaa] archicancellarii recognovi.

---

[aa] Clareualis *B,* Clarevalis *E*
[bb] huiusmodi *C*
[cc] l *durch kleines Loch beschädigt B*
[dd] fhisco *CE*
[ee] Wt *C*
[ff] maiestatis *C*
[gg] commoniri *B*
[hh] *folgt noch einmal* rei *B*
[ii] Volferus *E*
[jj] patriarcha *C*
[kk] Acquilegiorum C
[ll] Heinricus *C*
[mm] Barnardus *E*
[nn] Alberius *E*
[oo] Gulielmus *C*
[pp] *fehlt B, aber freigelassener Raum für den Namen*
[qq] Linigen *BCE, in CE Kürzungszeichen über* in *und* en *CE*
[rr] Hartmanus *B*
[ss] Vertemberg *C,* Wertemberg *E*
[tt] Iczelinus *C*
[uu] Passaguera *C*
[vv-vv] *Elongata in C,* imperatoris *und* invictissimi *mittels Sperrlinien zur Füllung der Zeile weit auseinander gezogen B*
[ww] Cvnradus *C*
[xx] Spiresis *B*
[yy] canzellarius *B*
[zz] Theodorici *C*
[aaa] Italie *E*

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCX[bbb], indictione tertiadecima[ccc], regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XII[ddd], imperii vero primo. Dat. apud Laudam per manum Walterii prothonotarii primo[eee] die intrante mense madii, indictione XIII[ma] [fff].

---

[bbb] millesimo ducentesimo decimo *C*
[ccc] XIII[a] *C*
[ddd] XII[o] *C*
[eee] prima *C*
[fff] XIII *mit Kürzungsstrich C, Wachssiegel an Seidenfäden laut B.*

[1–1] *vgl. Hieronymus, Commentarii in prophetas minores (in Osee) 3,10 (ed. Adriaen, CCSL 76, S. 108 Z. 132) sowie etwa eine Urkunde von 1159 für das Zisterzienserkloster Orval, Filiation Clairvaux (ed. Goffinet, Cartulaire S. 32 Nr. 20)*
[2–2] *vgl. Luc. 10,35 (*et quodcumque supererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi*).*

## BFW 396.

*Otto bestätigt dem Abt und dem Konvent von R o m m e r s d o r f einen mit der Kirche St. Simeon zu Trier zuvor vertraglich beurkundeten Tausch, durch den das Kloster gegen die Überlassung mehrerer Weingärten zu Moselweiß einen Hof zu Gladbach erhält.*

*Lodi, 1210 Mai 2*

*Original, 231 + 33 x 278 mm, im Landeshauptarchiv zu Koblenz, 162 Nr. 11 (A).*

*Beyer – Eltester – Goerz, UB Mittelrhein 2, S. 297 Nr. 258 aus Abschrift. – Hardt, UB Rommersdorf S. 453 Nr. 718 aus A.*

*Günther, Cod. dipl. Rheno-Mosellanus 2, Tafel 1 Nr. 1 (Siegelabb.).*

*Wiegand, Geschichte S. 70 (Erwähnung). – Meklenburgisches UB 1, Nr. 195. – Beyer – Eltester – Goerz, UB Mittelrhein 2, S. 775 Nr. 987 (mit Teilwiedergabe der Datierung). – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1110 (mit Teilwiedergabe der Datierung). – Kempf in: MIÖG Erg.bd. 12, S. 527 Nr. 52. – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 736. – BFW 396.*

*Als Vorurkunde diente die im Text erwähnte Urkunde Erzbischof Johanns von Trier vom 8. Oktober 1209 (Landeshauptarchiv Koblenz, 162 Nr. 1; ed. Beyer – Eltester – Goerz S. 285 Nr. 246).*

# In nomine sanctę[a] et individuę trinitatis. # Otto dei gratia Romanorum imperator et semper augustus omnibus Romano imperio subiectis in perpetuum. Quoniam cognovimus ex relatione abbatis sanctę Marię in Romerstorph et ex tenore cuiusdam instrumenti ad ęternam rei gestę memoriam confecti sigillis etiam maioris ęcclesię in Treueri et infrascriptarum ęcclesiarum muniti atque corroborati[b] ęcclesiam sancti Symeonis in Treueri per eiusdem prepositum et decanum atque conventum cum predicta ęcclesia sanctę Marię per predictum abbatem eiusque similiter conventum talem permutationem fecisse, videlicet quod * ęcclesia sancti Symeonis dedit ęcclesię sanctę Marię quandam curtem, que dicitur Gladebach, * cum omnibus suis appendiciis * proximam eidem monasterio sanctę Marie et remotam ab eadem ęcclesia sancti Symeonis, et ęcclesia sanctę Marię dedit ęcclesię sancti Symeonis quasdam vineas apud Wise constitutas supra Mosellam iuxta Confluentiam traditis hinc inde possessionibus. Ne[c] unquam ullo in tempore super eadem permutatione alicuius iuris vel facti occasione dubitatio emergat vel questio oriatur[d] et ne in eadem ęcclesia seu monasterio sanctę Marię pro tempore servientes deo abbas et fratres in posterum occasione predictę permutationis aliquibus vexationibus seu inquietationibus perturbentur vel fatigentur, eandem permutationem nostra imperiali auctoritate confirmamus atque coroboramus perpetuam ei attribuentes firmitatem. Sanctimus etenim atque decernimus, ut nullus hominum valeat decetero ęcclesiam sanctę Marię super predicta curte cum suis appendiciis seu pertinentiis occasione prefate permutationis molestare vel inquietare aut quoquo modo fatigare, sed potius eandem ęcclesiam sanctę Marię prefatam curtem cum omnibus suis pertinentiis tanquam rem propriam et ex iusto titulo permutationis ei acquisitam et nostra auctoritate coroboratam libere et pacifice atque quiete tenere ac

---

[a] scę *ohne Kürzungszeichen*
[b] *Tilgungspunkt unter* r *der* or*-Ligatur, vgl. weiter unter die Schreibung* coroboramus *und* coroboratam
[c] *Versal wohl aus Minuskel-*n *verb.*
[d] *mit wohl aus dem diplomatischen Kürzungszeichen und einem zweiten sonst von dem Schreiber nicht verwendeten Zeichen zusammengesetzter Kürzung über* t

possidere permittat. Si quis autem huius nostrę serenitatis confirmationem ausu temerario quoquo modo infringere aut contravenire presumserit vel attemptaverit, sciat se nostre maiestatis indignationem incurrere. Datum[e] apud Laudam VI nonas mai, indictione XIII [e].

(SP.2.)[f]

[e–e] *Datierung von derselben Hand mit dunklerer Tinte nachträglich hinzugefügt*

[f] *an roten, weißen und grünen zu einem Band gewebten Seidenfäden.*

## BFW 395.

*Otto nimmt auf Bitten Abt Reiners die Kirche R o m m e r s d o r f mit allen Personen und Besitzungen in seinen Schutz, befreit ihre Waren von den kaiserlichen Zöllen an Rhein und Main, besonders in Kaiserswerth, und verbietet, diese gemeinsam mit Gütern zu transportieren, für die dem Kaiser Zölle zu entrichten sind.*

*Lodi, 1210 Mai 2*

*Original, 450 (–456) + 42 (–55) x 358 (–368) mm, im Landeshauptarchiv zu Koblenz, 162 Nr. 12 (A).*

*(Hugo), Annales ordinis Praemonstratensis 2/2, S. 442 aus beglaubigter Abschrift = (Hontheim), Historia Trevirensis 1, S. 648 Nr. 447. – Jaffé, Diplomata quadraginta S. 52 Nr. 38 aus A. – Hardt, UB Rommersdorf S. 613 Nr. 966 aus A.*

*Fischer, Geschlechts-Register S. 87 (Erwähnung). – Günther, Cod. dipl. Rheno-Mosellanus 2, Nr. 17. – Reck, Geschichte S. 55. – Wiegand, Geschichte S. 70 (Erwähnung). – Meklenburgisches UB 1, Nr. 195 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1111 (mit Teilwiedergabe der Datierung). – Menzel – Sauer, Cod. dipl. Nassoicus 1/1, Nr. 320 (mit Textauszug und Wiedergabe der Datierung). – Wegeler, Rommersdorf S. 12 (Erwähnung). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 148. – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 735. – BFW 395.*

*Beim Text handelt es sich um eine wortwörtliche Wiederholung von BFW 285.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus dei gracia Romanorum imperator et semper augustus. # Si quieti utilitati et profectibus ęcclesiarum[a] dei pio studio efficacique diligentia intendimus, ab illo nobis in ęterna quiete et in multiplici fructu rerum temporalium responderi confidimus, apud quem nullum bonum remanet irremuneratum, de quo etiam confidimus et speramus, ut ipse dies nostros regendo Romanum imperium sub tranquillitate suę pacis ordinet et disponat. De cuius etiam ineffabili misericordia presumimus, ut ipse de sui superhabundanti[b] gracia sic nobis constitutis in culmine imperii et in summo rerum apice concedat transire per bona temporalia, ut eo opitulante consequamur eterna. Hinc est, quod nos ęcclesiam Romerstorph ob multam religionem, qua illam florere cognovimus, et ob dilectionem et ob multam precum instanciam Reineri venerabilis abbatis eiusdem ęcclesię cum personis nunc et in posterum deo ibi famulantibus et cum hiis suis possessionibus et curtibus, scilicet in Heinbach, in Gladebach, in Wissin super Mosellam, in Ualendren, in Hongin, et cum omnibus bonis ipsorum, quę nunc possident vel in futurum poterunt adipisci, sub imperialem nostram recipimus protectionem, ut ipsi tuti nostra defensione et a strepitu et incursu sęcularium adversitatum liberius deum pro nobis valeant exorare. Concedimus etiam iamdicte ęcclesię ad maiorem sustentationem personarum deo ibi servientium, ut omnia bona eorum, quę ducta fuerint per alveum Reni sive Mogi sursum et deorsum in hiis locis, ubi nobis et imperio theloneum solet exsolvi et precipue apud Werdam, libera sint ab omni * solutione, ita tamen, quod homines, qui iamdictę ęcclesię bona deferunt[c], nulla alia immisceant vel apponant, ne sub specie bonorum prefatę ęcclesię aliqua alia bona ipsis immixta sine theloneo deferantur. Ut autem hęc nostra concessio robur obtineat perpetuitatis, hanc presentem paginam inde conscribi iussimus et sigillo nostro communiri. Huius rei testes sunt: Wo%vlfgerus Aquilegiensis patriarcha, Lotharius Pisanus archiepiscopus, Phylippus

---

[a] *Cauda des ersten* e *irrtümlich am ersten* c
[b] d *wohl aus* t *verb.*
[c] er-*Kürzung sowie* unt *mit dunklerer Tinte auf Rasur*

Raceburgensis episcopus, Fridericus comes de Liningin, Georgius comes de Wide, Sifridus de Runkel, Rodolfus de Kisilowe, Cu%ono de Mincinberg, Cunradus de Schippe et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.) Ego[d] Cunradus Spirensis episcopus[d] imperialis aulę cancellarius vice domini Theoderici Coloniensis archiepiscopi tocius Italię archicancelarii[e] recognovi. Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis M°C°C°X°, imperante domino Ottone Romanorum imperatore glorioso, anno imperii eius I°; datum apud Laudam VI nonas maii, indictione XIII.

(SP.2.)[f]

---

[d–d] Ego – episcopus *rechts vom Monogramm, dabei* Spirensis episcopus *am Ende der nächsten Zeile, die bereits den nachfolgenden* Text (imperialis – Italię*) enthält, wohl sofort nachgetragen*

[e] *so A*

[f] *an roten, grünen und weißen zu einem schmalen Band gewebten Seidenfäden.*

## BFW 397.

*Otto teilt allen getreuen Edlen, Leuten und bischöflichen Vasallen in der Stadt und im Bistum Bobbio mit, dass er Bischof und Graf Hubert von B o b b i o mit allen Besitzungen des Bistums und der Grafschaft in seinen Schutz genommen habe, und befiehlt ihnen, diesen bei der Erhaltung der Rechte seiner Kirche und Grafschaft, mit welchen er ihn investiert hat, zu unterstützen.*

*Lodi, (1210) Mai 2*

*Abschrift aus der Mitte des 13. Jh. im Archivio di Stato zu Piacenza, Archivio del comune, Registro magno (Registrum magnum comunis Placentie) fol. 275r (B). – Abschrift aus der 2. Hälfte des 13. Jh. im Archivio di Stato zu Piacenza, Archivio del comune, Registro mezzano (Registrum parvum comunis Placentie) fol. 193r Nr. 435 (C).*

*Poggiali, Memorie di Piacenza 5, S. 84 Teildruck aus C = ed. II. S. 50. – Winkelmann, Acta 1, S. 50 Nr. 53 aus BC. – Cipolla – Buzzi, Cod. dipl. di Bobbio 2, S. 98 Nr. II/1 aus BC. – Falconi – Peveri, Il Registrum magnum 2, S. 352 Nr. 426 aus BC.*

*Ughelli, Italia sacra 4, Sp. 1304 (Erwähnung zu 1209) = ed. II. 4, Sp. 939. – Flaminio di Parma, Memorie istoriche 1, S. 4 (Erwähnung). – Rossetti, Bobbio illustrato 1, S. 224 (Erwähnung zu 1209). – Pitz, Papstreskript und Kaiserreskript S. 232. – BFW 397.*

Otto dei gratia Romanorum imperator et semper augustus fidelibus suis nobilibus, universis hominibus in civitate in[a] episcopatu Bobiensi constitutis, omnibus iamdicti[b] episcopatus vassallis et fidelibus gratiam suam et bonam voluntatem. Notum sit universitati vestre, quod nos dilectum ac fidelem nostrum Obertum venerabilem Bobiensem episcopum et comitem cum omnibus bonis[c] ac possessionibus episcopatus et comitatus sui in nostre protectionis tuitionem recepimus. Unde mandamus vobis monentes, rogantes et precipientes, quatinus de cetero ipsi tamquam[d] domino et episcopo vestro et comiti obedientes et devoti existentes ei ad manutenendum honorem ac iura ecclesie sue et comitatus[e], de quo honorifice eum investivimus, efficaciter assistatis, ut fidelitatem vestram tanto amplius comendare[f] debeamus, quanto personam ipsius episcopi et comitis sue devotionis et fidelitatis intuitu propensiori dilectione complectimur. Dat. in Lauda secundo die[g] mensis madii.

---

[a] *so BC statt* et
[b] iandicti *C*
[c] *von derselben Hand über der Zeile eingefügt B*
[d] tanquam *C*
[e] commitatus *B*
[f] commendare *C*
[g] *fehlt C.*

## BFW 14638.

*Otto nimmt das Hospital Saint-Nicolas* in Burgo Nouo *zu Metz mit allen Gütern und Personen in seinen Schutz, befreit es von allen unrechtmäßig geforderten Abgaben und gebietet allen Justiziaren in Metz und im gesamten Reich, dem Spital in allen Streitsachen volle und rasche Gerechtigkeit zuteil werden zu lassen und seine Rechte zu verteidigen.*

*Cremona, 1210 Mai 4*

*Original, 216 + 26 (–31) x 165 mm, in den Archives départementales de la Moselle zu Metz, 1HD/B1, pièce 2 (A).*

*Wolfram in: Jb. der Gesellschaft für Lothringische Geschichte 1, S. 159 Nr. 4 aus A.*

*Zinsmaier, Urkunden Tafel 7 (Schriftprobe).*

*Wolfram in: Jb. der Gesellschaft für Lothringische Geschichte 2, S. 162 Nr. 29. – BFW 14638.*

# Otto q#uartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus[a]. Ex imperialis munificentie[b] nostre benignitate, quam omnibus[b] Christi fidelibus consuevimus impertiri, ecclesias et loca divinis mancipata cultibus et specialiter hospitalia, in quibus cottidie pauperes Christi pascuntur, nostre protectionis securitate volumus gaudere. Hinc est, quod universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris[c] notum esse cupimus, quod nos hospitale sancti Nicolai in Burgo Nono[d] in Metis positum cum omnibus bonis suis et rebus mobilibus et immobilibus, que nunc iuste tenet et[e] possidet et de cetero iusto acquisitionis titulo poterit adipisci, necnon cum omnibus personis, que ibi sunt vel pro tempore fuerint, in nostre maiestatis protectionem recepimus atque tutelam absolventes ipsum hospitale sancti Nicholai et penitus eximentes et res sive bona presentia ac futura dicto hospitali pertinentia ab omni indebito gravamine et exactione, statutentes et firmiter precipientes[f], ut[g] tam iustitiarii[h] in Metis quam alii omnes de imperio[i] nostro presentes ac futuri, si contigerit aliquem nomine ipsius hospitalis de quacumque querimonia de aliquo nomine hospitalis et voluntate et licentia procuratorum hospitalis proponere, coram eis omni occasione et difficultate remota plenam iustitiam et velocem ei faciant et ipsum hospitale[j] manutenenat et defendant et omnia iura sua. Et nullam indebitam exactionem vel gravamen dicto hospitali vel bonis suis ulla civitas, ulla persona ecclesiastica vel secularis, alta vel humilis, presumat exigere vel imponere seu contra hanc nostram institutionem et protectionem[k] molestare vel inquietare. Quod qui facere attemptaverit, nostram se noverit indignationem graviter incursurum. Et ut magis credatur, presentem inde

---

[a] *die waagrechte Verbindungslinie der* st-*Ligatur zur Ausfüllung der gesamte Zeile über etwa ein Fünftel der Zeile in die Breite gezogen*
[b–b] *durch Faltung etwas beschädigt*
[c] s *durch Fleck beschädigt*
[d] *so A statt* novo*, erstes* n *auf Rasur von* s *oder* f
[e] e *aus geradem Mittelschaft, etwa für* n*, verb.*
[f] piente *durch Tintenfleck beschädigt*
[g] v *(für* u*) mit überschriebenem Punkt wohl von der Haupthand nachträglich in den Wortabstand zwischen* precipientes *und* tam *eingetragen*
[h] *danach wohl* s *radiert*
[i] *unterhalb des langen* i *zu Wortbeginn und im Bogen von* p *zwei dunkle Flecken*
[j] *danach Tintenfleck*
[k] c *infolge Faltung abgerieben*

paginam conscriptam nostre maiestatis sigillo fecimus communiri. Datum aput Cremonam anno dominice incarnationis M$^{o}$CC$^{o}$X, indictione XIII$^{a}$, quarto[l] nonas madii.

(SP.D.)[m]

---

[l] *Cauda des* Q *zur Ausfüllung der gesamten Zeile über etwa ein Viertel der Zeile waagrecht in die Breite gezogen* [m] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

# BFW 398.

*Otto investiert mittels eines Baretts (*cum una beretta*) Abraam de Malfiastris sowie alle Mitglieder dessen Hauses und deren Erben mit ihrem rechten Lehen.*

*Im Palazzo Comunale zu Cremona, 1210 Mai 6*

*Notarielle Abschrift von 1254 V 19 im Archivio di Stato zu Pisa, Diplomatico, Archivio Roncioni 1254 maggio 19 lunga (B).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 50 Nr. 54 aus B.*

*Astegiano, Cod. dipl. Cremonese 1, Nr. 112. – BFW 398.*

*In eckige Klammern gesetzte Ergänzungen zweier Wörter, die durch Beschädigungen am linken Rand verloren gegangen sind, wurden sinngemäß vorgenommen.*

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo decimo, indictione[a] terciadecima, die sexto intrante mense madii, in civitate Cremone, in pallatio novo comunis Cremone, presentia domini Henrici episcopi Mantue et domini Alberti Struxii et [Ezzelin]i de Onaria et domini Sainguerre de Feraria atque domini Gualfredi de Corexellis de Papia et Arzinboldi notarii testium, dominus Otto dei gratia Romanorum imperator et semper augustus cum una beretta investivit Abraam de Malfiastris pro se et pro aliis omnibus de domo sua et eorum [heredibus] de suo recto feudo.

Ego Arzinboldus notarius ab imperatore Frederico factus interfui et me subscripsi.

Ego Ribaldus Rubeus notarius sacri pallatii et domini imperatoris interfui et hanc discreptionem[b] feci.

---

[a] *mit hellerer Tinte von anderer Hand am Ende des Absatzes nachgetragen, mittels Verweiszeichen hier eingefügt*

[b] *so B.*

## BFW 399.

*Otto beurkundet, dass er dem Patriarchen Wolfger und der Kirche von A q u i l e i a Mark und Herzogtum Krain und Istrien übertragen habe, nachdem auf die Klage des Patriarchen das Hofgericht dessen rechtmäßige Ansprüche anerkannt und Herzog Ludwig von Bayern die Mark in Ottos Hände resigniert hatte.*

*Cremona, 1210 Mai 8*

*Notarielle Abschrift von 1303 IV 25 (B), heute verloren, davon notarielle Abschrift aus der ersten Hälfte des 14. Jh. im Archivio di Stato zu Venedig, Miscellanea atti diplomatici e privati b. 10, Nr. 333 (B′). – Notarielle Abschrift von 1482 ebenda, Consultori in iure 366/3, fol. 23v–24v (mit Lücken) (C).*

*Buttazzoni in: L'archeografo triestino n. s. 2, S. 197 (zu 1208?) aus C = Buttazzoni, Del patriarca Volchero S. 45. – Joppi, Aggiunte inedite S. 9 Nr. 1 aus B′. – Winkelmann, Acta 1, S. 50 Nr. 55 aus B′ = Schumi in: Archiv für Heimatkunde 1, S. 41 Nr. 17. – Banić, Fontes Istrie medievalis 4, doc. 1210_OIV aus Joppi und B′.*

*de Rubeis, Mon. ecclesiae Aquilejensis Sp. 664 (Erwähnung). – (Bianchi), Thesaurus ecclesiae Aquilejensis S. 340 Nr. 1168. – Manzano, Annali del Friuli 2, S. 223. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 148. – Schumi, Urkunden- und Regestenbuch des Herzogtums Krain 2, Nr. 20. – Documenta ad Forumjulii spectantia, in: Atti e memorie della Società Istriana di archeologia e storia patria 8, S. 24 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Leicht, I diplomi imperiali S. 51 Nr. 69. – Kos, Gradivo 5, Nr. 160. – Huter, Tiroler UB 2, S. 78 Nr. 603 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Wiesflecker, Reg. der Grafen von Görz 1, Nr. 354 (mit Anführung der Zeugen). – Perret, UB St. Gallen 1, Nr. 253. – Meyer-Marthaler – Perret, Bündner UB 2, Nr. 538. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 54 (mit Wiedergabe einzelner Textstellen und Anführung der Zeugen). – Boshof, Reg. der Bischöfe von Passau 2, Nr. 1234. – Clavadetscher, Bündner UB 2 (neu), Nr. 533 (538). – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 150 und 162. – BFW 399.*

*Es handelt sich um die wortwörtliche Wiederholung des von Otto in derselben Angelegenheit noch als König ausgestellten Diploms BFW 258a vom 13. Januar 1209 (VU, vgl. den Petitsatz).*

Otto quartus divina favente clemencia Romanorum imperator et[a] semper augustus. Imperialis excellencie[b] titulos digne[c] extollimus[c] decenterque exornamus, cum nos ea[d], que in dampnum ecclesiarum[d] redundare videntur, inhibemus et ab omni in evum[e] ambiguitatis[f] nota imperatorie equitatis lima[g] elidimus[g]. Ad noticiam[h] itaque[h] omnium presentis etatis et in evum[i] successure posteritatis hominum transmitti volumus, quod[j], cum propter[j] enormes excessus Henrici quondam marchionis Ystrie[k], quos ipse nomine criminis lese maiestatis in decessore[l] nostro domino[l] Phylippo[m] commisit, marchia Carniole et Ystrie[n] cum comitatu et universis pertinenciis suis et tam feudum[o] quam[o] alodium et omnis honor suus in generali curia

[a] *fehlt C*
[b] *C hier wie auch sonst stets* ę *oder* ae
[c–c] extollimus digne *C*
[d–d] *fehlt C*
[e] eum *B′*
[f] ambiguitas *B′*
[g–g] *fehlt C*
[h–h] noticiamque *C*
[i] eum *B′*
[j–j] *fehlt C*
[k] Istrię *C*
[l–l] *fehlt C*
[m] Philippo *C*
[n] Istrię *C*
[o–o] udum quam *fehlt C*

nostra Frankenfurt[p] per sententiam principum sibi fuerint[q] abiudicata[r] et ad dominium[r] imperii marchia Ystrie[s] libere et absolute sit[t] addita, nos eandem marchiam nobis et imperio vacantem tunc dilecto[u] fideli[v] nostro[v] Ludouico duci Bauarie iure feudali concessimus. Procedente vero tempore dilectus princeps noster[w] Wolfcherus[x] patriarcha Aquilegensis ad curiam nostram apud Augustam accedens in presencia principum[y] de predicta marchia nobis[z] questionem[z] movit et, quod ex antiqua donatione Henrici regis augusti tercii ecclesie Aquilegensi pertineret, privilegiis auctenticis[aa] ipsi ecclesie collatis evidentissime in publico curie nostre presentibus principibus nobis demonstravit[bb]. Nos itaque[cc] manifeste sue assertionis attendentes veritatem, ne occasione nostra tanti honoris pariterque utilitatis beneficio privari videretur Aquilegensi ecclesie, ad instanciam precum nostrarum[dd] universorumque principum prefatus dux sepedictam marchiam sine[ee] omni condictione[ff] in manus nostras resignavit et nos eam ab omni impetitionis nota ab ipso absolutam Aquilegensi ecclesie cum omni honore et universis pertinenciis cum omni iure imperiali libere et absolute possidendam in perpetuum donavimus[gg], tradidimus atque concessimus et, sicut rite[hh] et racionabiliter in presencia principum nostrorum hanc donationem nostram a nobis factam[ii] recognoscimus, sic quoque eam presentis scripti nostri auctentico ipse ecclesie confirmamus statuentes et imperiali edicto firmiter[jj] precipientes, ut nulli unquam[kk] persone alte vel humili, ecclesiastice vel seculari licitum sit hanc nostre donationis seu confirmationis divalem[ll] paginam infringere vel ei aliquo temeritatis ausu obviare[mm]. Quod qui facere presumpserit, in sue presumptionis penam mille libras auri examinati componat, quarum medietas fisco nostro, reliqua vero medietas iniuriam passo persolvatur. Ut autem hec donatio seu confirmatio nostra in omne evum inviolabiliter observetur, presentem exinde paginam conscribi fecimus et imperiali sigillo nostro iussimus corroborari. Testes autem huius rei sunt: Otto Frisingensis episcopus,

---

[p] Franchefort *C*
[q] fuerit *C*
[r–r] *letztes* a *des Wortes* abiudicata – dominium *fehlt C*
[s] Istrię *C*
[t] sic *C*
[u] *fehlt B´*
[v–v] *fehlt C*
[w] *fehlt C*
[x] Volgerus *C*
[y] principium *B´*
[z–z] *fehlt C*
[aa] *fehlt C*
[bb] demostravit *B´C*
[cc] *fehlt C*
[dd] nostrorum *C*
[ee] cum *C*
[ff] contradictione *B´*
[gg] *folgt* et *B´*
[hh] *fehlt B´*
[ii] *fehlt C*
[jj] *fehlt C*
[kk] *fehlt C*
[ll] duvalem *B´*
[mm] obviaret *B´ mit Kürzungszeichen an* t

Menegoldus[nn] Patauiensis episcopus, Artuicus[oo] Estetensis[pp] episcopus, Conradus Ratisponensis episcopus, Conradus Brixiensis episcopus, Regnardus Curiensis episcopus, Fridericus Tridentinus[qq] episcopus[rr], Syfridus[ss] Augustensis[tt] episcopus[uu], Iohannes Cameracensis episcopus[vv], Ludeuicus[ww] dux Bauarie[xx], Megenardus[yy] comes[zz] Goricie[aaa], comes palatinus de Tuingen[bbb], comes Albertus de Tirol[ccc], comes Vlricus de Eppan[ddd], comes Egeno[eee] de Vlmo[fff], comes Albertus de Ebersteyn[ggg], comes Burcardus[hhh] de Manesfelt, burgravius Magdeburgensis, Stephanus decanus, Henricus archidiaconus, Fridericus de Cauriaco, Anselmus[iii] Taruisiensis[jjj], Bernardus de Strazouerne[kkk], Walterbertoldus[lll], Volcherus[mmm] de Dorenberch, Iohannes de Zucula et alii quam plures.

Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Conradus Spirensis[nnn] episcopus et imperialis aule cancellarius vice domini Theodorici[ooo] Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie[ppp] archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M$^{o}$CC$^{o}$VIII$^{o}$ [qqq], regnante domino[rrr] Ottone quarto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno imperii eius primo et regni XII$^{o}$. Data apud Cremonam per manus Walterii imperialis aule prothonotarii VIII[rrr] idus maii[sss], indictione XIII$^{a}$ [ttt].

---

[nn] Manegoldus *C*
[oo] Artuuicus *C*
[pp] Eistiten*(*sis*) C*
[qq] Tridentinen*(*sis*) B´*
[rr] *fehlt B´*
[ss] Sifridus *C*
[tt] fehlt *C*
[uu] electus *C*
[vv] electus *C*
[ww] Lodouicus *C*
[xx] Bauuarię *C*
[yy] Mayenardus *B´*
[zz] *fehlt B´*
[aaa] *fehlt C*
[bbb] *mit überflüssigem Kürzungsstrich C,* Tungen *mit Kürzungsstrich über* gen *B´*
[ccc] *mit Kürzungsstrich durch* l *C*
[ddd] Epan *B´*
[eee] Egen *mit* us-*Kürzung B´,* Egerio *C*
[fff] *fehlt C*
[ggg] Ebsten *mit Kürzungsstrich über* n *C*
[hhh] Brucardus *C*
[iii] *so B´C statt* Azelinus *VU*
[jjj] Teruisien*(*sis*) B´*
[kkk] *fehlt C*
[lll] Valtusbertoldus *C*
[mmm] Wolcherus *C*
[nnn] Spitensis *C*
[ooo] Theoderici *B´*
[ppp] Italię *C*
[qqq] millesimo CCVIII *B´*
[rrr–rrr] *fehlt C*
[sss] mai *C*
[ttt] XIII$^{e}$ *B´, Wachssiegel laut B´.*

## BFW 400.

*Otto nimmt Burchard, Kanoniker von H i l d e s h e i m , mit allen Gütern in seinen Schutz, besonders mit den Leuten und der Vogtei, die dieser von ihm selbst an den Kirchen zu Assel erhalten hat.*

*Brescia, 1210 Mai 15*

*Abschrift des 15. Jh. im Niedersächsischen Landesarchiv zu Hannover, Cop. VI, 11, fol. 760 Nr. 1543 (B), 1943 unter Kriegseinwirkung verbrannt, davon Abschrift des 18. Jh. in der Niedersächsischen Staats- und Universitätsbibliothek zu Göttingen, 2º Cod. Ms. Hist. 1 Bd. XI, fol. 184r (B´).*

*Sudendorf, UB Braunschweig und Lüneburg 1, S. 4 Nr. 6 aus B (s). – Janicke, UB Hildesheim 1, S. 609 Nr. 637 aus B (j).*

*Lüntzel, Geschichte 2, S. 47. – BFW 400.*

Otto quartus dei gracia[a] Romanorum imperator et semper augustus. Dignum esse censemus et honestum, ut imperiali defensione per omnia tuti sint et securi, qui sese in cunctis maiestati nostre[b] fideles exhibere student ac devotos. Quapropter imperii universis fidelibus presentibus et futuris duximus innotescendum, quod nos puritatem fidei et devocionis constanciam dilecti fidelis nostri Burchardi canonici Hildensemensis[c], quam erga sublimitatem nostram habet, considerantes ipsum cum omnibus bonis suis tam mobilibus quam stabilibus et nominatim cum hiis, que a nobis recepit in ecclesiis Assel tam in hominibus quam in advocacia, sub maiestatis nostre custodiam et specialem recepimus protectionem mandantes et sub pena gracie[d] nostre districte precipientes, ut nulli hominum deinceps licitum sit memoratum clericum nostrum quacumque[e] occasione gravare seu dampnum aliquod in bonis et hominibus suis sibi irrogare. Quod si quis facere presumpserit, sublimitatis nostre iram et gravem offensam se non dubitet incursurum.

Datum apud[f] Brissiam anno domini M°CC°X [g], XVIII kalendas iunii, indiccione[h] XIII.

---

[a] gratia *js*
[b] *laut j und s* nostri *B, in j zu* nostre *verb.,* i *nachträglich und wohl von anderer Hand in* e *verb. B´*
[c] hilden *mit Kürzungsstrich über* n *s*
[d] gratie *js*
[e] *verb. B´,* quacunque *s*
[f] aput *s*
[g] MCCX *j*
[h] indictione *j,* indicione *s.*

## BFW 402.

*Otto erklärt, wie sein Vorgänger Kaiser Heinrich (VI.), alle unter dem ehemaligen Abt Guido des Klosters S. Prosper zu Reggio (Emilia) vorgenommenen Entfremdungen für ungültig, bestimmt, dass Abt Prosper und seine Nachfolger diese frei und zur vormaligen Nutzung unter Gewährung einer Verjährungsfrist von 100 Jahren wieder in Besitz nehmen dürfen, sollte nicht innerhalb von zwei oder drei Jahren eine Entschädigungszahlung erfolgen.*

*Brescia, 1210 Mai 16*

*Original, 346 + 27 (–35) + 195 (–202) mm, im Archivio di Stato zu Reggio Emilia, Corporazioni religiose soppresse, Monastero dei Santi Pietro e Prospero, Nr. 30 (A).*

*Affarosi, Memorie di S. Prospero 1, S. 141 wohl aus A. – Rombaldi, Monastero di San Prospero S. 196 Nr. 12, unvollständig, und S. 86 Textauszug mit italienischer Übersetzung, zu 1210 Mai 31.*

*Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 148. – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 288. – I benedettini a Reggio Emilia 2, Nr. 14. – BFW 402.*

*Bereits Heinrich VI. hatte die Entfremdungen von Klostergut durch Abt Guido für ungültig erklärt; vgl. Böhmer – Baaken 354 vom 7. Juni (1194) (VU I; für die Formulierung der Publicatio). Mehrere Wendungen im vorliegenden Diplom wurden einer Urkunde Papst Lucius´ entnommen (JL 15271 vom 3. Oktober 1184–1185; VU II).*

# Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus.

# Imperatorie maiestatis nostre preclara benignitas[a] ecclesiarum prosperitati intendens bona ipsarum sue protectionis tuitione conservare[b] consuevit et presumptuosa dilapidatione ab ipsis alienata potentie sue virtute cassare. **/I/** Eapropter universis imperii nostri fidelibus presentem paginam[c] intuentibus notum fieri volumus, quod | **/II/** omnes alienationes *, quas[d] Guido quondam abbas[e] sancti Prosperi in Regio concessione, donatione, infeudatione, venditione vel quocumque[f] alienationis modo in rebus monasterii sancti Prosperi[g] sub nostra protectione constituti exercuisse dinoscitur, sicut bone memorie predecessor noster Heinricus Romanorum imperator nullius eas firmitatis[h] vires habere decrevit, ita et nos illas nostre maiestatis auctoritate irritas facimus et presentis pagine robore nunc[i] et in posterum cassas[i] penitus haberi iubemus. Obligationes insuper ab eo factas, nisi detentores, quod dederint, in utilitatem ecclesie conversum fuisse et durasse versum, probaverint, presenti scripto irritamus. Statuimus igitur et nostra firmitate[j] ac auctoritate decernimus, ut vir venerabilis Prosper abbas sepedicti monasterii aut sui[k] successores res[l] ecclesie sue ubicumque deprehensas a supradicto Guidone alienatas libere possit repetere et in pristinos usus non obstante XL annorum, sed centum tantum prescriptione revocare statuentes, quod, si quis debitam

---

[a] benigni *auf Rasur*
[b] *unter* conser *ein Fleck und mehrere kleine Löcher, Unterlänge des* s *teilweise zerstört*
[c] i *aus* a *verb.*
[d] uas *durch Fleck am Rand stark beschädigt*
[e] *zwischen den beiden Oberschäften von* bb *ein kleines Loch im Pergament*
[f] cu *durch Fleck am Rand stark beschädigt*
[g] *durch kleine Tintenflecken etwas beschädigt*
[h] irm *infolge Faltung abgerieben*
[i–i] *auf Rasur, unter* um c *gesperrte* st-*Ligatur erkennbar*
[j] *darüber ein überflüssiges diplomatisches Kürzungszeichen radiert*
[k] *durch Fleck am Rand etwas beschädigt*
[l] *durch Fleck leicht beschädigt*

pensionem per biennium vel triennium, secundum quod lege cavetur, non solverit[m] vel alienando[m] vel alio modo a iure suo ceciderit, dictus abbas et eius successores libere possint repetere et recuperare. In hoc non obstante alicuius loci vel civitatis consuetudine, statuto[n] vel lege, et spetiali consuetudine, "Quod quis non amittat terram propter pensionem non solutam, sed duplum domino prestare teneatur". Huius rei testes sunt: Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Raceburgensis[o] episcopus, episcopus Mantuanus imperatoris vicarius, Passawerra et Monachus iudices. Dat. apud Brixiam XVII[p] kal. iunii, anno incarnationis domini M°CC°X°.

(SP.D.)[q]

---

[m–m] *durch Abreibung beschädigt, über* it *und* na(n) *zwei Löcher im Pergament, Kürzungszeichen über* na *durch Loch leicht beschädigt*
[n] to *durch kleine Tintenflecken etwas beschädigt*
[o] *so wohl A,* a *infolge Faltung stark abgerieben*
[p] *besonders* V *infolge Faltung abgerieben*
[q] *gewebtes Band aus roten und weißen Seidenfäden erhalten.*

## BFW 405.

*Otto nimmt auf dessen Bitten seinen Hofvikar Bischof Heinrich und das Bistum von M a n t u a mit allen zugehörigen Kirchen, Gütern und Besitzungen in seinen Schutz und befreit diese sowie die zum Bistum gehörenden Leute von allen Abgaben und unrechtmäßigen Belastungen.*

*Brescia, 1210 Mai 20*

*Original, 313 + 22 x 333 mm, im Archivio storico diocesano zu Mantua, Archivio della Cattedrale, Serie Pergamene, b. XX – Diplomi, Nr. 2491 (A).*

*Arco, Studi 7, S. 171 Nr. 86 aus Abschrift des 18. Jh. durch Giovanni Battista Visi im Archivio di Stato zu Mantua. – Torelli, L'Archivio capitolare della cattedrale di Mantova S. 69 Nr. 46 aus A. – Nosari in: Postumia 13 (2002) S. 100 Nr. 4 aus der Originalurkunde Karls IV. von 1354 XII 10 (Böhmer – Huber 6130).*

*Donesmondi, Istoria ecclesiastica di Mantova 1, S. 269 (Erwähnung, zu 1212). – Maffei, Annali di Mantova S. 554 (Erwähnung). – Volta, Compendio S. 157 (zu Juni 19). – Arco, Studi 7, S. 38 (Erwähnung, zu Juni 13). – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 288. – BFW 405.*

*Der Text weist geringfügige Anklänge an die Arenga und die Publicatio der Urkunde Friedrichs I. für die bischöfliche Kirche zu Mantua vom 21. Februar 1160 (DF. I. 309) auf, die durch Unterstreichungen gekennzeichnet sind.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Si petitionibus iustis ac rationabilibus in his, que spectant aut pertinent ad loca divinis[a] mancipata cultibus, nostrum prebemus assensum, id nobis non solum ad presentis vite curricula prospere dirigenda, verum etiam ad eterna premia promerenda felliciter[b] credimus profuturum. Quapropter universorum imperii nostri fidelium tam presens noverit etas quam successura posteritas, quod nos ad petitionem dilecti fidelis nostra[c] Heinrici venerabilis Mantuani episcopi et curie nostre vicarii volentes suis laudabilibus ac preclaris serviciis, que nobis dudum exhibuit et imposterum[d] exhibiturum non dubitamus respondere, ipsum et eius episcopatum Mantuanum cum omnibus ecclesiis ad ipsum episcopatum pertinentibus et omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus et rebus ac possessionibus, que nunc habent et de cetero iusto acquisitionis titulo poterunt obtinere, sub specialem nostre maiestatis protectionem recepimus, imperiali auctoritate ipsum[e] episcopatum et ecclesias suas omnes, bona presentia ac futura, homines universos ac singulos ad dictum episcopatum et ecclesias suas pertinentes cum omnibus eorum possessionibus eximentes et imperpetuum absolventes[f] ab omni datia, collecta, angariis, perangariis[g], fodris[h] et ab omni indebito gravamine et onere publice functionis tam civitatis seu loci quam cuiuslibet persone. Statuimus itaque et imperiali edicto firmiter sanctimus, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, capitaneus, potestas seu consul, nulla civitas

[a] *zweites* i *abgerieben*
[b] *so A*
[c] *so A statt* nostri
[d] o *durch Faltung beschädigt*
[e] i *und* m *durch Faltung leicht beschädigt*
[f] a *durch Faltung beschädigt*
[g] gar *von derselben Hand wohl auf Rasur von* riis *verb. und Kürzungszeichen über erstem* a *nachträglich hinzugefügt*
[h] dr *verb.*

comuniter vel separatim, nulla denique persona ecclesiastica vel secularis, alta seu humilis, dictum fidelem[i] nostrum Heinricum episcopum et vicarium curie nostre et eius episcopatum seu ecclesias ad eum pertinentes in personis vel rebus in aliquo contra hanc nostre serenitatis[j] protectionem et absolutionem molestare audeat vel inquietare. Quod qui facere attemptaverit, in ultionem sue[k] temeritatis C libras auri pro pena componat, medietatem fisco nostro et medietatem iniuriam passi. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem inde paginam conscribi iussimus et nostro[l] sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Iohannes Brixinensis episcopus, Hartmannus comes de Wirtinberc, Salinwerra[m] de Ferraria, Cuno de Minzenberc[n], Heinricus de Rauensberc camerarius, Albertus Struzius, Monachus, Rufinus, Presbiter et Iohannes imperialis curie iudices.

# Sinum[o] domini Ottonis quarti Romanorum[p] imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Thedici[q] Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M$^{o}$CC$^{o}$X$^{o}$, XIII$^{mo}$ [r] kal. iunii, imperante glorioso domino Ottone[s] Romanorum imperatore, anno regni eius XII$^{mo}$, imperii vero I$^{o}$. Dat. apud Brixiam per manum Walth(erii) prothonotarii, indictione XIII$^{ma}$.

(SP.D.)[t]

---

[i] lem *durch Abreibung in der Faltung, untere Buchstabenteile von* l *und* e *zusätzlich durch kleines Loch leicht beschädigt*

[j] tis *abgerieben*

[k] su *durch Faltung abgerieben, Oberlänge des* s *zudem durch kleines Loch beschädigt*

[l] n *durch kleinen Riss in der Faltung beschädigt*

[m] *so wohl A,* Salinwera *mit (*e*)*r*-Kürzung versehentlich etwas zu weit links über* we *anstelle von* er

[n] Mizebc *mit Kürzungsstrichen über* ze *und* c

[o] *so A*

[p] *erster Schaft des ersten* m *durch Faltung beschädigt*

[q] *so A,* ed *durch Faltung leicht beschädigt*

[r] *diese Stelle stark verderbt, wohl ursprünglich* VIII$^{o}$*, danach in* XIII$^{mo}$ *verb.*

[s] *am Wortende* oe *mit Kürzungszeichen durch Faltung beschädigt*

[t] *gelbe und weiße Seidenschnüre erhalten.*

# BFW 404.

*Otto bestätigt dem Kloster N o n a n t o l a alle Besitzungen, Rechte und Freiheiten.*

*Brescia, 1210 Mai 20*

*Notarielle Abschrift von 1290 II 1 im Archivio abbaziale zu Nonantola, Cartella XVII Nr. 11bis (B). – Notarielle Abschrift von 1294 VI 30 ebenda, Cartella XVII Nr. 11ter (C). – Notarielle Abschrift von 1345 V 18 (D), heute verloren, davon notarielle Abschrift von 1444 III 16 (D´), heute verloren, davon Abschrift aus der 1. Hälfte des 17. Jh. in der Biblioteca Apostolica Vaticana zu Rom, Barb. lat. 3216 (Ughelli) fol. 269r–281v (D´´).*

*Tiraboschi, Storia di Nonantola 2, S. 341 Nr. 407 aus B. – Gaudenzi in: Bullettino dell´Istituto storico italiano 36, S. 138 Nr. 33 aus BC.*

*Ghirardacci, Historia di Bologna (Tavola), im Index Stichwort Othone IIII (Erwähnung). – de Angelis, Synodus Appendice V, S. 8. – Muratori, Antiquitates Italicae 5, Sp. 685 (Erwähnung) = ed. II. 13, Sp. 736. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 148. – Keunecke, Münzenberger S. 155 Nr. 211. – BFW 404.*

*Die beiden ältesten erhaltenen Abschriften (BC) sind stark beschädigt. Um die Lesbarkeit und Übersichtlichkeit des gebotenen Textes zu gewährleisten und den Anmerkungsapparat nicht zu überlasten, wurde darauf verzichtet, die zahlreichen Fehlstellen einzeln auszuweisen. Durch eckige Klammern gekennzeichnet sind nur jene Stellen, die in beiden Überlieferungen fehlen bzw. unleserlich sind, sich aber aus der nächstältesten Überlieferung (D´´) ergänzen lassen.*
*Arenga, Publicatio und einzelne Wendungen der Narratio stammen aus einer Urkunde König Berengars aus den Jahren 896–899 (ed. Schiaparelli, I diplomi di Berengario I S. 85 Nr. 29) oder aus der auf dieser beruhenden auf den 19. August 899 datierten Fälschung auf den Namen Berengars (ebenda S. 373 Nr. †4; VU I). Als Vorurkunde für weite Teile der Dispositio diente die umfangreiche Fälschung auf den Namen des Langobardenkönigs Aistulf vom 18. Februar 752 (ed. Brühl, Cod. dipl. Longobardo 3/1, S. 128 Nr. 26 Fassung II, VU II).*
*Otto selbst gewährte nur wenige Tage zuvor – mit nahezu identischen Formulierungen – der Kirche S. Prospero zu Reggio Emilia (BFW 402; VU III) eine 100-jährige Präskriptionsfrist.*

(C.)[a] # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina[b] favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # **/I/** Si liberalitatis nostre munere locis deo dicatis quiddam conferimus benefitii[c] et necessitates ecclesiasticas ac petitiones servorum dei nostro relevamus iuvamine atque imperiali tuemur munimine, id nobis, cum ad mortalem vitam temporaliter[d] transeundum[e] et ad eternam feliciter obtinendam, liquido credimus profuturum. Quapropter omnium fidelium sancte dei ecclesie nostrorumque, presentium scilicet ac[f] futurorum, noverit industria, qualiter dominus[g] Raimundus[h] venerabilis abbas Nonantulensis[i] nostram adiit clementiam postulans, ut pro dei honore nostreque anime remedio Nonantulensi monasterio per nostrum preceptum concederemus[j] et confirmaremus[k] omnia, que sibi pertinere videntur in regno Italico[l], sicut ab antecessoribus nostris regibus et imperatoribus sive etiam a pontificibus Romanis eidem monasterio collata sunt, vel etiam cuncta quecumque fideles viri vel femine per quamcumque scriptionem pro suis animabus eidem monasterio largiti sunt *. Cuius petitionibus

---

[a] *Nachzeichnung des Chrismons und der Elongata für Verbalinvocatio und Intitulatio BC*
[b] *folgt noch einmal* divina *B*
[c] beneficiis *C*
[d] specialiter *D´´*
[e] transiendum *B,* transiendam *VU*
[f] et *D´´*
[g] domnus *B,* dompnus *C*
[h] *hier wie in der Folge stets* Raymundus *C*
[i] *hier wie in der Folge stets* Nonantulanus *D´´*
[j] concedimus *D´´*
[k] conferimus *D´´*
[l] Ytalico *C*

annuentes ad imitationem serenissimorum antecessorum nostrorum Ottonis et Federici Romanorum imperatorum[m] divorum augustorum et aliorum, sicut ipsos ex suis autenticis privilegiis aperte fecisse cognovimus, concedimus etiam et confirmamus eidem venerabili abbati Nonantulensis monasterii suisque successoribus in perpetuum. Inprimis, sicuti Flauius Aystulfus[n] rex Longobardorum Anselmo abbati, fundatori eiusdem[o] Nonantulani monasterii, **/II/** concessit, silvam[p] *, que dicitur Gena[q], et loca designata * coherente ab uno latere fluvio Panario et[r] ab alio latere cesa[s], que est inter[t] Persecetanos[u] et suprascriptam silvam usque in Riuum Mortuum, a tertia parte strata publica, a quarta vero parte silve et paludes, una cum basilica beati Martini confessoris Christi. Concedimus etiam et perdonamus predicto monasterio Nonantulensi, quemadmodum et predictus rex Aystulfus concessit, ut in prenominato fluvio Gena nullus hominum potestatem habeat cum navigio pergere aut pontem vel transitum super eum construere, sine licentia abbatis aut rectorum monasterii, qui pro tempore fuerint. Perdonamus etiam eidem monasterio et utrasque ripas predicti fluvii usque ad duodecim[v] pedes, sicuti[w] quandoque decurrerit, ac subtus stratam publicam, ut nullus molendina ibidem edificare presumat usque ad fines illius fluvii absque licentia prefati abbatis suorumve successorum, preter duo molendina, que pertinent ad curtem Pantianam[x]. Et si naves cum mercimoniis[y] in predictum flumen venerint infra prescriptos fines, liberam potestatem habeat predictus Raimundus abbas suique[z] successores ripaticum legaliter exigere. * Confirmamus etiam eidem * monasterio Nonantulensi insulam unam, que esse videtur inter Panarium et fossam, que dicitur Munda, per designata loca, ab oriente predictus fluvius Panarius, a meridie villa Salicetum[aa], ab occidente predicta Fossa Munda et Militaria fossa usque in silvam comunem, et de subtus Fossa Mortua exiens in Panarium; ut nemo in predictis fossis vel fluminibus audeat molendina edificare absque consensu[bb] abbatum sive[cc] rectorum monasterii. Necnon * confirmamus predicto monasterio Nonantulano Canetulum in territorio Mutine cum omnibus pertinentiis suis, sive duas portiones de silva Lupoleto[dd], seu silva Mutianese[ee], Madematica[ff] et Caprianam[gg], Pontenariam et paludes Grumulenses usque in limitem Decimanum, qui

---

[m] *fehlt D´´*
[n] Aystulphus *D´´*
[o] eidem *BCD´´*
[p] silva *BC*
[q] Gona *D´´*
[r] *fehlt B*
[s] cosa *D´´*
[t] intra *D´´*
[u] Perstatanos *D´´*
[v] XII *C*
[w] strate *D´´*
[x] Pancianam *C*
[y] transimoniis *D´´*
[z] suisque *B*
[aa] Pelicetum *D´´*
[bb] concessu *B*
[cc] *wohl* seu *(stark abgerieben) C*
[dd] Lupuleto *C*
[ee] Mucianense *C,* Mutinense *D´´*
[ff] Madematicam *D´´*
[gg] Caprinam *B,* Captiuam *D´´*

percurrit in Gaucianum[hh] et villam Ullianam[ii], et de ipso limite in Panarium veniente[jj] et de via Decimanese, ut habeat omnia usque in Fossatum Finalem cum Decimanese et Ulianese[kk] secundum eorum coherentias, atque ex alia parte fines de Lamese[ll] in casale Modenola[mm] et Luduria, et sicut vadit argile[nn] Salese cum Fossa Quintana seu vico Siculo cum omnibus pertinentiis suis in integrum, cum ecclesia beati Petri apostoli, que ibi ab ipsis massariis ipsius monasterii edificata est, una fine tenente in vico Cucutio atque Tostetum[oo] veniente in Panario, ex alio vero latere in fine Lamese et fluvium Scultennam[pp], qui et Panarius dicitur, deducendi habeat licentiam ubicumque illis melius visum fuerit, et ut nullus inferioris magneve potestatis homo molendina vel portus cum sandonibus[qq] aut naves in ipso fluvio vel lavaturia[rr] edificare audeat aut piscationes facere aut cum navigio pergere sine licentia abbatum suorumque successorum. Igitur * hoc nostro precepto corroboramus prefato monasterio Nonantulano silvas ac paludes sive predictam Fossam Lauaturiam[ss] cum omnibus fossis et campis et legitimas[tt] fine[tt] percurrentibus, item et alia parte fluvius Gena coniungente[uu] se in Rosolese, et utrasque ripas fluvii Panarii usque ad duodecim[vv] pedes in latitudine, sicuti ad publicum pertinuit et sicuti fluvius decurrit undecumque et quandocumque. Corroboramus quidem predicto Raimundo abbati Nonantulensis monasterii suisque successoribus in perpetuum silvam unam in Gaio Lamese, veluti ad curtem nostram[ww] pertinuit, per designata loca ex uno latere currit fluvius Lama, de[xx] alio latere fluvius Moclena, tenente uno capite in limite Polito et alio capite in loco Cornio[yy] et Fraxeno usque in casale Modenula ac Luduria intrante Muclena, et a strata publica usque in Padum. Et in ipsis fluviis, Muclena seu in Luduria Lama[zz], nullus audeat facere molendina nec portum edificare preter abbatum monachorumque licentiam, in quantum fines illorum continent[aaa], et per Padum de subtus usque in fossam, que vocatur Cararia[bbb], atque ex alia parte per Muclenam in iusum[ccc] usque in capite * predicte fosse, et medietatem[ddd] ex piscariis * in territorio Mantuano in loco Sarmata et Bondeno, atque alias piscarias in finibus * Regianis et Flexixianis * in integrum, ex una parte currente

[hh] Gautianum *CD´´*
[ii] Ulianum *B,* Vlianam *D´´*
[jj] *fehlt D´´*
[kk] *wohl* Vlianese *C*
[ll] *mit Kürzungsstrich über erstem* e *C*
[mm] Meclena *aus* Medlena *verb. D´´*
[nn] argele *C*
[oo] Toscetum *D´´*
[pp] Scoltennam *C,* Scultenam *D´´*
[qq] suis navibus *D´´*
[rr] *so BC statt* lavaturiam *VU,* lavatura *D´´*
[ss] Lauaturam *D´´*
[tt–tt] *so BCD´´ statt* per legiptimas fines *VU*
[uu] contingente *D´´*
[vv] XII *C*
[ww] vestram *D´´*
[xx] et *D´´*
[yy] Corino *D´´*
[zz] *wohl mit überflüssigem Kürzungsstrich BC*
[aaa] pertinent *D´´*
[bbb] Carraria *D´´*
[ccc] rissuum *D´´*
[ddd] mediante *D´´*

fluvio Muclena, de[eee] alia parte fluvio Bondeno, uno capite tenente in fossa, que dicitur Firmana seu Uillula[fff], et lacum per Floriana sive per Fossas Scauarioram[ggg] seu Albaretum[hhh] usque in Spinum, alio autem capite in Pado tenente, una cum arboribus et limitibus, qui[iii] infra prescriptas coherentias esse videntur, omnia predicto Raimundo abbati Nonantulensis monasterii suisque successoribus in perpetuum confirmamus, [tam] silvas quam [pas]cua seu [limites ac] paludes omnesque alias fossas et campos seu paludes, undecumque qualescumque[jjj] piscationes fieri solent[kkk], exientes[lll] [vel intrantes[mmm]] ad Trepontio in iusum usque ad Fossam Latam et Gambarionam, cunctas fossas ac paludes, que fiunt de fluvio Bondeno et de Muclena, item[nnn] Tres Seclaria cum campis suis. Insuper etiam concedimus predicto monasterio Nonantulano, ut homines eius et suarum ecclesiarum piscationes licenter exerceant ubicumque eis libuerit, et in toto flumine Padi et in toto nostro imperio. Necnon et hoc concedimus prefato monasterio, ut homines illius neque Papie neque Verone neque Ferrarie neque Comaclo neque in Concinno[ooo] neque in aliquo mercato Italie toloneum reddant. Mercata etiam in propriis * terris et agris construendi licentiam habeatis * conducendi diversa mercimonia negotiatores[ppp]. Cunctumque[qqq] toloneum, ut quicquid de ipsis mercatis exigi potest, fratribus ibidem deo[rrr] famulantibus[rrr] pertineat sine ullius contraditione. Curtem, que dicebatur Duas Robores[sss], que nunc dicitur Nogaria, cum pertinentiis suis et predia quedam locata in portu et fundo Rouerscelle[ttt] una cum capella in honore sancti Zenonis[uuu] edificata[vvv] finibus Veronensium, Spinam quoque Lamberti cum suis pertinentiis et panteriis et Castrum Uetus[www] cum suis pertinentiis et monasterium Sancte Lucie cum ecclesia[xxx] [et omnibus] pertinentiis suis, et Campilla[yyy] et Galiano[zzz] et Samoni et Gadeliano et Verleia et Monteoliueto et Prada Albini et Manzulini[aaaa], Rastillini[bbbb], et castrum et

---

[eee] et *D´´*
[fff] Uilula *D´´*
[ggg] Scauariotam *verb. D´´*
[hhh] Alberetum *D´´*
[iii] que *D´´*
[jjj] qualitercumque *D´´*
[kkk] possent *D´´*
[lll] exigentes *BCD´´*
[mmm] *so (stark beschädigt) wohl B, wohl* inigentes *(stark beschädigt) C,* exintrantes *D´´*
[nnn] idem *C*
[ooo] Contino *D´´*
[ppp] negotiationes *D´´*
[qqq] quecumque *D´´*
[rrr–rrr] de afamulantibus *B*
[sss] Arbores *D´´*
[ttt] Rouerselle *C,* Ronuerselle *D´´*
[uuu] Genonis *D´´*
[vvv] hedificata *C*
[www] Vetus *C*
[xxx] ecclesiis *D´´*
[yyy] Campella *C,* Capella *D´´*
[zzz] Gallian *B, letzter Buchstabe unleserlich,* Saliano *D´´*
[aaaa] Frazulini *D´´*
[bbbb] Rastilini *C,* Bastilini *D´´*

curtem Ceole[cccc] cum pertinentiis suis, et curtem Raigose[dddd] et Solaria et Camuranum et Runcaliam[eeee] et Siccum[ffff] cum omnibus eorum pertinentiis, Faginianium quoque cum universis legalibus et pertinentiis suis in integrum, cum silva de Scloplano[gggg] et castro Sestula[hhhh] et Monte Caluo usque in alpem currentem, nec non massam Lizano et Gabba cum omnibus viculis suis in integrum, cum montibus et vallibus, alpibus ac silvis, servis, proservis seu ancillis, cum omnibus, que dici vel nominari possunt ad eadem loca pertinentibus, eidem monasterio confirmamus. Sancimus[iiii] ergo, ut nullus illorum, qui[jjjj] in predictis locis habitant[kkkk] vel resident[llll] alios homines illuc vocare aut introducere nec placitum illic quisquam tenere presumat nisi rectores * monasterii per se et suum nuntium. Quod si in ipsis silvis aliquis roncora fecerit aut si peculia pabulaverit, redditum, escaticum[mmmm] seu caseum ad fratres Nonantulani monasterii perducat. Ecclesiam quoque Sancti[nnnn] Mamme[oooo] in Lizano cum omnibus suis capellis et hospitale Uallis[pppp] Lomole[qqqq] cum omnibus suis pertinentiis et ecclesiam Sancti Siluestri in Fanano[rrrr] cum omnibus aliis ecclesiis, que in suprascriptis curtibus site sunt cum omnibus eorum pertinentiis predicto monasterio corroboramus sive etiam quantumcumque ipsi monasterio pertinere videtur in toto territorio Bononiense, Mutinense, Regiense et Parmensi et in Sancto Domnino seu in Auceps[ssss] sive in comitatu Placentino, Cremonense, Papiense et Brixiense, Laudense[tttt], Lumiense[tttt], Mediolanense, Taurinense[uuuu], Comano, Veronense, Tridentino, Triuisio, sive quantum ex illa parte Padi sibi pertinere videtur nec non etiam in Luniensi[vvvv] comitatu, Pistoriensi et in Florentino comitatu, ecclesiam Sancti Michaelis cum aliis ecclesiis illic positis et Sanctam Mariam, que dicitur Mamme[wwww] cum hospitale Montis Marzani et cum hospitale Camplani et cum omnibus[xxxx] ecclesiis aliisque pertinentiis suis, et Sanctam Mariam in Auena et Sanctorum Martini et Cipriani cum eorum pertinentiis, et in marchia Camerina[yyyy] seu Spoletina[zzzz] Sanctam Mariam, que dicitur Vallefabrica, cum omnibus suis pertinentiis, et castrum Saxi Ferrati

---

[cccc] Zeolę *D´´*
[dddd] *folgt noch einmal* Raigose *C*
[eeee] Runchaliam *C,* Ronchaliam *D´´*
[ffff] Sichum *D´´*
[gggg] Scoplano *C,* Stoplano *D´´*
[hhhh] Sextula *CD´´*
[iiii] statuimus *D´´*
[jjjj] *fehlt B*
[kkkk] *mit überflüssigem Kürzungszeichen über* nt *C*
[llll] *mit Kürzungszeichen über* nt *C*
[mmmm] ostaticum *D´´*
[nnnn] Sancte *C*
[oooo] Mamæ *D´´*
[pppp] Vallis *CD´´*
[qqqq] Lamolæ *D´´*
[rrrr] *wohl* Fauano *BC*
[ssss] *so B, in C durch Loch im Pergament zerstört,* Anceps *D´´*
[tttt–tttt] Laudense Lumiense fehlt *D´´,* Luminiense *B*
[uuuu] Thaurinense *D´´*
[vvvv] Lunense *C, wohl* Lucen*(*si*) D´´*
[wwww] Mamæ *D´´*
[xxxx] *folgt* aliis *D´´*
[yyyy] Canetina *D´´*
[zzzz] Spolentina et *C*

adicientes, ut nulli hominum liceat homines habitantes vel in futurum volentes habitare in suprascripto castro Saxi Ferrati[aaaaa] exinde removere vel aliquo modo prohibere aut inquietare ullo modo. Seu omnia quecumque in Italico[bbbbb] regno prefato monasterio Nonantulano pertinere videntur, id est ecclesias, cellas, villas, castella, curtes cum terris, vineis, campis, pratis, pascuis, silvis, paludibus, piscariis, molendinis, aquis, rivis, aquarum decursibus, servis et ancillis, aldionibus[ccccc], predicto monasterio corroboramus. Sed hoc sanctimus[ddddd], ut in omnibus silvis monasterii eiusdem nullus comes sive castaldus seu quilibet homo cum canibus v[el] quocumque ingenio venationes[eeeee] exercere presumat sine licentia abbatum aut rectorum monasterii. Precipimus etiam, ut nullus * cuiuslibet ordinis * servos vel ancillas, qui fuga lapsi fuerint, contra abbatem aut prepositum vel advocatum, cum inventi fuerint, * audeat retinere. Simulque etiam confirmamus eidem monasterio preceptales Persecetanos[fffff] * XLVIII, qui nunc sunt vel futuris temporibus ex ipsis aut ex aliis esse voluerint, ut liberam ad monachorum utilitatem peragendam habeant potestatem[ggggg]. Concedimus etiam eidem monasterio[hhhhh], sicut a pontificibus et ab imperatoribus antiquitus constitutum est, ut nullus episcopus ab omni terra monasterii exigat decimationem, nisi abbas, aut quamlibet[iiiii] publicam functionem[jjjjj] *, atque in negotiis sive instrumentis cartarum disrumpendis seu de advocatis, quales et undecumque eligere voluerint, liberam habeant potestatem causam monasterii peragere * absque alicuius potestatis iniuria *, nec non et de inquisitionibus faciendis per idoneos homines de * rebus monasterii per XX annos et eo amplius seu de placitis et de pignorationibus suorum hominum de immunitate, que est in XXX libris argenti, * addimus quippe vobis *, ut[kkkkk] quecumque[kkkkk] persona nobilis aut ignobilis in toto imperio nostro de sacro vel seculari ordine ad predictum * cenobium refugium facere voluerit[lllll] aut res suas ibidem conferre quesierit, non comes aut minister publicus neque missus noster ei contradicere audeat, sed liceat * libera potestate de se suisque * rebus, quicquid voluerit[mmmmm], in eodem monasterio conferre. Volumus * et concedimus, ut quando * vocatione divina abbas ipsius monasterii * de hac luce migraverit, ipsi monachi de ipsa congregatione, qualem inter[nnnnn] se digniorem invenerint, licentiam habeant eligendi abbatem. * Statuimus et modis omnibus iubemus *, quatenus in prefato monasterio res nullas superioris vel inferioris ordinis, nec episcopus nec clericus, non comes aut gastaldius[ooooo] vel rei publice procurator vel quelibet persona invasionem[ppppp] facere audeat in loco

---

[aaaaa] Ferati *C*
[bbbbb] Ytalico *C*
[ccccc] alodionibus *D´´*
[ddddd] sancimus *CD´´*
[eeeee] venatores *B*
[fffff] Persecutarios *D´´*
[ggggg] potestates *B*
[hhhhh] *folgt* ut *BD´´*
[iiiii] qualibet *B*
[jjjjj] functiones *B*
[kkkkk–kkkkk] ubi quecumque *BC,* ubicumque *D´´*
[lllll] voluerint *BD´´, in C zerstört*
[mmmmm] voluerint *C*
[nnnnn] intra *D´´*
[ooooo] castaldius *C,* castaldus *D´´*
[ppppp] mansionem *D´´*

ullo[qqqqq], non ad causas iudicario[rrrrr] more audiendas vel freda[sssss] exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut parafredos seu fideiussores tollendos aut collectam seu bovateriam[ttttt] auferre aut in hostili expeditione gravare vel eos in aliqua factione civitatum cogere presumat, aut homines tam ingenuos libellarios quamque et servos super terram seu proprietatem ipsius ecclesie manentes, emphyteoticarios et suprascriptos preceptales Persecetanos[uuuuu] nullo modo distringendos nec ullas publicas functiones aut redibitiones vel illicitas occasiones requirendas consurgere audeat vel exigere presumat, sed liceat abbas illius[vvvvv] monasterii cum omnibus eidem monasterio subiectis atque hominibus * immuni[tatis nostre] defensionis quieto ordine constare ac pro nobis totiusque imperii nostri stabilitate domini misericordiam * exorare omniumque suprascriptorum causas per se vel per alium, cui commiserit, dictus abbas possit cognoscere et terminare, et super eis plenissimam habere iurisdictionem absque abiectu alicuius[wwwww] et correctionem omnium. Et concedimus eidem abbati eiusque successoribus potestatem dandi tutores et curatores eosque removendi, ubi ius exegerit, per omnes terras et homines abbatie, ubicumque [in nostro] imperio fuerint. Precipimus quoque, ut nec vos[xxxxx], idem Raimundus abbas, nec sui[yyyyy] successores[yyyyy] audeant aliquorum hominum potestatem conferre scriptiones sine consilio et consensu omnium monachorum aut iniuste[zzzzz] disponendarum rerum minoratione[aaaaaa] delegare, sed nec ullus[bbbbbb] monachus[bbbbbb] aliquam [conferre scriptionem[cccccc]], qui sue probatur[dddddd] non esse potestatis[eeeeee], quod, si faceret, robur nullus[ffffff] obtineat. Conferimus etiam sepe iam dicto monasterio olivetum unum ad luminaria ecclesie Nonantulensis prope castellum Aginulfi[gggggg] * et duas casas massaricias *. Quin etiam volumus atque iubemus, quod firmitates eiusdem monasterii iuste [et legaliter affecte], si aliquo modo per aquam aut per ignem sive per pravos homines depredate aut per[hhhhhh] vetustatem[hhhhhh] consumpte sunt, ut ita[iiiiii] ipse deo oblate res firmissime in ipso cenobio[jjjjjj] per istud nostrum preceptum robur obtineant tamquam ipse firmitatis[kkkkkk] [pre oculis] habeantur. Et perdonamus predicto monasterio in perpetuum, ut ex ipso * ceno[bio et de rebus, quas vobis et illi contu]limus vel futuris temporibus dei servitio acquirere poteritis,

---

[qqqqq] illo *D´´*
[rrrrr] iudiciario *D´´*
[sssss] froda *B, zerstört C,* feuda *D´´*
[ttttt] boateriam *C,* boaterium *D´´*
[uuuuu] Persicitanos *D´´*
[vvvvv] ipsius *D´´*
[wwwww] *wohl* alicui *BC*
[xxxxx] nos *BCD´´* vos *(nachträglich korrigiert D´´)*
[yyyyy–yyyyy] suis successoribus *BC*
[zzzzz] in virtute *B, zerstört C, D´´ wohl* ...tate
[aaaaaa] minorantiam *D´´*
[bbbbbb–bbbbbb] ullis monachis *D´´*
[cccccc] *hier D´´ wie stets irrig* stipulationem *statt* scriptionem
[dddddd] probationis *D´´*
[eeeeee] potestas *D´´*
[ffffff] nullius *D´´*
[gggggg] Aghinulfi *CD´´*
[hhhhhh–hhhhhh] pro vetustate *D´´*
[iiiiii] *fehlt D´´*
[jjjjjj] concilio *D´´*
[kkkkkk] firmitates *D´´*

tam ipse abbas quam posteri sui, nullum servitium a nobis vel futuris regibus seu imperatoribus exinde exigatur, nisi pro[llllll] benedictione[llllll] in quadragesimam maiorem XL luceos[mmmmmmm] et in quadragesima sancti Mar[tini simi]liter, et per missum ipsius monasterii consignatos[nnnnnn] in Papiam aut in Mantuam sive * fuerimus Rauennam. Proinde[oooooo] quoniam comperimus ipsum Nonantulanum monasterium iamdiu per multa tempora in benefitiis[pppppp] principibus Italie[qqqqqq] concessum [ac] per hoc nefandis et a christianitate abitiendis precariis et libellariis pene desolutum[rrrrrr] et iniquis scriptionibus ad nichil redactum utpote monasterium, quod a tempore Geroli abbatis absque abbatibus fuit, propterea secundum commune consilium nostrorumque fidelium iudicium statuimus, ut omnes precarie, libellarie, [commu]tationes sive omnes scriptiones vel infeudationes, que ab episcopis vel monachis vel prepositis a temporibus suprascripti Geroli abbatis vel[ssssss] in tempore Bonifacii abbatis[ssssss] et per ipsum Bonifacium[tttttt] vel monachos eius facte sunt, evacuentur, ut[uuuuuu] nullum roborem habeant. Et inquirendi rebus prefate ecclesie nulla prescriptio obici possit nisi centum annorum non obstante lege aliqua, que dicat excludendam esse ecclesiam prescriptione XL annorum excepta ecclesia Romana. Sed similiter cum ea, quantum ad prescriptionem pertinet, ex munificentia nostra[vvvvvv] hec ecclesia habeat prerogativam. Et hoc mandamus omnibus iudicibus, ante quorum presentiam abbas Nonantulanus per se vel per legitimum nuntium negotia sui monasterii tractaturus astare voluerit, pro [certo] scire et in veritate cognoscere, quod illi nostra auctoritate sacramentum calumpnie prestandi[wwwwwww] quadam speciali ecclesiastica[xxxxxx] prerogativa remisimus, ita quod a nemini iudicum[yyyyyy] occasione legis vel alia qualibet iuris occasione prefatum sacramentum prestare cogatur prestando eo semper ab adversario, scilicet dictus abbas vel nuntius petere [ab eo] voluerit, ne simili contra eum valeat uti prerogativa. Item statuimus, ut in inquirendis rebus et recuperandis dicti monasterii Nonatulani nullo umquam tempore constituta seu constitutiones civitatum sive comitum[zzzzzz] vel alterius contra ius commune dicto monasterio valeat opponi aut impedimentum prestare. De imperiali quoque benignitate dicto monasterio Nonantulano addimus, ut omnia, que aliquo modo alienata sunt vel donata, non iure a dicto Bonifacio[aaaaaaa] et a suis monachis de rebus sive possessionibus monasterii[bbbbbbb] Sancti[ccccccc] Siluestri[ccccccc] de Nonantula vel quondam a monasterio Sancti Siluestri fuerint detenta vel

[llllll]–[llllll] per benedictionem *D´´*
[mmmmmmm] lucios *D´´*
[nnnnnn] consignantes *D´´*
[oooooo] pre(sente)m *D´´*
[pppppp] benefitii *B, zerstört C, verderbt D´´*
[qqqqqq] Ytalie *C*
[rrrrrr] dissolutum *D´´*
[ssssss]–[ssssss] *fehlt B, von derselben Hand nach der Zeugenreihe nachgetragen*
[tttttt] Bonefacium *B*
[uuuuuu] et *D´´*
[vvvvvv] unde *C*
[wwwwwww] prestande *BD´´*
[xxxxxx] ecclesiastice *BC*
[yyyyyy] iudicium *D´´*
[zzzzzz] comitatum *D´´*
[aaaaaaa] Bonifatio *B*
[bbbbbbb] *von erster Hand über der Zeile nachgetragen B*
[ccccccc]–[ccccccc] *fehlt D´´*

possessa, concedentes, ut abbas dicti monasterii eiusque successores libere possint repetere ac recuperare **/III/** non obstante prescriptione XL annorum vel aliqua alia nisi sola C annorum prescriptione, adicientes, ut, si quid de rebus vel possessionibus ipsius monasterii vel de his[ddddddd], que quondam possessa vel detenta per dictum monasterium fuerunt[eeeeeee], ab aliquo vel aliquibus detinetur, libere ad monasterium revertantur[fffffff], nisi detentatores iustum titulum et pretium iustum vel investituram iustam et in utilitatem ecclesie versum[ggggggg]. Et dicta omnia dictus abbas et eius successores libere possint repetere et recuperare nulla nisi sola centenali prescriptione obstante et non obstante lege tituli "Quod[1] quisque iuris in alterum[hhhhhhh] statuerit[1] etc.", ita scilicet, quod adversarius contra monasterium eodem iure non possit uti, nec penam in contractibus talibus promissam monasterium ten[ea]tur solvere. Statuentes, quod, si quis debitam pensionem per biennium vel triennium, secundum quod lege cavetur, non solverit vel alienando vel aliquo modo a iure suo ceciderit, dictus abbas et eius successores libere possint repetere et recuperare, in nullo predictorum omnium vel aliquo alio aliqua civitatis vel loci consuetudine, statuto *, et specialiter consuetudine, qua dicitur "quod quis * amittat terram"[iiiiiii] propter pensionem non solutam, set duplum domino prestare teneatur", et non obstante statuto Mutinensis vel alterius civitatis super estimis facto statuentes et imperiali edicto firmiter sanctientes, ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, capitaneus, nulla civitas, nullum comune, nulla denique persona ecclesiastica vel secularis, alta vel humilis, huius nostre institutionis, confirmationis, concessionis et preceptionis paginam in aliquo predictorum ullo[jjjjjjj] modo infringere presumat. Quod qui fecerit, in ultionem sue temeritatis C libras auri puri pro pena [com]ponat, medietatem fisco imperiali et medietatem dicto monasterio Nonantulano. Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam hoc inde privilegium conscribi iussimus et nostre maiestatis sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Henricus Mantuanus episcopus vicarius curie, Iohannes Brixiensis episcopus, Hartamannus[kkkkkkk] comes de Wirtinberc[lllllll], Cuno[mmmmmmm] de Mizenberg[nnnnnnn], Henricus de Rauensburg[ooooooo] imperialis aule camerarius[ppppppp], Salinguerra[qqqqqqq] de Ferraria, Albertus Struzius[rrrrrrr], Rufinus, Presbiter et Iohannes imperialis aule iudices[sssssss] et alii quam plures.

---

[ddddddd] hiis *C*
[eeeeeee] fuerint *D´´*
[fffffff] reddeantur *D´´*
[ggggggg] versam *D´´*
[hhhhhhh] alium *D´´*
[iiiiiii] terrenum *D´´*
[jjjjjjj] nullo *B*
[kkkkkkk] *so B, Lesung in C unsicher, wohl* Hartmannus, Artamanus *D´´*
[lllllll] *verderbt D´´*
[mmmmmmm] Zino *D´´*
[nnnnnnn] Mizinberg *CD´´*
[ooooooo] *Lesung in C unsicher,* au/v *durch Riss zerstört*
[ppppppp] camerarii *BCD´´*
[qqqqqqq] Salinwerra *C,* Salinggera *verb. und mit Kürzungsstrich über* era *D´´*
[rrrrrrr] Stinius *D´´*
[sssssss] iudex *D´´*

# Signum[tttttt] domini[uuuuuuu] Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi[vvvvvvv]. #
(M.)[wwwwwww]

Ego Conradus[xxxxxxx] Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Theodorici Coloniensis archiepiscopi et Italie[yyyyyyy] archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo X$^{mo}$, mense madii, XIII$^{mo}$ kal. iunii, imperante gloriosissimo domino Ottone Romanorum imperatore divo augusto anno regni eius XII$^{mo}$, imperii vero primo. Datum per manum Waltherii prothonotarii apud Brixiam, indictione tertiadecima.

(SP.D.)[zzzzzzz]

---

[tttttt] Sigum *B*
[uuuuuuu] divini *D´´*
[vvvvvvv] iustissimi *D´´*
[wwwwwww] *in D´´ anstelle des Monogramms drei senkrechte Linien*
[xxxxxxx] Cunradus *C*
[yyyyyyy] Ytalie *C*
[zzzzzzz] *kaiserliches Wachssiegel laut notarieller Beglaubigung in C.*

*[1–1] Dig. 2,2,0.*

- . **_Fälschung_**

*Otto nimmt das Kloster N o n a n t o l a unter Abt Raimundus in seinen Schutz, bestätigt ihm die von den Kaisern und Päpsten gewährten Privilegien und Besitzungen, befiehlt allen, die dem Kloster widerrechtlich entfremdeten Güter und Rechte zurückzuerstatten und gewährt zukünftigen Äbten, alle Schenkungen der Kaiser und Päpste unbeschadet bestehender Präskriptionsfristen noch 300 Jahre zurückzufordern.*
*(1209 Oktober 4 – 1218 Mai 18, wohl zu 1210 Mai 20)*

*Abschrift aus der Mitte des 17. Jh. im Archivio di Stato zu Modena, Giurisdizione sovrana 300, Abbazia di Nonantola, Documenti 753-1400, ms. „Registro e collezione delle bolle e diplomi ... della abbazia di Nonantola“, p. 29–33 (D). – Abschrift aus der 2. Hälfte des 17. Jh. im Archivio abbaziale zu Nonantola, Codice Romano-Nonantolano fol. 71r–73v Nr. 44 (E).*

*de Angelis, Synodus Appendice V, S. 23. – Gaudenzi in: Bullettino dell'Istituto storico italiano 36, S. 122 Nr. 31 aus DE.*

In nomine sancte[a] et individue trinitatis. Otto divina favente clementia quartus Romanorum imperator semper augustus. Si res ecclesiarum dei defendere et custodire studuerimus, credimus et indubitanter scimus, quod tranquillius[b] et felicius regnare et in statu prospero permanere poterimus. Quapropter omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam presentibus notum facere volumus, qualiter nos pro salute anime nostre nostrorumque antecessorum regum et imperatorum monasterium, quod est constructum in loco Nonantula, ad honorem omnium apostolorum ac beati pontificis et confessoris Christi Siluestri[c], ubi etiam eius ossa humata requiescunt, ac venerabilem eius abbatem nomine Raymundum et omnes terras, castella[d], bona et possessiones, quas habet vel[e] imposterum domino largiente rationabiliter adipisci poterit, sub nostra imperiali protectione atque tutella suscepimus, ad[f] augmentum quoque gratie nostre omnia, que nunc habet vel in futurum legitime habebit, ei auctoritate imperiali concedimus et corroboramus. Et quoniam celsitudini nostre idem Raimundus[g] abbas plura privilegia, precepta donationis[h] regum et[i] imperatorum presentavit, et maxime Aistulfi[j] Longobardorum[k] regis, domini Caroli[l], Ludouici, Lotharii[m], Berengarii[n], Ottonis[o], Henrici[p] et aliorum imperatorum et regum nec non

---

[a] *hier sowie in der Folge konsequent* æ *oder* ę *D,* ę *E*
[b] tranquilius *E*
[c] Sylvestri *D*
[d] castellos *DE*
[e] et *D*
[f] et *DE*
[g] Raymundus *D*
[h] *fehlt E*
[i] *fehlt E*
[j] Aystulfi *D*
[k] Langbardorum *E*
[l] Karoli *E*
[m] *wohl* Clotharii *E*
[n] Ber … *E*
[o] Otthonis *D*
[p] Enrici *D*

Adriani[q], Leonis, Alexandri, Pascalis[r], Calisti et[s] Innocentii Romanorum pontificum, in quibus continentur donationes multorum bonorum, castrorum, molendinorum, montium, alpium, planorum, campestrium, vallium, nemorum, acquarum[t] et acqueductuum cum multis aliis rebus ad favorem dicte abbatie de Nonantula, quarum rerum alique fuerunt iniuste et malo modo occupate per multas personas et comites, marchiones et alios potentes, volumus et mandamus sub pena indignationis nostre celsitudinis omnibus episcopis, ducibus, comitibus, marchionibus et aliis magnis parvisve personis, que detinent et occupant aliquid de rebus, bonis et iuribus dicte ecclesie Nonantulane contra formam privilegiorum ipsius sine licentia dominorum[u] imperatorum antecessorum nostrorum ac pontificum Romanorum, etiam cum consensu monacorum, statim debeant illi[v] dimittere et relaxare ac consignare dicto domino Raimundo abbati et suo cenobio eiusque successoribus in futurum omnia usurpata, possessa, tenta et occupata non obstante prescriptione aliqua in contrarium, etiam si esset trecentum annorum, nisi a iusto titulo cum consensu imperatorum atque pontificum originem habuisse constaret. Et ut clarius appareat de omnibus, omnia ei auctoritate imperiali concedimus et corroboramus[w], videlicet in primis ipsum castrum Nonantula cum suis villis contiguis, prout aliquando tenuit et possedit et nunc tenet et possidet, item in Mutinensi Castrum Nouum, Spinalambertum, Castrum Uetus, Campilium, Maranum, Castrum Crescente nec non curiam Solarie, curiam Sorbarie, Roncaliarum, Camurane, Grumuli, Sancti Martini in Spino, curte[x] curtilis Gauelli, Sancti Felicis et Albareti atque Trecentule et Pontis Ducis. Item concedimus et corroboramus eidem sancto cenobio predictoque Raimundo[y] abbati[z] et suis successoribus in Bononiensi castrum Sancti Ioannis in Persiceto[aa], castrum Creualcorii, Ronchi Lamberti, castrum Sancte Agathe[bb], nec non Rastilini[cc], Manzolini, Taiuali[dd], Monteronis, Panzani, Castelionis, Cellule[ee], castrum Pactiani cum tota curia, castrum Plumatii ac curiam Vilzacare[ff], castrum Crespellani, Montis Vellii[gg], Seraualis, Samorii, Sauigni, Rufeni[hh], Montis Cereris, Roche Cornete[ii], Iani, Beliuerii[jj] et terram Bagni. Item concedimus et corroboramus in Ferrariensi curiam Bondeni, insulam Vicianam, castrum Tedaldi[kk] et quicquid iacet inter Padum, Buranam

---

[q] Andriani *E*
[r] Pasqualis *D*
[s] *fehlt E*
[t] aquarum *D*
[u] *in D Lesung unsicher,* dd *E*
[v] illa *DE*
[w] *hier wie in der Folge stets* coroboramus *E*
[x] curię *E*
[y] Raymundo *D*
[z] *fehlt D*
[aa] Persicecto *D*
[bb] Agatę *E*
[cc] Rastellini *D*
[dd] Traiuali *D*
[ee] Celulę *E*
[ff] Vilzacharę *E*
[gg] Velii *E*
[hh] Ruffeni *D*
[ii] Cornettę *D*
[jj] Beriuerii *D*
[kk] Thedaldi *E*

et Voluulum[ll] et in Corigio Uiride; item in Veronensi totam curtem Nogarie et curtem ad Duas Robores et silvam Ostilie[mm] in confinibus Mantuanorum; item in Regensi[nn] castrum Cartioli cum curia[oo] Cele[pp], curiam Quarantule cum castro Mirande, item curiam Sancti Ambrosii de Situla et curiam totam Curticelle[qq]; et in Parmensi castrum Arquatum; item in Assisino[rr] Eugubino et Nucerino castrum Saxiferrati cum pertinentiis suis, castrum et curiam Ualis Fabrice ac curiam Sancti Donati, serram Sancti Abundi[ss]; omnia[tt] in omnibus cum suis ecclesiis, campis, pascuis, planis et montuosis, cultis et incultis, rupibus[uu], rupinis, silvis, nemoribus, molis, molendinis, acquis et aquarum decursibus[tt], item intra civitates Bononie, Mutine, Regii, Ferrarie, Parme, Placentie, Papie, Cremone, Verone, Taruisii, Mediolani et alias civitates omnes ecclesias, iura et bona, que nunc possident seu a trecentum annis ultra possidebant[tt]. Concedimus quoque et corroboramus predicto Raimundo abbati et successoribus suis flumen Scultenam[vv], quod[ww] dicitur Panarius, ubi derivatur usque in Padum, et ripas eiusdem usque ad[xx] duodecim pedes in latitudine ab utroque latere dicti fluvii, quod nullus audeat vel presumat aquam de dicto flumine quoquomodo[yy] extrahere nec molendina edificare, pontes passus in dicto flumine vel in eiusdem ripis facere vel construere sine expressa licentia predicti abbatis et suorum successorum. Concedimus etiam et perdonamus predicto Raymundo abbati et suis successoribus et eius monasterio canale, quod dicitur Zene, quod si extrahitur de dicto flumine[yy] Scultenna[zz] seu Panarii et utraque ripas predicti canalis usque ad duodecim pedes sicuti quantum decurrit, quod[aaa] nullus audeat vel presumat molendina, pontes, transitus vel edificia[bbb] aliqua super eum[ccc] construere vel edificare sine expressa licentia predicti abbatis et suorum successorum, preterquam duo molendina, que pertinent ad curiam Pantianam. Et qui contrafecerit, cadat in penam librarum centum auri. Rogamus[ddd] etiam omnes successores nostros imperatores et reges omnesque pontifices et episcopos, ut pro dei amore et per quantum carum haberent sua recte facta a posteris custodiri, ut contra nostrum hoc preceptum nullo modo cogitent tollere vel immutare, sed permittant[eee] omnia ad usus dicti sancti cenobii integre[fff] permanere et ad substentationem pauperum et monacorum, prout ab initio

---

[ll] Uoluulam *E*
[mm] Hostiliæ *D*
[nn] Reggiensi *D*
[oo] terra *D*
[pp] Cileæ *D*
[qq] Corticellæ *D*
[rr] Asisino *E*
[ss] *folgt noch einmal* et curiam Sancti Donati *DE*
[tt–tt] omnia – decursibus *folgt nach* possidebant *E*
[uu] apibus *D*
[vv] Scultennam *D*
[ww] quę *D*
[xx] in *D*
[yy–yy] quoquomodo – flumine *fehlt E*
[zz] Scultene *E*
[aaa] et *E*
[bbb] edifficia *E*
[ccc] eo *D*
[ddd] rogantes *D*
[eee] permitant *E*
[fff] integra *E*

donata et concessa fuere. Quod[ggg] si quis dux, marchio, comes aut alia parva magnave persona ausu temerario contravenire presumpserit, penam librarum quingentarum puri auri sciat se compositurum, medietatem fisco nostro et medietatem eidem cenobio sciat se compositurum. Quod ut certius credatur et a posteris observetur, de subtus manu nostra signari et de anuli[hhh] nostri iussimus impressione communiri.

---

[ggg] *fehlt D*
[hhh] annuli *D,* anulli *E.*

## BFW 401.

*Otto nimmt auf Bitten des Priesters und Kanonikers der bischöflichen Kirche Johannes die von Bischof H(artbert) neu eingesetzten Kanoniker der Kirche St. Andreas zu H i l d e s h e i m in seinen Schutz, bestätigt dieser allen gegenwärtigen und zukünftigen Besitz und befreit sie und ihre Güter von jeder Vogtei.*

*Brescia, 1210 (Mai 15–21)*

*Original im Niedersächsischen Landesarchiv zu Hannover, Andreasstift Nr. 3, 1943 unter Kriegseinwirkung verbrannt (A), davon zwei Abschriften des 19. Jh. im Archiv der MGH (A´ und A´´). – Abschrift des 14./15. Jh. in der Dombibliothek zu Hildesheim, Hs. 320, fol. 22r–22v Nr. 59 (C).*

*Sonnemann, Licita legitimaque defensio, Registrum S. 4 Nr. 5. – Winkelmann, Acta 1, S. 53 Nr. 57 aus A (w). – Doebner, UB Stadt Hildesheim 1, S. 31 Nr. 60 aus A (d) zu April 15–20. – Janicke, UB Hildesheim 1, S. 608 Nr. 636 aus A (j).*

*Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 157 Nr. 16 (mit teilweiser Wiedergabe der Datierung). – Bertram, Geschichte des Bisthums Hildesheim 1, S. 217 (Erwähnung). – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 734 (zu [April] 1210). – BFW 401.*

*Als Vorurkunde diente BFW 14627 vom 22. Mai 1209.*

(C.)[a] # In[b] nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus[b] # huius nominis quartus. Non dubitamus deo omnipotenti esse acceptum, quicquid ad sui honoris gloriam laudemque[c] spectare cernitur, si ea pro dignitatis nostre excellentia promovere studuerimus sperantes ab eo nos recepturos eternam coronam et vitam, si ei[d] fideliter et studiose pro impensis beneficiis gratias debitas retulerimus. Inde est, quod notum facimus universis tam presentibus quam futuris, qualiter nos ob eterne retributionis intuitum canonicos in ecclesia sancti Andreę a fideli nostro H(artberto) Hildensemensi episcopo de novo institutos et in eadem civitate positos sub spetialem imperialis nostre sublimitatis protectionem successorumque nostrorum recepimus ob suplicem etiam postulationem Iohannis presbiteri clerici nostri plebani eiusdem ecclesie maioris ecclesie canonici, qui ipsum locum adiuvante episcopo plurimum promovit. Confirmamus autem auctoritate nostre imperialis[e] sublimitatis eidem ecclesie quecumque in presentiarum possidet et que in posterum concedente deo iusto acquisitionis titulo adipisci poterit. Ecclesiam insuper ipsam ab advocatorum iugo liberam esse volumus ita, quod nullus episcopus bonis ecclesie de cetero presumat advocatum statuere. Quod si fecerit, tale factum irritum esse volumus. Quapropter mandamus sub optentu gratie nostre districte precipientes, ut nulli deinceps licitum sit ipsam ecclesiam et personas ibidem deo servientes nullatenus molestare aut in bonis suis aut in personis. Quod qui atemptare[f] presumpserit, quamquam tremendi iudicis vindictam, nostre tamen serenitatis offensam se non dubitet incursurum. Ad cuius rei perpetuam notitiam presentem paginam inde conscribi iussimus et imperialis maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Curradus[g]

---

[a] *fehlt C, allerdings Raum für eine noch auszuführende zweizeilige Initiale* C *freigelassen, die am Rand vom Schreiber vorgeschrieben wurde*
[b–b] In – augustus *in Elongata laut j, unterstrichen A´*
[c] *A laut dj* laudenque
[d] ea *C*
[e] *folgt* maiestatis *C, darüber* sublimi
[f] *so A laut A´A´´wdj,* attemptare *C*
[g] *so A laut A´A´´wdj sowie C*

Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Henricus Mantuanus episcopus imperialis aule vicarius, Guillelmus[h] Aquensis prepositus, magister Iohannes Marchus[i] domini imperatoris clericus, Wualfredus de Turicella et Bertramus Salimbene Papiensis imperialis curie iudices et alii quam plures inde testes.

Dat. Brisie anno dominice incarnationis millesimo[j] ducentesimo decimo[j], indicione[k] XIII[l], regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore invictissimo[m], anno regni eius XII, imperii vero primo. (M.)

(SP.2.)[n]

---

[h] Guilermus *d*
[i] *fehlt C*
[j–j] *so A laut A´A´´wdj,* M°CC°X° *C*
[k] *so A laut A´A´´wdj,* indictione *C*
[l] *so A laut A´A´´wdj,* XIII[a] *C*
[m] invicessimo *C*
[n] *laut A´A´´wdj an grüner Seidenschnur.*

## BFW 403.

*Otto nimmt das Nonnenkloster S. Giulia zu B r e s c i a und dessen Äbtissin* Bellintend *mit allen Besitzungen in seinen Schutz, gewährt ihm eine Reihe von angeführten Rechten, besonders die Befreiung vom Kalumnieneid sowie eine Verjährungsfrist von 100 Jahren, und bestätigt die von Kaiser Friedrich und anderen Vorgängern dem Kloster gewährten Privilegien.*

*Brescia, 1210 Mai (15–21)*

*Original, 388 (–395) x 20 (–25) + 351 mm, im Archivio di Stato zu Brescia, Archivio storico del comune, Fondo di religione, busta 2, Nr. 23 (A).*

*Donesmondi, Istoria ecclesiastica di Mantova 1, S. 269 (Erwähnung). – Maffei, Annali di Mantova S. 554 (Erwähnung). – Baitelli, Annali istorici S. 62 (ital. Übersetzung) = ed. II. S. 81. – Margarini, Bullarium Casinense 2, S. 240 wohl aus A.*

*BFW 403.*

*Als Vorurkunde diente ein Diplom Lothars III., DL. III. 99 vom 9. Oktober 1136.*

# Otto # quartus[a] divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Notum facimus universis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos divine miserationis intuitu volentes ecclesias cum earum iure conservare illesas, monasterium beate Iulie situm in civitate Brisia cum Bellintend religiosa muliere abbatissa et monachabus eiusdem monasterii tam presentibus quam futuris et omnia bona et possessiones[b] dicti monasterii, quas nunc habent vel de cetero iuste acquisierint, in maiestatis nostre spetialem recipimus protectionem, et possessiones atque tenutas omnes eidem monasterio datas imperiali confirmamus auctoritate. Preterea interdicimus, ne aliquod comune civitatis vel alicuius loci vel aliqua persona seu persone impedire vel molestare presumant predictam abbatissam et eius sorores, que nunc sunt vel pro tempore fuerint, seu nuntios earum deducere vel deportare fructus, quos de redditibus suis percipiunt[c] vel perceperint, in quocumque episcopatu sint, ad utilitatem[d] dicti monasterii ad quemcumque locum voluerint. Indulgemus etiam dicto monasterio, quod aliqua prescriptio preteriti temporis non possit obici vel opponi dicto monasterio in aliqua causa, nisi fuerit centum annorum. Et si contingerit dictum monasterium causas habere cum aliqua persona, eiusdem monasterii abbatissa non cogatur subire calumpnie sacramentum nisi per sindicum suum. Concedimus insuper prenominato monasterio communia terrarum suarum et omnes invasiones factas de pothero dicti monasterii et spetialiter invasionem de Nubolaria. Ad hec imitantes vestigia divorum predecessorum nostrorum sanctiones et privilegia a venerabilis memorie Frederico quondam Romanorum serenissimo imperatore aliisque nostris antecessoribus prefato monasterio indulta, veluti in eorum autenticis scriptum invenitur, approbamus et corroboramus atque imperiali auctoritate confirmamus. Statuimus igitur et imperiali sanctimus edicto, quod nulla[e] omnino de cetero persona humilis vel alta, ecclesiastica[f] vel secularis, contra predicta dictum

---

[a] *Initiale* Q *in gleicher Art wie die Elongata ausgeführt, rundes Schluss-*s *in die Breite gezogen*
[b] *letztes* s *nachträglich eingefügt*
[c] *Kürzungsstrich über* ut *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[d] *Kürzungsstrich über* te *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[e] a *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[f] cle *leicht abgerieben, darunter kleines Loch in der Faltung*

monasterium molestare seu inquietare[g] presumat. Quod quicumque facere temptaverit[h], sexaginta libras auri puri pro pena componat, medietatem camere nostre et reliquam medietatem predicto monasterio. Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius custodiatur, presentem paginam inde conscribi iussimus et imperialis maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Henricus Mantuanus episcopus imperialis aule vicarius, Wilielmus marchio[i] Malaspine, alme Vrbis prefectus, comes Artemannus de Wirtenberc, comes Armannus de Arcberc et alii quam plures. Dat. Brisie, millesimo CC$^{o}$X$^{o}$, indictione XIII, in mense madii.

(SP.D.)[j]

---

[g] *erstes* e *infolge Faltung leicht abgerieben*
[h] temptauerit *A, erster Schaft des* u *durch Faltung leicht abgerieben*
[i] *über* r *Tintenfleck*
[j] *gewebtes Band aus grünen und gelben Seidenfäden erhalten.*

## BFW 406.

*Otto kassiert gemäß einem auf Klage Bischof Friedrichs von T r i e n t gefällten Spruch seines Hofgerichts die Ulrich von Arco von König Philipp zum Schaden des Bistums Trient erteilte Erlaubnis, zu Arco und Torbole Zoll und Maut einzuheben, und verspricht dem Bischof, dass weder Ulrich von Arco noch dessen Erben oder jemand anderer dort Zölle fordern dürfen.*

*Orzi, 1210 wohl Mai 16–23*

*Original, 296 x 320 (–335) mm, im Archivio di Stato zu Trient, Archivio del Principato Vescovile del Trento, Sezione Latina, capsa 30, Nr. 2 (A).*

*(Bonelli), Notizie istorico-critiche 2, S. 521 Nr. 65 aus notarieller Abschrift von 1215 VIII 28 = (Baroni-Cavalcabò), Idea della storia della Valle Lagarina S. 246 Nr. 40. – Curzel – Varanini, Documentazione dei vescovi di Trento S. 388 Nr. 151 aus A, zu Mai 26.*

*Curzel, Il codice Vanga S. 95 (Abb.).*

*Dominez, Reg. cronologico di Trento Nr. 96 (zu Juni 25). – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 161. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 55 (mit Textauszügen und Wiedergabe der Datierung). – Curzel, Il codice Vanga S. 94 Nr. 2 (zu Mai 26). – BFW 406.*

(C.) # In nomine sanctę et individue trinitatis. Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. # Pium est et nostram decet mansuetudinem, ut ad ipsius laudem et honorem, cuius nos gratia mirabiliter exaltavit, omnium ecclesiarum intendamus profectibus, et siquid malignorum conatibus noverimus in earum gravamen et iniuriam perperam attemptatum, ad tramitem iustitię diva reducere studeamus constitutione. Quapropter universis imperii fidelibus tam presentis evi quam futuri duximus innotescendum, quod accedens ad maiestatis nostre presentiam apud Augustam dilectus princeps noster Fridericus venerabilis Tridentinus episcopus uná cum ecclesie sue familia nobis exposuit et conquestus fuit, quod preteritis diebus, cum imperium[a] in discordia et turbatione esset constitutum, antecessor noster bonę memorię rex Phylippus in preiuditium et dampnum ecclesie Tridentinę V%olrico de Arcu de theloneo sive de muta accipienda apud Arcum et apud Turbulum quandam de novo fecisset concessionem postulans attentius per principum, qui aderant, et curie nostre sententiam inquiri, si concessio taliter facta valere deberet. Super quo, quid iuris foret, cum a fidelibus imperii et curię[b] nostrę prudentioribus diligenter perquireremus, talis data[c] est et ab omnibus approbata[d] sententia, quod memorata concessio ad lesionem Tridentinę ecclesię inordinate facta nullum prorsus debeat habere vigorem vel quod ipse Vlricus huius concessionis occasione aliquod in consuetum ibidem theloneum sive mutam exigere non posset. Cum igitur ecclesiarum iura tueri et ipsarum obpressioni subvenire velimus, concessionem thelonei sive mutę a supradicto rege Phylippo factam penitus cassamus et Vlrico de Arcu, ne ipse vel sui heredes aut aliquis pro ipsis ammodo ibi theloneum accipiant, firmiter inhibemus antefato episcopo suisque successoribus fideliter pollicentes, quod numquam Vlrico de Arcu in eisdem locis vel alibi alicui personę, ut aliquam magnam parvamvé thelonei sumat exactionem, concedemus vel prebebimus auctoritatem

---

[a] *erstes* i *wohl nachträglich hinzugefügt und danach in* I *verb.*
[b] cu *durch kleines Loch beschädigt*
[c] *zweites* a *wohl verb.*
[d] *letztes* a *wohl verb.*

statuentes et imperiali edicto sanctientes, quod nullus decetero hominum nullaque omnino persona humilis vel alta, parva vel magna, ecclesiastica vel secularis, contra hoc serenitatis nostre privilegium venire presumat. Quod quicumque facere attemptaverit, in ultionem temeritatis suę mille marcas auri puri pro pena componat[e], quarum medietas fisco nostro, reliqua iniuriam passo persolvatur. Ad cuius rei perpetuam evidentiam[f] presens[g] privilegium inde conscribi iussimus et imperialis[h] maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: marchio de Baden, comes Hartmannus de Wirtenberc, comes Hermannus de Harbberc[i], comes Armannus de Gwidene, Beringerus de Rauensteîne, Albertus Strucius de Cremona imperialis curie iudex, Walfredus de Turricella Papiensis, Arnoldus Strucius[j] Placentinus imperialis curie iudices, alme Urbis prefectus, Salinguerra de Ferraria, Philippus de Placentia et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum inperatoris[k] invictissimi. # (M.)

Ego Cu%onradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini[l] Theodorici Coloniensis arciepiscopi[m] recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis[n] millesimo ducentesimo decimo, indictione terciadecima, regnante domino Ottone Romanorum imperatore invictissimo, anno[o] regni eius duodecimo, imperii vero primo.

Datum apud castrum, quod dicitur Vrci, per manum Waltherii prothonotarii die dominico septimo kal. iunii.

(SP.D.)[p]

---

[e] *über* at *Loch im Pergament*
[f] en *durch Faltung beschädigt*
[g] p *und Unterlänge des ersten* s *durch Loch beschädigt*
[h] *unterer Schaft des* p *durch kleines Loch zerstört*
[i] *zunächst wohl* Harbac *A, danach aber sofort zweites* a *in* b *mit Kürzungsstrich verb.*
[j] *so A statt* Strictus
[k] *so A*
[l] *Bogen des* d *durch Loch zerstört*
[m] *so A*
[n] *zweites* a *durch Loch stark beschädigt*
[o] *erstes* n *(vielleicht aus* u*) verb.*
[p] *Plica und Siegel fehlen.*

## BFW 407.

*Otto bestätigt der Stadt P a r m a mit dem Konstanzer Frieden (DF. I. 848) verliehene Regalien und Gewohnheiten, mit welchen er für die Stadt den Podestà* Paganus Alberti Egidii *und die genannten Boten investiert.*

*Lodi, 1210 Mai 26*

*Original, 670 + 60 (–69) x 460 mm, im Archivio di Stato zu Parma, Comune di Parma, Diplomatico, Cassetta 4140, Ottone IV, 1210 maggio 26 (A).*

*Statuta civitatis Parmae (1494) fol. 8v–9r = Statuta magnificae civitatis Parmae (1590) fol. 7v–8v, = (De Colla), Apologia per la scrittura 3, S. 361 Nr. 1 (Auszug) und S. 91 (Regest). – Affò, Storia di Parma 3, S. 65 f. (Erwähnung) und S. 323 Nr. 27 aus A = Calcagno, Conti di Lavagna S. 47 Anmerkung 35. – Ronchini, Statuta communis Parmae S. 272 nach Statuta 1494 und Affò, kollationiert mit A und Zeugenreihe und Eschatokoll aus diesem ergänzt.*

*Angeli, Historia di Parma S. 108 (zu 1217). – Muratori, Antichità Estensi 1, S. 393. – Robolini, Notizie 4/1, S. 82. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 148. – Keunecke, Münzenberger Nr. 213. – BFW 407.*

*Aus der Vorurkunde, dem Frieden von Konstanz Friedrichs I. mit dem Lombardenbund vom 25. Juni 1183 (DF. I. 848; VU), wurden neben dem Beginn der Arenga die Bestimmungen 1, 4, 7, 10, 14, 17 und 32 wiederholt.*

(C.) # In nomine sancte et individividue[a] trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Imperialis clementie mansueta serenitas eam semper in subditis disspensationem[b] favoris et gratie habere consuevit et ipsis, quorum fides et devotio semper sincera et pura circa imperium est inventa, copiosis benefitiis respondere. Quapropter universorum imperii nostri fidelium tam presens noverit etas quam successura posteritas, quod nos attendentes sinceram fidem et devota servitia, que dilecti fideles nostri cives Parmenses iam dudum imperio exhibuerunt et imposterum[c] ipsos exhibituros speramus, ad imitationem serenissimorum antecessorum nostrorum Friderici Romanorum imperatoris divi augusti et Heinrici tunc regis Romanorum augusti, sicut ipsos ex suo autentico apud Constantiam facto privilegio inter ipsos et civitates Lombardie aperte fecisse cognovimus, concedimus ipsi civitati Parmensi regalia et consuetudines * tam in civitate quam extra civitatem imperpetuum videlicet *, ut in ipsa civitate Parmensi omnia habeat, sicut hactenus habuit vel habet; extra vero omnes consuetudines sine contradictione exerceat[d], quas ab antiquo exercuit[e] vel exercet: * in fodro, colta, nemoribus, pascuis, publicis, pontibus, aquis et molendinis, sicut ab antiquo habere consuevit vel habet, in exercitu, munitionibus civitatis, plena iurisdictione tam in criminalibus causis quam in peccuniariis in civitate Parmensi et in omnibus personis et extra in omnibus personis et terris episcopatus, comitatus et districtus Parmensis et in ceteris omnibus, que spectant ad comoditatem civitatis Parmensis. Et si quis * super hiis, que iamdicte civitati concessimus vel permisimus sive in civitate vel extra civitatem, querimoniam apud maiestatem nostram deposuerit, eius querimoniam non admittemus et silentium ei imponemus. * Privilegia et omnia data et concessiones, que in preiudicium vel dampnum civitatis Parmensis ab antecessoribus nostris vel nobis sive nuntiis nostris alicui persone, loco vel locis indulta sunt, cassamus et in irritum

---

[a] *so A*
[b] *so A*
[c] *erstes* m *durch Fleck beschädigt*
[d] t *und wohl* q *zu Beginn des nächsten Wortes verb.*
[e] x *durch Tintenfleck beschädigt*

deducimus. In causis vero appellationum[f] si quantitas XXV libras imperialium[g] excesserit, appellatio ad nos fiat[h], * ita tamen, quod non cogantur in Alamaniam ire, set nos habebimus proprium nuntium in ipsa civitate vel eius episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat et iuret, quod bona fide causas examinabit et diffiniet secundum[i] leges[i] et consuetudines et mores civitatis Parmensis infra duos menses[j] a contestatione litis vel a tempore appellationis recepte, nisi iusto impedimento vel[k] consensu utriusque partis remanserit. Item volumus, quod precarie et libellaria[l] in suo statu permaneant secundum consuetudinem civitatis[m] Parme non obstante lege *, que dicitur imperatoris Friderici. Item dicte civitati Parmensi concedimus, ut liceat eius civibus civitatem ipsam munire et extra munitiones facere statuentes, quod, si qua disscordia[n] de feodo orta fuerit inter nos et aliquem, qui sit de ipsa civitate Parmensi vel episcopatu, per pares ipsius civitatis et episcopatus * secundum consuetudines illius civitatis in eodem episcopatu terminetur, nisi nos in Lombardia fuimus. Tunc enim in audientia nostra[o], si nobis placuerit, causa agitabitur. Hec omnia et alia universa, que continentur in privilegio facto et concesso[p] generaliter civitatibus societatis Lombardie per dominum Fridericum imperatorem et Heinricum serenissmum tunc Romanorum regem divos augustos, specialiter civitati Parmensi, concedimus et confirmamus. Et Paganum Alberti Egidii potestatem Parmensem nomine ipsius civitatis et nuntios Bouerum, Iacobum Abraeę[q] et Gerhardum iudicem et Hugolinum Iuliani et Widonem Stephani notarium de his omnibus investimus et imperiali auctoritate corroboramus statuentes et firmiter precipientes[r], ut nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, capitaneus[s], nulla civitas, nullum comune[t], nulla denique persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, dictam civitatem contra hanc nostre serenitatis concessionem, confirmacionem et dationem molestare in aliquo presumat vel aggravare vel sine legali iudicio[u] disvestire. Quod qui[v] facere attemptaverit, in ultionem sue temeritatis centum libras auri puri, dimidium fisco nostro[w] et dimidium dicte civitati pro pena componat. Ad cuius rei certam imposterum evidentiam[x] presentem inde paginam conscribi iussimus et nostre maiestatis sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Aldericus Laudanus episcopus, Iacobus Taurinensis episcopus, Wilhelmus Accuensis prepositus, Hartinmannus comes de Wirtinberc,

---

[f] *erstes* a *durch Rasur des unteren Teils aus* l *verb.*
[g] *zweites* i *wohl aus* l *verb.*
[h] iat *am Zeilenende etwas abgerieben*
[i–i] secundum le *am Zeilenende etwas abgerieben*
[j] m *infolge Faltung beschädigt*
[k] *über* l *kleines Loch in der Faltung*
[l] libel *am Zeilenende etwas abgerieben*
[m] s *infolge Faltung etwas abgerieben, darüber ein kleines Loch*
[n] *so A*
[o] a *wohl verb.*
[p] con *infolge Faltung beschädigt, über* ce *ein Loch in der Faltung*
[q] *so oder* Avraeę *A*
[r] *erstes* p *durch Fleck verblasst*
[s] n *aus* e *verb.*
[t] *wohl Rasur über* m
[u] *erstes* i *und* o *stark abgerieben*
[v] i *durch Fleck beschädigt*
[w] *zweites* o *wohl aus* e *verb.*
[x] v *verb.*

Cuno de Mizenberc, Heinricus de Rauensburc camerarii, Salinwerra de Ferraria, Ysaac de Douaria potestas Papie, Albertus Struzius, Passawerra et Iohannes de Pado imperialis curie[y] iudices.

# Sinum[z] domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Cunradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Thederici[aa] Coloniensis archiepiscopi et Italie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec[bb] anno[cc] dominice incarnationis millesimo CC°X°, septimo kalendas iunii, glorioso domino Ottone Romanorum imperatore imperante, anno regni eius XII[mo], imperii vero primo; dat. apud Laudam per manum[dd] Waltherii prothonotarii, indictione tertiadecima.

(SP.2.)[ee]

---

[y] *darüber überflüssige* ur-*Kürzung radiert*
[z] *so A*
[aa] thdici *mit Kürzungsstrich durch* h *und* er-*Kürzung an* d
[bb] ec *wohl auf Rasur*
[cc] *erstes* n *verb.*
[dd] *unterer Teil des* a *durch Loch in der Faltung etwas beschädigt*
[ee] *an geflochtener grüner Seidenschnur.*

## BFW 409.

*Otto bestätigt dem Podestà Uberto Visconti und der Kommune von B o l o g n a die Zivil- und Kriminalgerichtsbarkeit sowie alle guten Gewohnheiten, die diese seit der Zeit Kaiser Friedrichs (I.) und Heinrichs (VI.), in der Stadt und im Bistum innehatte, vorbehaltlich der hiermit nicht gewährten Rechte des Reichs und der Stadt.*

*Vercelli, 1210 Mai 30*

*Abschrift von ca. 1220 im Archivio di Stato zu Bologna, Comune, Governo, Registro grosso I, fol. 183v–184r (B).*

*Saccus, Statuta 2, S. 417 Nr. 4 aus B und Abschrift davon im Registro nuovo. – Muratori, Antiquitates Italicae 4, Sp. 281 aus Abschrift im Registro nuovo = ed. II. 10, Sp. 215, = (Savioli), Annali Bolognesi 2/2, S. 310 Nr. 393, = La Farina, Studi 4, S. 650 Nr. 3.*

*Ghirardacci, Historia di Bologna S. 114. – Giulini, Memorie di Milano 7, S. 241 (Erwähnung) = ed. II. 4, S. 177. – Moriondus, Mon. Aquensia 2, S. 553 Nr. 54. – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1111 (Erwähnung). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 148. – Trombetti Budriesi – Duranti, Libri iurium 1, Nr. 349. – BFW 409.*

*Otto beruft sich im Text auf die Verfügungen Friedrichs I. und Heinrichs VI. Tatsächlich existiert keine Urkunde Barbarossas für die Kommune von Bologna. Zur einzigen bekannten Urkunde Heinrichs VI. für die Stadt vom 12. Februar 1191 (Böhmer – Baaken 124), mit welcher er ihr das Münzrecht gewährte, bestehen nur sehr geringfügige textliche Berührungen, die durch Petitdruck gekennzeichnet sind.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper[a] augustus. # Consuevit imperialis excellentia fidelium suorum affectionem pariterque sinceram devotionem provida metiri considerationis acie et iustis ipsarum inclinata postulationibus multimoda eis et preclara sue liberalitatis[b] benefitia cum plenitudine gratie favorabiliter impertiri. Eapropter universis fidelibus imperii tam presentis evi quam futuri duximus innotescendum, quod nos pre oculis habentes pure fidei constantiam et dilectionis fervorem, quam[c] erga nos semper[d] habuerunt fideles[e] nostri Vbertus Vicecomes Bononiensium potestas et eiusdem civitatis comune, animadvertentes[f] quoque magnifica, que pro comodo et honore imperii nobis prestare possunt, obsequia de imperiali clementia predicte universitati damus, concedimus et confirmamus, quecumque habuit et tenuit in iurisdictionibus tam civilium causarum quam criminalium, tam ordinariarum[g] quam extraordinariarum[h] et in offitialium creatione et ceteris bonis consuetudinibus et tenutis habitis vel detentis temporibus antecessorum nostrorum Frederici et Henrici Romanorum imperatorum, queve nunc habet et tenet dicta universitas in civitate Bononie vel extra in eius episcopatu, salvis in ceteris non concessis iustitiis et rationibus tam imperii quam ipsius civitatis. Statuimus itaque et imperiali firmiter sanccimus edicto, ut nulla unquam[i] persona humilis vel alta, ecclesiastica sive secularis, ausa sit contra hanc maiestatis nostre donationem, concessionem[j] atque confirmationem venire vel predictam universitatem Bononiensem in

[a] senper *B*
[b] libertatis *B*
[c] *so B*
[d] senper *B*
[e] fidelis *B*
[f] anima advertentes *B*
[g] ordinariorum *B*
[h] extraordinariorum *B*
[i] *mit überflüssigem Kürzungsstrich über* un *B*
[j] ionem *durch Fleck beschädigt B*

te[nutis][k] suis aliquatenus molestare. Quod (si quis)[l] ausu[m] temerario facere presumpserit, in vindictam[n] sue transgressionis auri examinati libras centum componat, dimidium camere nostre, reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei certam imposterum evidentiam presens exinde privilegium conscriptum sigilli nostri impressione[o] iussimus communiri[p]. Huius rei testes sunt: Iacobus Taurinus episcopus, Aliprandus Vercellensis episcopus, Wuilielmus[q] marchio Ferati[r], Wuilielmus prepositus Aq(uensis), comes Geriorius de Wiuden[s], comes Hermannus de Hartispurc, Rodulfus de Kisiowe, Tedericus de Stamhic, Cono de Milinberc, Henricus camerarius[t] de Rauinspurc, Conradus pincerna de Schinpfen, Monacus de Uilla, Passawuerra, Albertus Structius, Iohannes de Pado iudices curie et alii quam plures.

Signum domini Ottonis quarti Romanorum[u] imperatoris[v] invictissimi.

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Tiderici Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo C°C°X°, indictione XIII, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius duodecimo, imperii vero primo.

Datum apud Vercellen(sem) per manum Galterii imperialis aule protonotarii, tertio kalendas iulii[w].

---

[k] nutis *durch Fleck zerstört B*
[l] *fehlt B, so zu ergänzen, vgl. NU*
[m] auso *B*
[n] vinedictam *B*
[o] inpressione *B*
[p] conmuniri *B*
[q] *wohl* Wiulielmus *B*
[r] *so B statt* Montisfer(r)ati
[s] *wohl so oder* Winden *B*
[t] camararius *B*
[u] *danach sowie in den folgenden vier Zeilen an derselben Stelle Raum ausgespart, wohl für das Monogramm B*
[v] inperatoris *B*
[w] *so B wohl statt richtig* iunii.

## BFW 411.

*Otto schließt mit den genannten Boten der Stadt P i s a einen Vertrag, demzufolge er verspricht, die Übergabe der Festungen Bonifacio oder Portovenere durch Genua oder deren Zerstörung zu veranlassen, ihr alle von seinen Vorgängern verliehenen Privilegien zu bestätigen, insbesondere jene, die sich auf den Handel im Königreich Sizilien beziehen, während sich die Pisaner verpflichten, für den Sizilienzug 40 auf eigene Kosten voll ausgerüstete sowie weitere vom Kaiser selbst auszurüstende Galeeren und vier oder fünf Schnellboote zur Verfügung zu stellen.*

*Vercelli, 1210 Juni 3*

*Original, 442 x 394 (–441) mm, im Archivio di Stato zu Pisa, Diplomatico, Atti pubblici 1211 giugno 3, lunga (A).*

*Böhmer, Acta S. 767 Nr. 1071 aus A = MGH Const. 2, S. 44 Nr. 37, = Sforza, Memorie di Pontremoli 2, S. 283 Nr. 19.*

*Tallone, Reg. di Saluzzo Nr. 162. – Casini, Inventario S. 76 Nr. 116. – BFW 411.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Dominus Otto dei[a] gratia Romanorum[b] imperator et semper augustus convenit et promisit Bandino Burg(undii), Bulso quondam Petri Albithonis[c] et Bonacurso Henrici Canis missaticis, pro Gottifredo Vicecomite Pisanorum potestate, pro civitate Pisana et communi Pisano recipientibus, quod faciet ita, quod castrum Bonifatii ab hodie ad festum Omnium Sanctorum[1] proxime venturum dabitur libere in potestatem rectoris vel consulum Pisanorum ad faciendum inde quicquid facere voluerit vel voluerint absque alicuius[d] contradictione, vel ipsum castrum Bonifatii penitus destrui faciet, nullo hedificio ibi remanente, vel, si neutrum istorum facere poterit, ut dictum est, ponet civitatem Ianue et omnes homines ipsius civitatis et fortie et districtus atque riverie Ianue in bannum imperii, et de banno non extrahet, donec castrum Bonifatii datum fuerit Pisanis vel destructum fuerit, ut dictum est. Et civitatibus omnibus Lombardie et singulis et etiam locis et castris omnibus et marchionibus et comitibus sub sacramento fidelitatis precipiet et preceptum non revocabit et rectoribus et consulibus ac potestatibus ipsarum civitatum et marchioni Montisferrati et marchionibus[e] de Vasto et marchioni Malaspine et episcopo Lunensi et rectoribus locorum omnium Lunisciane et Lucanis consulibus atque Pistorii potestati et consulibus Flor(entinis), quod civitatem Ianue et omnes homines ipsius civitatis et fortie et districtus atque riverie Ianue pro bannitis habebunt et tenebunt et ad eos vel ad aliquem locum eorum non permittent vel patientur mercimonias vel res aliquas vel bladam ab aliquo de suis vel alienis deferri nec a suis recipi; et quod quemlibet Ianue et de riveria eius et eorum res, ubicumque poterunt, capient et auferent et capi et auferri facient et non reddent nec reddi facient; vel si acciderit, quod dominus imperator faciendo et fieri faciendo omnia predicta ad castrum Bonifatii Pisanis dandum vel destruendum, ut iamscriptum est, facere non poterit, ut castrum Bonifatii Pisanis detur vel destruhatur[f], dominus imperator ab hodie ad kalendas maii proximas convenit et promisit iamscriptis legatis, ut iamscriptum est, quod faciet ita,

---

[a] *leicht abgerieben*
[b] Ro *leicht abgerieben*
[c] *so wohl A, Kürzungsstrich für* n *stark abgerieben*
[d] alic *mit* us-*Haken*
[e] ibus *und Kürzungsstrich für* n *nachträglich eingefügt*
[f] *so A*

retinendo semper Ianuam et homines eius forcie et riverie in banno, ut dictum est, a domino imperatore et ab omnibus iamscriptis, quod castrum Portus Ueneris ab inde ad kalendas septembris proximas dabitur libere in potestatem rectoris vel consulum Pisanorum ad faciendum inde quicquid voluerit vel[g] voluerint absque alicuius[h] contradictione, nulla fortia Ianue vel alterius gentis in ipso remanente; vel quod ipsum castrum Portus Ueneris penitus destrui faciet, nulla hedificio ibi remanente. Et quod precipiet sub debito fidelitatis et banno imperii et preceptum non revocabit et sub pena mille marcharum argenti unicuique, cuius[i] pene pentionem[j] concessit potestati[i] Pisane et successoribus eius, episcopo Lunensi, consulibus vel rectoribus Pontremulensis et marchioni Malaspine et omnibus rectoribus locorum Lunisciane et capitaneis Versilie et Garfagniane et consulibus Lucane et potestati Pistorii et Florentinis consulibus et episcopo Vulterrano[k] et rectori Vulterre[l], quod ab hinc in antea non offendent nec offendi facient aut permittent seu patientur offendi civitatem Pisanam vel aliquem de fortia et districtu et comitatu Pisane civitatis nec aliquem hominem de civitate Pisana vel eius districtu vel fortia aut comitatu in persona vel rebus, immo adiuvabunt Pisanos cum tota eorum fortia contra Ianuam et ad castrum Portus Ueneris capiendum usque ad redditum exercitus, quem civitas Pisana in Sicilia pro domino imperatore factura est. Et convenit et promisit iamscriptis missaticis, quod eo reverso de Sicilia et si non ierit, in propria persona veniet et stabit in obsidione Portus Ueneris cum suo exercitu suis expensis omnibus et facere in eo omne malum quod poterit. Et quod ipse dominus imperator vel alia persona pro eo non faciet pacem vel finem vel treuguam[m] vel guerram recredutam, in qua non ponat civitatem Pisanam et omnes homines Pisane civitatis et Pisani districtus et eorum res et honores, cum Frederico dicto rege Sicilie vel cum aliquo Siciliam habente. Et quod faciet iurare milites suos, quos missurus est in exercitu, salvare et defendere Pisanos omnes et qui cum eis erunt in exercitu contra omnes personas, et non offendere in persona vel rebus, et Pisanos non derelinquere. Et quod omnia privilegia concessa et largita civitati Pisane et comuni Pisano vel consulibus vel rectoribus vel potestati Pisanorum pro ipsa civitate et comuni Pisano recipientibus a memorato domino imperatore Ottone et eius antecessoribus dive memorie imperatoribus et regibus, sicut in ipsis omnibus privilegiis specialiter et generaliter et singulariter continetur, et nominatim omnia ea, que continentur in privilegio concesso Pisane civitati in regno Sicilie, confirmavit et firma tenebit et observabit. Et quod precipiet sub debito fidelitatis et banno imperii episcopo Vulterrano, et preceptum non revocabit, quod omnia privilegia concessa Pisanis, ut iamscriptum est, inviolata teneat et observet. Idem quoque precipiet nuntiis suis omnibus in Tuscia constitutis et qui de cetero constituentur, et nominatim castellano et rectori Sancti Miniatis. Et negotiatores * Pisani per Siciliam, Calabriam, Apuliam et principatum * sint liberi et vadant per terram et aquam absque omni pedagio et dirictura et non cogantur emere vel vendere ultra suum

[g] v *durch Faltung etwas abgerieben*
[h] alic *mit* us-*Haken*
[i–i] cuius – concessit *von anderer, nahzeitiger, Hand auf Rasur,* potesta *rechts über den Textblock hinaus nachgetragen*
[j] *so A statt* pensionem
[k] Vultr *mit Kürzungsstrich durch* l
[l] Vultre *mit Kürzungsstrich über* tr
[m] *so A*

velle, nec alius quilibet[n] aliquo ingenio prohibeatur * emere. Et taliter dominus imperator et predicti missatici hec omnia me Bonalbergum iudicem et notarium scribere rogaverunt. Actum in civitate Vercellensis[o] in prato domini episcopi presentibus domino Cunrado cancellario imperii, marchione Montisferrati, marchione de Salutiis, Ottone et Henrico de Carretto, domino Guilielmo marchione Malespine, Burgo quondam Boccii, Vberto Vicecomite Placentino rogatis testibus, dominicę vero incarnationis anno millesimo ducentesimo undecimo, indictione XIII, tertio nonas iunii.

Iuravit hoc sacramentum dominus Cunradus cancellarius imperii et episcopus Spirensis de mandato domini Ottonis imperatoris, videlicet, quod bona fide dabit operam, quod predicta omnia observentur ab ipso domino imperatore, et ipse, quantum in eo erit, bona fide per se observabit et faciet. Et hoc idem sacramentum iuraverunt marchio Montisferrati, Manfredus marchio de Salutiis et Otto et Henricus de Carretto et Guilielmus marchio Malespine. Et taliter hec ipsi omnes me Bonalbergum iudicem et notarium scribere rogaverunt. Actum eodem iamscripto loco et die et presentibus Vberto Vicecomite Placentino et Burgo, iamscriptis rogatis testibus.

Ego Bonalbergus Ventrilii quondam filius domni imperatoris Romanorum iudex et notarius omnibus iamscriptis vocatus atque rogatus interfui et hanc inde cartam scripsi, firmavi, complevi et dedi.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Promiserunt per stipulationem Bandinus Burg(undii), Bulsus quondam Petri Albith(onis) et Bonacursus Henrici Canis, legati et nuntii Pisane civitatis, domino Ottoni dei gratia Romanorum imperatori et semper augusto ex parte[p] Gottifredi Vicecomitis Pisanorum potestatis et comunitatis eiusdem civitatis, quod dabit quadraginta galeas Pisane civitatis de hinc ad kalendas augusti proximas ad voluntatem domini imperatoris bene guarnitas cum hominibus bene guarnitis et armatis et cum victualibus sumptibus et expensis ipsius Pisane civitatis, que debeant proficisci in obsequium iamscripti domini imperatoris in Siciliam. Debeat insuper dare dicta potestas iamscripto domino imperatori in predicto obsequio alias galeas, que sunt in eadem civitate Pisana, ita tamen, quod dominus imperator suis expensis et sumptibus debeat eas guarnire. Ipsa quoque potestas pro civitate teneatur dare IIII$^{or}$ scelos vel quinque, si sunt in civitate, in obsequio predicti domini imperatoris, sumptibus tamen et expensis dicti imperatoris. Preterea bona fide ipsa potestas Pisana dabit operam, quod illi, qui habent navem in civitate, locent ipsi domino imperatori eas in predicto servitio competenti mercede. Et hec omnia iamscripta iuraverunt predicti missatici, nuntii et legati adtendere sub hac forma videlicet: Bandinus Burg(undii) iuravit, quod potestas predicta de consilio et parabola consiliariorum eiusdem civitatis dedit mandatum sibi et aliis conlegatis suis, nec postea revocavit, quod hec omnia predicta iurarent ipsi legati in animam ipsius potestatis, quod ipsa potestas observabit per se et observari fatiet bona fide a civibus Pisanis, et quod ipse Bandinus dabit operam et consilium bona fide, quod hec omnia observentur. Idem sacramentum prestiterunt corporaliter Bonacursus et Bulsus predicti

[n] l *wohl aus* s *verb.*
[o] *so A*
[p] *folgt durch Punkte getilgt* civitatis

excepto quod dixerunt se credere, quod potestas dederit eis mandatum predictum de voluntate consiliariorum Pisane civitatis. Actum eodem iamscripto die et loco et coram omnibus iamcriptis.

(SP.D.)[q]

---

[q] *zwei rhombenförmige Einschnitte, zur Plica.*

[1] *Fest Allerheiligen, 1. November.*

## BFW 410.

*Otto bestätigt der Kommune von M a i l a n d die von Friedrich (I.) übertragenen genannten Orte zwischen Adda und Oglio und die freie Schifffahrt auf dem Lambro von Melegnano bis zum Po, fügt ein Verbot der Errichtung von Brücken, Klausen und Mühlen hinzu, bestätigt nach dem Vorbild Heinrichs (VI.) den Ort Brignano Gera d'Adda mit dem auf diesen Ort zulaufenden Bewässerungskanal* Serriolla *sowie darüber hinaus sämtliche Schenkungen seiner Vorgänger.*

*(1210 Mai 30 – Juni 14, wohl Vercelli, 1210 Juni 5)*

*Abschrift aus der 1. Hälfte des 14. Jh. im Archivio di Stato zu Mailand, Pergamene per fondi 340, Tav. 29, cart. 1 n. 4 (B).*

*Giulini, Memorie di Milano 7, S. 570 aus B = ed. II. 7, S. 150.*

*Giulini, Memorie di Milano 7, S. 242 (Erwähnung) = ed. II. 4 S. 177. – Moriondus, Mon. Aquensia 2, Sp. 552 Nr. 53 (zu 1210; mit Wiedergabe des Textbeginns und der ersten acht Zeugennamen). – Muletti, Memorie di Saluzzo 2, S. 156 (mit Wiedergabe der ersten acht Zeugennamen, zu 1210 April). – Gioffredo della Chiesa, Cronaca di Saluzzo, ed. Muletti, in: Mon. hist. patriae SS 3, Sp. 886 (mit Anführung der ersten acht Zeugen). – Stälin, Wirtembergische Geschichte 2, S. 335 (zu 1210 April). – Bertano, Storia di Cuneo 2, Nr. 295 nota 6 (mit Anführung der ersten acht Zeugen). – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 162. – Tallone, Reg. di Saluzzo Nr. 163 (mit Wiedergabe der ersten acht Zeugen). – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 306 Nr. 6 (mit Anführung der Zeugen). – BFW 410.*

*Als Vorurkunden dienten die Urkunde Friedrich Barbarossas vom 9. Juni 1186 (DF. I. 943; VU I) und – in sehr geringfügigem Ausmaß ein Diplom Heinrichs VI. (Böhmer – Baaken 65 von 1187 XI 17; VU II).*

Ea, que a predecessoribus nostris circa fideles suos facta sunt, per quod ipsorum profectui consolatur et utilitati, rata et firma habere volentes significamus universis imperii nostri fidelibus, quod nos ad imitationem antecessoris nostri Frederici divi Romanorum imperatoris augusti, sicut ex privilegio suo eum fecisse cognovimus, **/I/** dilectis fidelibus nostris potestati sive consulibus, qui[a] pro nunc sunt vel pro tempore fuerint, et toti communi Mediolanensium concedimus Riuoltam, Caxiratem, Agnianellum, Pandinum, Mexanum, Varate, Caluenzanum, Arzagum, Paradinum, Turnium, Comazanum, Gardellam, Diueram, Roncadellam, Pradam, Vidalongum, Pagazanum, Carauazum, Potenzo, Bregnianum et omnia alia loca hiis adiacentia, que commune Mediolanense quondam habuisse et tenuisse inter Abduam et Olium dignoscitur, et ut ab hinc in antea in eis omnem iurisdictionem et consuetudines bonasque usantias habeat tam in fodris quam in coltis et munitionibus aliisque rationibus et honeribus ad res et personas pertinentibus, sicut[b] in aliis locis Mediolanensis comunitatis[c] habere consuevit et tenere, predicto comuni imperiali auctoritate confirmamus cassatis quidem et iniritum[d] omnino revocatis omnibus privilegiis a nobis sive a predecessoribus nostris alicui alii civitati vel loco vel persone collatis super prenominatis locis. Ad comodum quoque ipsorum Mediolanensium, sicut iterum in[e] alio[e] publico instrumento fecisse didicimus Fredericum glorioxum[f] Romanorum imperatorem, statuimus et firmiter precipimus, ut nulla civitas, nulla persona magna vel parva flumen Lambri a Melegano infra usque in Padum impediat, sed

[a] *irrig zweimal geschrieben B*
[b] *davor* si quod *gestrichen B*
[c] comitatus *VU*
[d] inrritum *B, erstes* r *in (langes)* i *verb.*
[e–e] *folgt irrig noch einmal* in alio *B*
[f] *so B*

cuilibet licitum sit ire et redire et navigare per ipsum Lambrum et ripas Lambri, et ut nemo novum pedagium vel novam ibi exigat exactionem. Et si aliqua civitas, locus vel persona impedivit vel aliquod fecit, quo peius eatur vel navigetur totum, quod impedimentum fuerit, auferat et destruat ita, ut sine obstaculo quilibet ire et navigare[g] possit et cuilibet licitum sit auferre totum id, quod **/II/** impedimentum prestare invenerit. Pro devotione etiam fidelium nostrorum Mediolanensium hoc adicimus, ut nullus pontem vel cluxam[h] vel molendinum in aqua Lambri facere presumat vel aliquod aliud impedimentum vel ipsum flumen avertere a Mellegano usque in Padum. Si quid autem factum fuerit nostra auctoritate licitum sit cuilibet inferre. Ad imitationem quoque Henrici predecessoris nostri divi Romanorum imperatoris augusti iam dictis fidelibus nostris Mediolanensibus locum de Bregano cum pertinentiis et aquam, que dicitur Serriolla, ad eundem locum decurrentem[i], confirmamus. Item ad amplioris gratie nostre augmentum omne datum et concessum a predecessoribus nostris factum ad utilitatem et comodum comunis Mediolani eis confirmamus. **/I/** Statuimus igitur et * imperiali auctoritate precipimus, ut nullus episcopus, dux, * marchio, * comes, vicecomes, capitaneus, consul vel rector, nulla civitas, * potestas, nullum comune, nulla denique persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, * predictos fideles nostros Mediolanenses in hiis nostris concessionibus et confirmationibus et in ipsorum possessione et tenuta pertinentiis et aque decursibus, sicut predictum est, audeat * gravare vel aliquo modo impedire vel molestare. Quod qui facere presumpserit, in ultionem sue temeritatis centum libras auri puri pro pena componat, * medietatem camere nostre, reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei certitudinem hoc presens privilegium inde conscribi iussimus et sigillo nostro communiri. Huius rei testes sunt: Aliprandus Vercellensis episcopus, Iacobus Taurinensis episcopus, Vidotus Astensis episcopus, Villielmus marchio Montiferati, Vilielmus marchio Malaspine, Mainfredus[j] marchio de Salutiis, Otto et Henricus marchiones de Saona, Fridericus marchio de Baden, comes Georius de Vidin, comes Hermanus de Harzpurc, Redolfus de Kiselowe, Thedricus de Stamehem, Churadus pincerna[k].

---

[g] *davor* nag *gestrichen B*
[h] *so B*
[i] decurentem *B*
[j] Main *sehr stark verblasst B*
[k] pin *ohne Kürzungszeichen B.*

## BFW 412.

*Otto nimmt auf Bitten des Propstes Jakob den Ort und die Kirche von Vezzolano mit allen Personen und Gütern in seinen Schutz, bestätigt ihre Besitzungen in den Bistümern Vercelli, Turin, Asti und Ivrea und gestattet allen Freien, Schenkungen von Eigengütern, mit Zustimmung des Lehensherren auch Lehen, an sie vorzunehmen.*

*Turin, 1210 Juni (8)*

*Abschrift von 1310 XI 22 als Insert in der Originalurkunde Heinrichs VII. im Archivio di Stato zu Turin, Sezione Corte, Materie ecclesiastiche, Abbazie, Abbazia di Santa Maria di Vezzolano, mazzo 1, Nr. 11 (B).*

*Manuel, Notizie di Vezzolano S. 319 Nr. 10 aus B mit Erwähnung S. 274. – Durando, Cartario di Vezzolano S. 29 Nr. 27 aus B, irrig zu 1210 Juni 2.*

*Moriondus, Mon. Aquensia 2, Sp. 644 Nr. 58. – Bosio, Storia di Vezzolano S. 66 (Erwähnung). – Bertano, Storia di Cuneo 2, Nr. 298 mit Wiedergabe der Zeugenreihe, zu 1210 Juli 2. – BFW 412.*

*Es handelt sich um eine weitestgehend wortwörtliche Wiederholung der Urkunde Kaiser Friedrichs I. für Vezzolano vom 12. Januar 1159 (DF. I. 248).*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Sicut non falso credimus, inter homines et in operibus fidelium semper caritas invenire potest aliquid, quo crescat, unde et salubres animarum fructus proveniant et acceptabile deo munus de thesauro bone conscientie offeratur. Eapropter caritati universorum fidelium Italici regni notum esse volumus, quod eterne retribucionis intuitu et pia peticione venerabilis prepositi Iacobi locum eius, qui Vezolanum dicitur, et eiusdem loci ecclesiam in honore beate Marie virginis consecratam, ipsum quoque prepositum Iacobum et ceteros omnes fratres[a] eius et filios, servos etiam et ancillas et universam familiam ad predictum locum pertinentem nec non et possessiones eiusdem ecclesie, quas iuste possedit et hodie possidet et imposterum legittime acquirere poterit, sub nostram imperialem tuitionem recepimus. Preterea quascumque possessiones in Vercellensi vel Taurinensi vel Astensi episcopatu vel Yporiensi supradicta ecclesia iuste possidet vel adhuc possessura est, cum aliis rebus et possessionibus ac reliquis utilitatibus auctoritate nostra salva per omnia imperiali iusticia ei confirmamus precipientes et modis omnibus prohibentes, ut nullus archiepiscopus, episcopus, marchio, comes, vicecomes, nulla civitas, capitaneus, nulla umquam persona magna vel parva possessiones predicte ecclesie inquietare, diripere vel in aliquo diminuere presumat et nulla potestas[b] fodrum aliquod vel exactionem aliquam de terris vel hominibus eiusdem loci exigere audeat preter nostram imperialem maiestatem. Si vero aliquis liber homo divina compunctus inspiracione de allodio suo vel feudo maiore domino consentiente vel de rebus propriis aliquid eidem ecclesie conferre voluerit aut vendere intenderit, salvo iure nostro liberam in hoc habeat facultatem. Quicumque autem huius nostri precepti violator esse[c] presumpserit, optimi auri libras C se compositurum sciat, medietatem camere nostre et medietatem preposito et fratribus supramemorate ecclesie.

Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi.

---

[a] *erstes* r *durch Faltung beschädigt*
[b] pote *durch Fleck beschädigt*
[c] *durch Faltung abgerieben*

Ego Corradus[d] Spirensis ecclesie episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Th(eodorici) Coloniensis archiepiscopi Italie archicancellarii recognovi.

Huius rei testes fuerunt: Iacobus Taurinensis episcopus, Guido Ast[ensis][e] episcopus, Thomas Mauriensis comes, Wilh(elmus) marchio Montisferrati.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CC°X°, indictione XIII[a], regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XIII°, imperii vero primo. Dat. apud Taurinum per manum Walterii prothonotarii VI non. iunii.

---

[d] Cor *durch Faltung abgerieben*
[e] Astis *mit durch Fleck und Faltung beschädigtem Kürzungszeichen.*

## BFW 413.

*Otto nimmt das Zisterzienserkloster C a s a n o v a mit allen Besitzungen in seinen Schutz, befreit es von der Leistung des Kalumnieneides sowie von Zehenten, Diensten, Abgaben und Zöllen und gewährt ihm weitere genannte Freiheiten und Rechte.*

*Turin, 1210 Juni (8)*

*Original, 505 + 49 x 430 (–442) mm, im Archivio di Stato zu Turin, Sezione Corte, Materie ecclesiastiche, Abbazie, Abbazia di Santa Maria di Casanova, mazzo 9, categoria 1, Nr. 9 (A). – Notarielle Abschrift von 1277 IV 21 ebenda unter derselben Signatur (B).*

*Gabotto, Cartario di Pinerolo S. 93 Nr. 73 aus AB (zu Juni oder Juli 2).*

*Muletti, Memorie di Saluzzo 2, S. 157 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls, zu Juli 2). – Bertano, Storia di Cuneo 2, Nr. 297 (mit unvollständiger Wiedergabe der Zeugenreihe, zu Juli 2). – Tallone, Cartario di Casanova Nr. 159 (zu Juni oder Juli 2). – Tallone, Reg. di Saluzzo Nr. 166 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe, zu Juli 2). – BFW 413.*

*Durch Abreibungen besonders stark beschädigte bzw. unleserlich gewordene Buchstaben, Worte und Wortteile wurden in eckige Klammern gesetzt. Für den Text wurden zwei Vorurkunden benützt, das Diplom Heinrichs VI. für Casanova vom 4. Juni 1195 (Böhmer – Baaken 452; VU I), sowie eine Urkunde Ottos für Chiaravalle Milanese (BFW 394;VU II).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quatus[a] divina favente clemencia Romanorum imperator et semper augustus. # /**I**/ Cum ex officio[b] imperialis dignitatis divinitus nobis collato teneamur omnia loca deo dicata in pacis tranquillitate conservare, maxime tamen eis, que in sancte religionis et honeste conversationis instancia laudabiliter pre ceteris prefulgent[c], decrevimus manum nostre protectionis porrigere. Eapropter noverint universi imperii fideles tam presentes quam futuri, quod nos atendentes honeste vite conversationem, quam in fratribus monasterii sancte Marie de Casa Noua audivimus, ipsum monasterium cum ibidem personis deo famulantibus et omnes res tam mobiles quam inmobiles ad idem monasterium pertinentes et omnia animalia in nostre magestatis protectione ac defensione suscipimus eisque[d] omnes possessions et omnia predia, que expressis nominamus vocabulis, videlicet: situm ipsius[e] monasterii cum pertinenciis suis, grangiam de Fontana Spersa cum pertinenciis suis, Seluarolam cum pertinenciis suis, Molendinos cum pertinenciis suis, Teuoletum et aliam grangiam prope monasterium cum eorum pertinenciis et totum nemus ipsius monasterii cum pertinenciis suis et grangiam de Alba cum pertinenciis suis et grangiam de Turre cum pertinenciis suis, alpis de Testa cum pertinenciis suis, domum de Pinairolio cum pertinenciis suis, domum, quam dedit Drocus in Alba, et domum, quam dedit Adalaxia conversa[f] in eadem urbe, cum pertinenciis earum, domum de Chero * et vineam, quam conparaverunt a Porro Balbo, cum ipsarum pertinenciis, duas partes busci sicci, quas emerunt a marchione de Saluciis ducentis libris denariorum Ianuensium, in fine Carmagnole cum suis pertinenciis et omnes res et possessiones, quas habent ab eodem marchione de Saluciis sive per empcionem seu per comutationem seu

[a] *so A*
[b] fficio *wohl auf Rasur*
[c] f *aus Mittelschaft verb.*
[d] s *nachträglich eingefügt,* q *mit Kürzungszeichen auf Rasur*
[e] *fehlt Kürzungsstrich A*
[f] *danach ein (Verweis-?)Zeichen von anderer Hand eingefügt*

per donationem aut locationem et quas habent a vassallis ipsius ipso marchione consenciente et confirmante, videlicet a militibus de Cortandono et a marchionibus de Romagnano et ab illis de Carmagnola, et omnes possessiones, quas habent a dominis de Cirexola et a dominis de Desaia cum consortibus suis, et omnes[g] possessiones, quas habent a dominis de Lucerna et ab abatissa[h] de Caramagna[i], et omnes alias res, quas nunc iuste vel legaliter tenent[j] vel in posterum legitime acquirere poterunt, nostra im[periali][j] ac regali auctoritate confirmamus et sigilli nostri impressione corroboramus [statue]ntes et[k] imperiali edicto[k] precipientes, ut nullus episcopus, nullus archiepiscopus, nullus marchio, nullus dux, nullus comes, nullus vicecomes, nulla civ[i]tas, nullum commune, nulla denique persona alta vel humilis, secularis vel ecclesiastica, huius nostre constitutionis paginam audeat violare et predictis fratribus * molestiam vel gravamen inferre[l] /**II**/ hoc misericorditer addentes et imperiali auctoritate sub optentu nostre gratie et debito fidelitatis precipientes, ut abbas[m] predicti monasterii vel aliquis monacus vel corversus[n] eiusdem monasterii, qui modo sunt vel pro tempore fuerint, nullo modo cogantur sacramentum calumpnie seu diffinitivum vel decredencia seu consignationis instrumentorum vel aliud aliquod sacramentum in iudicio vel extra subire nec propter hoc aliquod dampnum vel iacturam ipsum monasterium vel fratres sustineant vel eis inferant[o], sed sufficiat cuique, si ipsius monasterii sindicus, eciam si laicus, fuerit ipsum tale sacramentum paratus subire non obstante aliqua lege aut constitutione vel alio aliquo iure neque obstante aliqua consuetudine, que nunc sit vel pro tempore fuerit. Eo modo precipimus observari, ut constitutiones civitatum vel castellorum seu aliarum quarumlibet personarum vel locorum non debeant in aliquo facere preiudicium iusticiis et rebus ipsius monasterii competentibus. Et quia fratres ibidem deo sub monastica professione famul[antes[p] * de aliorum][p] helimosinis vivere oportet aut beneficiis, constituimus, ut de laboribus, quos fratres ipsius monasterii propriis m[a]nibus vel sumptibus excolunt, atque de animalibus, que nutriunt, nullus ab eis decimas exigat, sicut per privilegia summorum pont[ificum[q] est * indultum][q]. Concedimus etiam, ut, quicumque alodia[r] sua eis donare, vendere vel alio modo confferre[s] voluerit, don[a]ndi, vendendi, iudicandi seu commutandi liberam habeat potestatem nec aliquis propter hoc illos audeat molestare illud etiam addicientes, quod familiam eiusdem monasterii sub imperiali protectione ac defensione suscipimus perpetuo statuentes [e]dicto, ut nullus eidem familiam audeat irrogare vel a servitio monasterii qualibet occasione[t] retrahere, sed securitate et pace perpetua perfruatur. Ad hec predictum monasterium ab omnibus exactionibus, pedagiis, bannis, fodris, collectis, datis vel ali[i]s

---

[g] m *verb.*
[h] *so A,* abbate *VU*
[i] Calamagna *VU*
[j–j] *infolge Faltung stark abgerieben,* periali *durch Loch zerstört*
[k–k] *infolge Faltung stark abgerieben*
[l] *danach ein (Verweis-?)Zeichen von anderer Hand eingefügt*
[m] bb *verb.*
[n] *so A*
[o] inferatur *VU*
[p–p] *vermutlich durch Feuchtigkeitseinwirkung zerstört*
[q–q] *vermutlich durch Feuchtigkeitseinwirkung zerstört*
[r] *so A*
[s] *so A*
[t] *links davon am Rand von anderer Hand Hinweiszeichen in Form einer Hand*

*Beglaubigte Abschrift im Archivio comunale zu Albenga, heute verloren (B), daraus zwei Abschriften des Kanonikers Giovanni Ambrogio Paneri aus der ersten Hälfte des 17. Jh. im Istituto Internazionale di Studi Liguri – Sezione Ingauna zu Albenga, Archivio Storico Ingauno, Archivio Rolandi Ricci, Diversorum I, p. 64, mit Korrekturen und notarieller Beglaubigung von 1641 VIII 13 (B´), und in dessen Descrizione della Cittade e Contado di Albenga in der Biblioteca civica Oberto Doria zu Camporosso, Ms. 2 (1 5 2), fol. 169v–170r (B´´), sowie eine Abschrift in den Miscellanea Ligure 3 des Bernardo Poch aus der 2. Hälfte des 18. Jh. in der Biblioteca civica Berio zu Genua, m.r.IV.5.9, p. 79 (B´´´).*

*(Münsterer), Mémoires de Génes 2, S. 20 Nr. 8 = (Montagnini), Memorie risguardanti la superiorità imperiale sopra Genova 2, S. 23.*

*Ughelli, Italia sacra 4, Sp. 1261 (Erwähnung zu 1200) = ed. II. 4, Sp. 911. – (Münsterer), Mémoires de Génes 1, S. 29. – (Montagnini), Memorie risguardanti la superiorità imperiale sopra Genova 1, S. 22 (Erwähnung zu 1210 VI 1). – Cottalasso, Saggio storico di Albenga S. 24 und S. 150 (Erwähnungen zu 1200 V 25 bzw. zu 1200). – Meiller, Reg. archiepiscoporum Salisburgensium Nr. 124* (zu 1210 VI 10). – Rossi, Storia di Albenga S. 416 (Erwähnung zu 1210 VI 1). – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, Nr. 74 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und des Eschatokolls). – BFW 406a (zu Mai 25) = BFW 421.*

*Als Vorurkunde diente die Urkunde Friedrichs I. vom 18. Februar 1159 (DF. I. 260).*

In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otho quartus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. Universorum Christi et[a] imperii fidelium tam futura quam pręsens noverit ętas, qualiter dilectus et fidelis noster Iscumbardus[b] Placentinus iudex et assessor Albing(ensis)[c] civitatis una cum Othone de Castellino[d] cive Albing(ensi) pro communi civitatis Albing(ensis) in frequentia principum curię nostrę ad nostrę maiestatis pręsentiam venerunt et debitam fidelitatem * facientes cum hominio[e] pro magnifico[e] et fideli eorum servitio, quod nobis et imperio exhibuerunt, sibi ipsis ac toti communi civitatis eorum, pro quo supplices ac devoti postulaverunt, amplioris gratię favorem accumulaverunt. Inde est, quod ex consueta imperiali benignitate et pro supradictorum fidelium nostrorum humili petitione pręfatos[f] Albinganen(ses) et totum commune civitatis eorum, ut de cętero fideliores permaneant[g] imperio, investivimus[h] de allodiis[i] eorum, de bonis usibus, de libellariis, de possessionibus, de placitis et districtis hominum suorum, quę nunc iuste habent et[j] in posterum habuerint vel legitime debent

---

[a] ac *B´´´*
[b] Iisbardus *B´´´*
[c] *hier wie in der Folge konsequent* Albingane *B´´´*
[d] *B´ ursprünglich* Castellino, *von anderer Hand im Text in* Castellione *und am Rand in* Castelione *verb.,* Castilione *B´´´*
[e–e] omni pre multo *B´´´*
[f] predictos *B´´´*
[g] emaneant *B´´´*
[h] *so B´ und VU,* investimus *B´´B´´´*
[i] alodiis *B´´*
[j] vel *B´´´*

habere, eisque imperiali autoritate privilegii nostri salva per omnia imperiali iustitia confirmavimus[k], homines etiam[l] ipsam civitatem inhabitantes cum universo districtu in nostra protectione et defensione suscepimus[m] imperiali edicto sancientes, quod non teneantur alicui civitati, loco vel personę respondere de aliquo vel aliquibus pertinente vel pertinentibus ad iurisdictionem sive districtum neque de iurisdictione sive districtu nisi nobis nostrisque successoribus, cum pro certo habeamus iurisdictionem illius civitatis ad nos solos nullo mediante pertinere. Imperiali etiam benignitate eis concedimus, ut liceat deinceps solvere[n] fodrum[n] regale tempore, quo solvi debet nobis vel nuntio nostro nostrisque successoribus vel eorum nuntiis, quomodo[o] magis placuerit. Quicumque autem huius nostri pręcepti violatur esse pręsumpserit, auri purissimi libras quinquaginta se compositurum sciat, medietatem camerę nostrę et medietatem communi prędicte[p] civitatis. Huius rei testes sunt: Eberardus[q] Salemburgensis[r] ecclesię archiepiscopus, Petrus Almę Urbis[s] pręfectus, Ludouicus[t] dux Bauarię, Bernardus dux Carintię[u], Gull(ielm)us[v] prępositus Aquensis, Henricus[w] comes de[x] Iurnensis[x], Armanus comes de Haresbure[y], Gull(ielm)us[z] marchio Malaspina, Cono[aa] de[aa] Cunzembo[bb], Henricus de Rauensburc[cc] imperialis aulę[dd] camerarius, Gunzolinus[ee] dapifer noster[ff] et alii[gg] quam plures.

Signum domini Othonis quarti[hh] Romanorum imperatoris clementissimi[ii]. (M.)[jj]

---

[k] *so B′ und VU,* confirmamus *B′′B′′′*
[l] etiam *von anderer Hand im Text und am Rand aus* et *verb. B′,* et *B′′*
[m] suscipimus *B′′,* sumpsimus *B′′′*
[n–n] habere feudum *B′′′*
[o] quod horum *B′B′′*
[p] prefatę *B′B′′*
[q] Oberaldus *B′′′*
[r] Ialsburgensis *B′B′′*
[s] *von anderer Hand aus* maiestatis *verb. B′,* maiestatis *B′′B′′′*
[t] Ludovicus *B′′′*
[u] Baranthię *B′B′′*
[v] Guliermus *B′′,* W*(*illelmus*) B′′′*
[w] *fehlt B′′′*
[x–x] *so wohl B′B′′ statt wohl* de Zuurin*,* D *mit Auslassungspunkten B′′′*
[y] Haresbrure *B′,* Sanserburgh *B′′′*
[z] Guliermus *B′′,* W*(*illelmus*) B′′′*
[aa–aa] Conode *B′,* Conde *B′′,* com. *B′′′*
[bb] *so B′ B′′ statt wohl* Minzemberc, Unzembech *B′′′*
[cc] *B′* Rauensbc*, B′′* Rauensbe *mit Kürzungsstrich über* bc *bzw.* be*,* Rovenzech *B′′′*
[dd] ville *B′′′*
[ee] Vccellinus *B′′′*
[ff] *fehlt B′′′*
[gg] aliqui *B′′′*
[hh] IV *B′B′′′*
[ii] *so B′B′′B′′′ wohl statt* invictissimi
[jj] *Nachzeichnung in B′B′′*

MGH Digitale Vorab-Edition
Satzlauf: 2025-03-19T12:00

Ego[kk] Conradus[ll] Spirensis[mm] episcopus imperialis aulę[nn] cancellarius vice domini Theodorici Coloniensis[oo] archiepiscopi et totius Italię archicancellarii[pp] recognovi.

Acta sunt hęc[qq] anno dominicę incarnationis M^o^CCX^o^, indictione XIII, regnante domino Othone Romanorum IV imperatore invictissimo, anno regni eius XII, imperii vero primo.

Dat.[rr] apud Burgum Sancti Dominici[ss] per manum Gualt(er)i[tt] prothonotarii octavo calendas iulii[uu].

---

[kk] *davor* c[a] *B´*, cop. *B´´*
[ll] Curadus *B´B´´*
[mm] Ispiriensis *B´B´´*
[nn] auct(oritate) *B´´´*
[oo] Collen(sis) *B´´´*
[pp] *aus* archicancellarius *verb. B´*
[qq] *folgt* omnia *B´´´*
[rr] Datum *B´´B´´´*
[ss] *so B´B´´ statt* Donnini, Dominci *B´´´*
[tt] Guliermi *B´B´´*, Gualli *ohne Kürzung für* er *B´´´*
[uu] *so B´ verb. aus* iunii, iunii *B´´B´´´*.

## BFW 422.

*Otto befiehlt dem Gualfredus de Torricella von Pavia und dessen Kaplan Marquard, den Kanonikern der Kirche von V e r o n a die ihnen kraft der vorgelegten Privilegien zustehenden Güter von seiner Seite zu gewähren.*

*Borgo San Donnino, (1210) Juni 24*

*Originalnotariatsinstrument, 271 x 274 mm, im Archivio capitolare zu Verona, Pergamene I-10-2, durch die Etschüberschwemmung 1882 schwer beschädigt (A). – Abschrift des 18. Jh. in der Biblioteca capitolare zu Verona, Ms. DCCCXXXVIII, fol. 8r (D).*

*Ficker, Forschungen 4, S. 281 Nr. 230 aus D.*

*Cipolla in: MIÖG 4, S. 221 Nr. 122. – BFW 422.*

*Beim vorliegenden Stück handelt es sich um ein noch im Original erhaltenes Notariatsinstrument des Notars Musetus. Es ist, vermutlich als Folge des Etschhochwassers 1882, stark beschädigt und weitgehend unleserlich. Die Ergänzungen wurden nach D vorgenommen.*

(S. N.) Die VII. extante iunio [in] Burgo sancti Doni[ni] in do[mo pre]p[o]sit[i] et [clericorum, in q]ua erat dominus [Otto imperator hospitatus, in presentia] domini Boni Iohannis [archidiaco]ni Vercell[ensis et protonotarii domini imperatoris et Rodul]fini capelani [domini imperatoris et] clerici ecclesie sanctorum apostolorum de Verona [et aliorum multorum. Ib]iq[ue] d[ominus Ventura et dominus Norandinus canonici] de [Verona ostenderunt dicto domino imperatori] Ottoni privi[le]g[i]a maior[is ecclesie Veronensis]. Que [cum idem imperator vidisset et sibi exponi fecisset, commisit] domino G[ualfr]edo de Turisellis de Papia [et domino Marchoaldo capellano suo, ut predictis] canonicis concederent [ex parte sua quicquid boni possent].

Millesimo[a] ducen[tesimo] decimo, [in]dic[tione] XIII[a].

(S. N.) Ego Musetus [domini regis Enrici notarius rogatus interfui et scripsi].

[a–a] *fehlt D.*

## BFW 423.

*Otto bestätigt Graf Albert von C a s a l o l d o und dessen Erben Besitzungen und Rechte sowie Reichsgüter und Reichsrechte in genannten Orten, erklärt alle Entfremdungen und seiner Verfügung entgegenstehende Bestätigungen sowie Schriftstücke für ungültig und überlässt ihm Ufer und Fischerei im beschriebenen Abschnitt des Gardasees.*

*Parma, 1210 Juni 25*

*Notarielle Abschrift von 1285 VI 2 im Archivio di Stato zu Mantua, Archivio Gonzaga, busta 77, fasc. 11 (B).*

*Odorici, Storie Bresciane 7, S. 58 Nr. 250 aus B = Bonaglia, Storia di Montichiari S. 227 Nr. 6 mit italienischer Übersetzung.*

*Equicola, Dell´istoria di Mantova S. 95 (Erwähnung). – Benacus S. 18 (Erwähnung). – Deduzione S. 13 § 45 (Erwähnung, zu Juni 24). – Risposta alla deduzione S. 78 (Erwähnung, zu Juni 24). – Volta, Compendio S. 157 (Erwähnung, zu Juni 24). – Odorici, Storie Bresciane 5, S. 273 mit Anmerkung 4 und S. 274 mit Anmerkungen 1 und 2 (Erwähnung mit Textauszügen). – Overmann, Gräfin Mathilde S. 102 f. (Erwähnung). – Darmstädter, Reichsgut S. 72 (Erwähnung). – Fè d´Ostiano in: Archivio storico lombardo 26, S. 28 (Erwähnung, zu Juni 23). – Schneider, Entstehung S. 199 Anmerkung 1 (mit Textauszug) und S. 201. – Lonati in: Archivio storico lombardo 58, S. 287 Anmerkung (mit Textauszug). – Foffa, Note di storia di Montichiari S. 54 (zu Juni 23). – Bonaglia, Storia di Montichiari S. 23 Nr. 22 (versehentlich zu 1201). – BFW 423.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina gracia Romanorum imperator[a] et semper augustus. # Imperialis eminentia consuevit eos, quos in sua et imperii fidelitate promptos[b] invenit et firmos, et servitia imperii sollicite[c] ac fideliter promovere dignis et acceptabilibus muneribus honorare, ut alii[d] eorum exemplo ad sua invitentur obsequia promptiores[e]. Ideoque noscat tam presens etas quam futura posteritas, quod nos adtendentes puram fidem et sinceram devotionem ac grata servicia et obsequia, quam et que dilectus fidelis noster Albertus comes de Casalot nobis et imperio exibuit et in posterum eum exhibiturum non dubitamus, eidem comiti Alberto de Casalot dilecto fideli nostro et suis heredibus legitimis ab eo descendentibus damus, concedimus et perpetuo confirmamus Lionatum cum tota curte sua, albergariis, districtu, honore et fodro, consimili ratione, Castrum Nouum, Sanctum Dratum, Pazcinum et Collatum, Casalauonum, Goselengum, Palazolum, Sonam, Custozam et medietatem Insule Comitum, que olim per comites de Sablonaria vel de Monteclar habita fuit et possessa[f], cassantes[g] et infirmantes omnes alienationes et invasiones, que facte sunt de ipsis terris vel locis in preiudicium imperii vel iamdicti[h] fidelis nostri comitis Alberti, similiter cassantes et infirmantes omnes confirmationes et scripta, siqua inveniuntur facta pro predictis alienationibus confirmandis. Preterea de consueta munificentia nostra de novo damus, concedimus et donamus prememorato fideli nostro comiti Alberto de Casalot et heredibus suis omne ius, actionem, rationes, districtus, redditus et honores, qui vel que nobis aut nostro

---

[a] imprator *mit Kürzung für* per *an* p *B*
[b] protos *mit Kürzungsstrich über erstem* o *B*
[c] solicite *B*
[d] allii *B*
[e] pronciores *B*
[f] possesa *B*
[g] *hier und in der Folge konsequent* casantes *B*
[h] iandicti *B*

pertinent imperio in Nogaria, in Gazio, in Sancto Perseon, in Cereta, in Gebetto et in Ripeclaria[i], consimili modo cassantes et infirmantes omnes alienationes et invasiones, que de ipsis terris vel locis aut in ipsis facte sunt in preiudicium imperii, eodem etiam modo cassantes et infirmantes omnes[j] confirmationes[j] et scripta, siqua inveniuntur facta pro predictis alienationibus confirmandis. Insuper dedimus et concessimus[k] memorato comiti Alberto ripas et piscarias lacus Gardensis a parte versus Brixiam a cornu de Norniga usque ad molendinum filiorum Bagnacani de Discenzano[l] de Monte Caluolo, ut ipsas alienationes et invasiones et omnia suprascripta sibi concessa[m] nostra possit[n] auctoritate revocare et sibi adquirere valeat et vendicare. Et quicquid voluerit facere sine omni contradictione statuentes et nostra[o] imperiali auctoritate precipientes, ut nulla civitas, nullum comune, nullus dux, marchio vel comes nullaque alia persona ecclesiastica vel secularis ausu temerario contra hanc nostre dationis, confirmationis et donationis paginam venire presumat vel eam modo aliquo infringere tentet. Quod qui fecerit, iram indignationis nostre se noverit incurisse et penam mille marcaram argenti prestaturum, medietatem camere nostre, reliquam vero iniuriam passis. Ad maiorem autem evidentiam et probationem hanc presentem paginam conscribi[p] et bulla nostri sigilli iussimus communiri. Huius rei testes fuerunt: Wido Lupus marchio, Conradus[q] Winceberg(ensis), Salinwera de Feraria, Rodulfus Gisloldi, Matheus et Frugerius de Corigia fratres, Williemus[r] Bigotus et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Acta[s] sunt hec aput Parmam anno dominice incarnationis millesimo[t] C$^{o}$C$^{o}$X$^{o}$, indictione XIII, regnante domino Ottone serenissimo Romanorum imperatore, anno imperii eius primo, regni XII$^{o}$.

Dat. in suprascripto[u] loco VII$^{o}$ kal.[v] iulii.[w]

---

[i] *erstes* i *aus* e *verb. B*
[j–j] *zunächst vom Kopisten unter dem Kontext nachgetragen, mittels Verweiszeichen hier eingefügt B*
[k] concesimus *B*
[l] i *aus* e *verb. B, danach folgt mittels Unterpunktierung getilgt nochmals* Disinzano
[m] concesa *B*
[n] posit *B*
[o] n *durch Loch beschädigt B*
[p] conscripbi *B*
[q] *wohl* Conadus *B*
[r] *so B*
[s] Aacta *B*
[t] millo *mit Kürzungsstrich durch* ll *und überflüssigem* o *über* mi *B*
[u] sco *mit Kürzungsstrich B*
[v] kall *mit Kürzungsstrich durch* ll, k *wohl aus* c *verb. B*
[w] *Wachssiegel laut notarieller Beglaubigung in B.*

## BFW 424.

*Otto schenkt und bestätigt der aus den genannten Orten erbauten und erweiterten Stadt A l e s s a n d r i a alle Gewohnheiten, Besitzungen und Rechte sowie die volle Gerichtsbarkeit in Straf- und Zivilsachen, wie sie auch andere edle Städte in der Lombardei innehaben.*

*Parma, 1210 Juni 26*

*Notarielle Abschrift von 1270 VIII 22 in den Archives départementales des Bouches-du-Rhône zu Marseille, B 307 (B).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 54 Nr. 59 aus B. – Gasparolo, Cartario Alessandrino 2, S. 152 Nr. 305 aus Abschrift im Archivio di Stato (Archivio storico della città) zu Alessandria, zu Juni 25.*

*Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 2, Nr. 518 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und Teilen des Eschatokolls). – Jaksch, Mon. historica ducatus Carinthiae 4/1, Nr. 1647 (mit Wiedergabe eines Zeugennamens). – Pistarino, Alessandria S. 77 (Erwähnung mit Textauszügen). – Schlütter-Schindler, Reg. der Herzöge von Bayern Nr. L I 184. – BFW 424.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clemencia Romanorum imperator et semper augustus. Imperialem decet maiestatem subiectorum commodis et eorum precipue, quos sibi fideles invenit et devotos, clementer intendere. Eapropter cognoscat tam presens etas quam successura posteritas, quod nos respicientes sinceram fidem ac devota obsequia presencia, preterita vicelicet et ventura fidelium nostrorum civium Alexandrie de innata nobis liberalitate damus, concedimus et donamus atque confirmamus ipsis Alexandrinis et eorum communi sive civitati Alexandrie nomine communis eiusdem civitatis ex variis locis constructe et ampliate et precipue ex hiis, videlicet Gamundio, Marenco, Bergolio, Roboreto, Solerio, Quargnento, Foro, Vuiliis, omnes honores, consuetudines et mores, statum, formam et usancias nobilis civitatis et posessiones[a] et iura, quas et que ipsum commune et cives ipsius civitatis racionabiliter et iuste habent et tenent vel habuerunt et tenuerunt a constructione civitatis Alexandrie usque nunc. Item ut ex devotis eosdem redamus[b] devociores ceterique ad obediendum maiestati nostre beneficii presentis exemplo liberius invitentur, damus, concedimus et donamus atque confirmamus in perpetuum civitati Alexandrie sive communi eiusdem civitatis plenariam iurisdictionem tam in criminalibus quam in civilibus aliisque omnibus, que ad iurisdictionem pertinent vel occasione iurisdictionis dicuntur vel fiunt, secundum quod habent alie nobiles civitates Lombardie, salva imperiali iusticia. Que omnia, ut perpetuo rata et inconcussa permaneant, presentem[c] paginam conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Loidoigus dux Baiguerie, Bernardus dux Karintie, comes Armannus de Artisburg, comes Henricus de Zuuirin, Rodulfus de Chislou, Gunzelinus dapifer, Cunradus pincerna, Henricus camerarius de Rauisburg, Monacus de Uilla, Passaguerra, imperialis curie iudices et alii quam plures.

Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

---

[a] *so B*
[b] *so B*
[c] *fehlt Kürzungsstrich für* n *B*

Ego Cunradus Spiriensis[d] episcopus imperialis aule cancelarius[e] vice domini Tiderici Coloniensis archiepiscopi et tocius Italie arcicancelarii[f] recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis millesimo CC° decimo, indictione terciadecima, regnante Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius terciodecimo, imperii vero primo. Datum aput Parmam per manum Gualterii imperialis aule protonotarii sexto kalendas iulii.

---

[d] *so B*
[e] *so B*
[f] *so B*.

# BFW 426.

*Otto nimmt die Leute, Güter und Besitzungen der Kommune von L o n i g o in seinen Schutz und bestätigt den von diesen mit den Konsuln von Vicenza geschlossenen Frieden mit allen zugehörigen Vereinbarungen.*

*Modena, 1210 Juni 29*

*Notarielle Abschrift von 1303 III 22 im Archivio di Stato zu Pisa, Diplomatico, Archivio Roncioni 1210 giugno 29, lunga (B).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 55 Nr. 60 aus B.*

*BFW 426.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Oto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus invictissimus. # Imperialem decet maiestatem facilem ad votivas preces fidelium suorum prebere assensum et ea, que racionabiliter postulantur, consueto benignitatis effectu conplere. Hinc est, quod predecessorum nostrorum bone memorie Frederici et Henrici vestigiis inherentes visis eorum privilegiis et confirmacionibus quondam hominibus de Lunico concessis ad peticionem comunis et hominum illius loci de Lunico gratanter inducti personas suas, bona et omnes eorum possessiones in tuicionem imperialis nostre maiestatis et piam defensionem suscepimus. Pacem quoque, quam Vicentini consules cum eisdem fidelibus nostris de Lunico vicissim hinc inde fecerunt, singulis per familias iurantibus et confirmantibus cum universis pactis et convencionibus suis, videlicet, ne bona hominum de Lonico cum suis attinenciis ulla occasione vel ingenio, quod dici vel excogitari possit, a Vicentinis vel eorum potestate aut comuni aufferantur nec ad bannum vel aliquod hopus[a] privatum vel publicum a Vicentinis vel eorum potestate vel missis inviti ducantur, observatis omnibus, que plenius et apercius in eorum instrumentis per Aycardum[b] notarium confectis et a predictis predecessoribus nostris Frederico et Henrico quondam firmatis continentur et iure iurando ad invicem firmata sunt, ita et nos imperiali auctoritate firmamus et ratum haberi volumus imperpetuum et ab omnibus inconvulsam ipsam quoque pacem imperiali auctoritate confirmantes statuentes et firmiter eciam precipientes, ut nulla potestas nullumque comune, nulla persona magna vel parva contra ipsam pacem et pacta et contra hoc confirmacionis mandatum venire vel quovis ausu temerario infringere presumat[c] vel contraire. Si quis autem hec attentare presumpserit, imperialis nostre maiestatis indignacionem[d] se noverit incursurum et insuper in ulcionem temeritatis sue centum lib(ras) auri purissimi compositurum, quarum medietas imperiali fisco applicetur et reliqua pars iniuriam pacientibus persolvatur. Ut autem hec nostra confirmacio in evum plenum robur optineat, presentem inde paginam conscribi iussimus et auctoritatis nostre sygillo communiri.

# Signum domini Otonis dei gratia Romanorum imperatoris invictissimi et semper augusti. # (M.)

---

[a] hopu *mit* us-*Haken B*
[b] *so B,* r *durch Loch in der Faltung zerstört*
[c] *überflüssiger Kürzungsstrich über* m *B*
[d] *aus* indignacione *verb. B*

Ego Conradus Spirensis episcopus inperialis aule cancellarius vice domini Tiderici Coloniensis archiepiscopi et tocius Ytalie archicancelarii[e] recognovi.

Aacta[f] sunt[e] hec anno dominice incarnacionis millesimo CCX, indictione XIII[g], regnante domino Otone quarto[g] Romanorum inperatore glorioso, anno regni eius XII, inperii vero primo.

Dat. apud Mutinam tercio kal. iullii[h].

---

[e–e] *B in irrtümlicher Reihenfolge:* Aacta *(!)* sunt archicancelarii *(!)* recognovi
[f] *so B*
[g–g] XIII, regnante domino Otone quarto *(am Beginn der nächsten Zeile) mittels zweier Verweiszeichen nach* indictione *und* quarto *hierher gestellt*
[h] *so B.*

## BFW 425.

*Otto gewährt dem Erzpriester und den Kanonikern der bischöflichen Kirche von V e r o n a das Recht, in den ihrer Gerichtsbarkeit unterstehenden Dörfern und Burgen Podestaten, Konsuln und Vizegrafen einzusetzen und in diesen Orten die Gerichtsbarkeit jederzeit selbst oder durch andere auszuüben.*

*(1210 Juni)*

*Gleichzeitige Abschrift des Notars Iacobinus aus dem Original im Archivio capitolare zu Verona, rotoli B.13.5.6 (B). – Abschrift vom Ende des 16./Anfang des 17. Jh. in der Biblioteca capitolare zu Verona, Ms. 786 (Liber privilegiorum ecclesie Veronensis), fol. 146r (D).*

*Ficker, Forschungen 4, S. 282 Nr. 232 wohl aus D. – Herkenrath, Reichskanzlei 1181–1190 S. 183 Anm. 7.*

*Cipolla in: MIÖG 4, S. 221 Nr. 123. – BFW 425.*

O(tto) quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilectis fidelibus suis archipresbitero et canonicis maioris Veronensis[a] ecclesie[a] gratiam suam et bonam voluntatem. Iustis desideriis vestris benignum volentes prestare consensum, vobis et ecclesie vestre imperiali auctoritate concedimus, ut liceat vobis in villis et castris vestre iurisdictioni subiectis potestates, consules, vicecomites ordinare et constituere, et quod tam per vos quam per alias personas possitis in locis predictis omni tempore iusticiam exercere, secundum quod in privillegio[b], quod vobis concessimus, continetur consuetudine contraria non obstante[c].

[a–a] ecclesie Veronensis *D*
[b] privilegio *D*
[c] *laut B mit einem Wachssiegel Ottos besiegelt.*

- .

*Otto befiehlt dem Podestà und den Konsuln von Verona, den Erzpriester und die Kanoniker von Verona bei der Einsetzung von Podestaten, Konsuln und Vizegrafen in den ihrer Jurisdiktion unterstehenden Gebieten mit Rat und Hilfe, sowie kraft ihrer Amtsgewalt zu unterstützen.*

*(1210 Juni)*

*Abschrift aus der 1. Hälfte des 13. Jh. im Archivio capitolare zu Verona, Perg. I, 8, 2r (B).*

*Pferschy-Maleczek – Rzihacek in: MIÖG 127, S. 154.*

*Das vorliegende Mandat war unbekannt; die erste und bisher einzige Überlieferung (B) wurde von Bettina Pferschy-Maleczek 2017 im Zuge von Archivrecherchen für die Edition der Urkunden Heinrichs VI. aufgefunden. Passagen, die gleichlautend auch im Diplom Ottos für den Erzpriester und die Kanoniker der bischöflichen Kirche von Verona (BFW 425) erscheinen, sind unterstrichen.*

O(tto) dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilectis fidelibus suis potestati et consulibus Veronensibus tam presentibus quam futuris gratiam suam et bonam voluntatem. Conquestionem dilectorum filiorum et fidelium nostrorum archipresbiteri et canonicorum maioris ecclesie Veronensis accepimus continentem quod, cum ipsi habeant iurisditiones quarundam villarum et castrorum in districtu Veronensi a predecessoribus nostris et nostra maiestate sibi et ecclesie sue concessas, locorum predictorum habitatores non paciuntur eosdem predictas iurisditiones exercere secundum quod in eorum privilegiis continetur. Quapropter imperiali vobis auctoritate precipiendo mandamus, quatinus consilium et auxilium, forciam et potentiam memoratis canonicis inpendatis, ut in terris ipsorum iurisditioni concessis possint potestates, consules, vicecomites et personas alias, que communia gerant negotia, ordinare, creare et constituere * et in prenominatis locis omni tempore iustitiam exercere * consuetudine contraria vel prescriptione temporis non obstante.

## *-.

*Otto befiehlt dem Podestà von Verona, Rotondello dalle Carceri, den Kanonikern der Kirche von* V e r o n a *die Gerichtsbarkeit in Porcile zu überlassen.*

*(1210 Juni)*

*In einem Verzeichnis von Urkunden für das Domkapitel und die bischöfliche Kirche von Verona aus der 2. Hälfte des 16. Jahrhunderts (Verona, Archivio capitolare, Atti capitolari Nr. 163 fol. 1237r) heißt es:* Litterę antedicti domini Othonis IIII pręcipientes potestati Veronę domino Rotondello de Varen, ne impediatur, sed libera relinquatur iurisdictio canonicis Veronæ in terra Porcili, quam iurisdictionem dominus Petrus de Villano iudex in civitate Veronę in certum modum artaverat sive artare voluerat contra tenorem privilegii supradicti... .

## BFW 14639.

*Otto gewährt den namentlich genannten und allen gegenwärtigen und zukünftigen Bewohnern von Lazise nach dem Vorbild Heinrichs III. (IV.) und Friedrichs I. die Freiheit von Zöllen, Abgaben und Leistungen, Schifffahrts- und Fischereirechte am gesamten Gardasee und die Nutzung des Waldes Lugana.*

*Fornovo di Taro, 1210 Juli 2*

*Original, 485 + 40 (–50) x 488 (–506) mm, im Archivio comunale zu Lazise, Nr. 3 (A).*

*Stampa di Verona … contro communità di Sermione S. 11. – Cipolla in: MIÖG 4, S. 229 Nr. 6 aus A. – Bassetti – Salgari – Varanini, Diplomi imperiali S. 59 Nr. 1 aus A.*

*Bassetti – Salgari – Varanini, Diplomi imperiali S. 58 (Abb.).*

*Cipolla in: MIÖG 4, S. 221 Nr. 124. – Huter, Tiroler UB 2, S. 81 Nr. 606. – BFW 14639.*

*Der Text bietet eine wortwörtliche Wiederholung eines von Friedrich I. am 28. Oktober 1184 ausgestellten Diploms, DF. I. 876.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto[a] quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Officium est imperialis sollertie a deo nobis credite, ut rationes et iura uniuscuiusque fidelium imperii ea observemus[b] diligentia et auctoritate confirmemus, ne oblivio memorie eis vel successoribus[c] suis possit in posterum obesse nec fortiorum violentia valeat quandoque inferiores opprimere. Eapropter rationabiliter et pie sequentes vestigia predecessorum nostrorum beate recordationis Henrici[d] tertii et Federici Romanorum regum augustorum notum facimus universis * fidelibus presentibus et futuris, quod nos intuitu divine miserationis propter salutem nostram et predecessorum nostrorum felicem memoriam concedimus fidebus[e] hominibus nostris de Lazisio, Liazario de Redalda, Grifolino de Liteprando, Berardo de Aquilexo de Ficia et Guidoto notario et omnibus in eodem loco nunc et in futurum habitantibus, ut nusquam in imperio nostro teneantur dare theloneum aut ripaticum neque vinum in vindemia nec angariam aut perangariam seu vectigalia facere cogantur excepto platito[f] nostro tribus in anno vicibus fideliter observando. Inhibemus etiam ligna[g] facere aut waitam dare aut publicam functionem cuiquam debeant, nec[h] pises[i] ultra propriam voluntatem suam dare cogantur[j], set securi sine aliqua publice partis molestatione permaneant et sub nostre pacis libertate tam ipsi quam successores sui rationabilia sua negotia peragant nullis contra voluntatem suam decanis domos eorum intrantibus. Indulgemus quoque eis et damus potestatem piscandi in toto lacu nostro Benaco, sicut ipsi et predecessores eorum ab antiquis temporibus facere consueverunt, et per eundem lacum liceat eis navigare quocumque

---

[a] *zunächst wohl* Octo, c *durch Anbringung eines Deckbalkens sofort in* t *verb.*
[b] *zweites* e *aus* a *verb.*
[c] *zweites* c *aus* e *verb.*
[d] n *durch Fleck leicht beschädigt*
[e] *so A*
[f] *so A*
[g] *danach am Wortende* m *radiert*
[h] *darüber Loch in der Faltung*
[i] *so A statt* pisces
[j] *über* ur *Loch in der Faltung, durch das die Oberlänge des* s *am Anfang des nächsten Wortes leicht beschädigt ist*

voluerint. Adicimus insuper, ut habeant liberam facultatem bonorum usuum suorum in silva, que vocatur Ligana, usque ad finem Zenzenigi et usque in Marzago et in fine Sulforini usque ad Uoltam et habeant libertatem expeditam eundi et redeundi in Ualegio absque molestia cuiusquam persone. Ut autem hec nostre largitionis auctoritas in perpetuum rata permaneat et illibata, presentem inde paginam conscribi iussimus et magestatis nostre sigillo conmuniri statuentes et imperiali auctoritate precipientes, ne qua prorsus[k] persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, hanc nostre constitutionis paginam audeat infringere[l] vel ei modo quolibet obviare. Si quis vero nostre huic auctoritatis edicto contraire attemptaverit vel predictos homines in his, que a nostra largitate eis collata sunt, molestare presumpserit, LX libras auri pro pena componat, quarum medietas camere imperiali, reliqua vero iniuriam passis persolvatur. Huius rei testes sunt: Vulfkerius[m] patriarcha[n] Aquiliensis, Enuerardus Salsiboriensis archiepiscopis[o], comes Armanus de Ahasrzebur, comes Aenricus de Zuerin, Sallinu[era][p] de Feraria, Couo de Menzenberc, Vudikinus marescalcus, [come]s[q] Albertus de Terus.

# Signum domini Ottonis Romanorum imperatoris[r] invictissimi. # (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Tiderici Coloniensis archiepiscopi et tocius Italie archicancellarii[s] recognovi salva imperiali iustitia.

Acta[t] sunt[t] hec anno dominice incarnationis MºCCºXº, indictione XºIIIº, regante[u] domino Ottone Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XºIIIº, imperii vero primo.

Dat.[v] aput[v] Forn[o]uum[w] VIº nonas iulii; feliciter amen.

(SP.D.)[x]

---

[k] u *auf Rasur von* s
[l] *erstes* n *durch Loch beschädigt*
[m] *ab hier von derselben Hand, aber mit gedrängterer Schrift und engeren Wortabständen*
[n] ar *infolge Faltung abgerieben*
[o] *so A*
[p] era *durch Loch in der Faltung zerstört, durch das auch* d *am Anfang des nächsten Wortes beschädigt ist*
[q] come *durch Loch in der Faltung zerstört*
[r] *erstes* i *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[s] *mittels Rasur drittes* c *aus* s*, letztes* i *aus* us *verb.*
[t–t] *durch Fleck beschädigt*
[u] *so A*
[v–v] *durch Fleck beschädigt*
[w] o *durch Loch in der Faltung zerstört*
[x] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BZ 49.

*Otto gewährt dem [Rainer] von R i c a s o l i und dessen Brüdern Albert und Hugo, Söhne des Rainer Beringarii, und ihren Erben die Gerichtsbarkeit in genannten Burgen sowie weitere Rechte vorbehaltlich des Fodrums und bevollmächtigt sie, die Güter jener Leute in Besitz zu nehmen, die sich Florenz und anderen Orten unterstellt haben.*

*Sarteano, 1210 August 3*

*Notarielle Abschrift aus der 2. Hälfte des 16. Jh., stark beschädigt, im Archivio di Stato zu Florenz, Ricasoli, parte antica pergamene Nr. 7 (D).*

*(Zaccaria), Storia letteraria d'Italia 9, S. 451 Nr. 4 aus A (z). – Casabianca, Guida storica del Chianti S. 108 Nr. 4 (aus D) und S. 109 (in italienischer Übersetzung).*

*BZ 49.*

*Die einzige bisher bekannte handschriftliche Überlieferung (D) weist schwere Beschädigungen auf. Der Text der Urkunde ist zudem aus dem auf dem Original beruhenden Druck Zaccarias aus dem Jahr 1756 (z) bekannt, der neben D für die Textgestaltung herangezogen wurde. Es handelt sich, um eine weitestgehend wortwörtliche Wiederholung der Urkunde Heinrichs VI. aus dem Jahr 1197 (Böhmer – Baaken 559). Verlorene Textstellen in D wurden durch eckige Klammern gekennzeichnet und nach z ergänzt. Bei der Schreibung der Namen wurde D gegenüber z der Vorzug gegeben, bei in D fehlenden Namen den entsprechenden Lesungen der Vorurkunde.*

[Otto quartus dei gratia Romanorum imperator semper augustus. D]ecet imperialis excellentiam[a] maiestatis[b] fidelium suorum obsequia clementer attendere et eorum fidelitati condigna remuneratione respondere. Inde est, quod nos attendentes [fidelitatem et grata servitia, que fidelis noster[c] Raynerius[d] de Ricas]olis[e] et fratres[f] sui Albertus et Vgo filii[f] quondam Raynerii[g] Beringarii[h] nobis * exhibuerunt, de innata nobis clementia eis et eorum iustis hęredibus perpetuo concedimus [et donamus omnem iustitiam, quam habuimus hactenus in hominibus] Moriani et aliorum castellorum suorum, videlicet Ricasole[i], sancti Martini de Stella, Campi et Montisluci pariter et Casaye[j], nec non et omne ius, quod habuimus in quodam fideli [suo, qui dicitur Drudolo[k] de Ama, et filiis suis. Concedimus etiam omnia] iura, quę habuimus[l] tam in hominibus Moriani et prędictorum castellorum suorum quam in hominibus totius terrę ipsorum pręter fodrum, [quod in eis iux]ta consuetudinem nobis [observamus. Et quoniam[m] plures de hominibus ipsorum[n] ad Florentiam] et alia loca se transtulerunt et [conferunt, ut] sic servitium ipsorum subterfugiant et indebita gaudeant libertate, concedimus [ipsis[o] et plenam damus] potestatem, ut se de rebus

---

[a] excell *D, Rest stark abgerieben, darüber wohl* ita, excellentia *z*
[b] maiestatem *D*
[c] nostri *z*
[d] Reinheri *z*
[e] Richasule *z*
[f–f] fratrum suorum Alberti et Vgonis filiorum *Dz, dabei* Hugonis *z*
[g] Reinheri *z*
[h] Beringerii *z*
[i] Ricasule *z*
[j] Casaie *z*
[k] Drudulo *z*
[l] *folgt* hactenus *z*
[m] quia z
[n] ipsor *für* ipsorum *z,* suis *VU*
[o] ipsi Raynerio *VU*

MGH Digitale Vorab-Edition
Satzlauf: 2025-03-19T12:00

[ipsorum hominum, ubicumque fuerint, intromittant et pro sua volunta]te disponant. Statuimus igitur et [imperiali] ędicto sancimus, ut nulla civitas, nullum comune, nullus etiam nuntius noster [in Tuscia[p] pro te]mpore constitutus contra [hanc concessionem, donationem et constitutionem nostram prefatos] fideles nostros vel eorum hęredes molestare aliquo tempore vel modo quolibet pręsumat inquietare. Quod quicumque attentaverit, pro pęna suę temeritatis quinquaginta [libras auri persolvat, medietatem camere[q] nostrę et reliquam] medietatem iniuriam passis.

Datum apud Sartianum anno dominicę incarnationis MCCX, tertio non. augusti, indictione XIII.

---

[p] Thuscia *z*
[q] *so z,* curię *VU.*

## BFW 430.

*Otto nimmt auf Bitten Abt Rolands das Kloster San Salvatore di Monte Amiata wie seine Vorgänger in seinen Schutz und bestätigt unter Vorbehalt des kaiserlichen Fodrums seine Freiheiten und Besitzungen.*

*1210 August 16*

*Original, 520 x 400mm, im Archivio di Stato zu Siena, Diplomatico S. Salvatore Monte Amiata, 1210 agosto 16, casella 32 (A).*

*Böhmer, Acta S. 225 Nr. 249 aus A.*

*Meklenburgisches UB 1, Nr. 196. – Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Reg. 1, Nr. 274. – Lisini, Inventario S. 142. – BFW 430.*

*Der Text bietet eine wortwörtliche Wiederholung einer Urkunde Heinrichs VI. für das Kloster am Monte Amiata vom 20. Juli 1194 (Böhmer – Baaken 363).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis[a]. Otto quartus divina favente clemencia Romanorum imperator et semper augustus. # Imperialem decet benignitatem omnibus ęcclesiis in imperio nostro constitutis protectionis patrocinium clementer inpendere, eas tamen ecclesias, quę sub speciali subiectionis et dominii iure imperio pertinere dignoscuntur, uberiori[b] gratia et favore respicere et imperiali potentia defensare et manutenere. Eapropter notum fieri volumus universis imperii nostri fidelibus *, quod nos, sicut ab antecessoribus nostris inclite recordationis imperatoribus augustis ex ipsorum autenticis factum essę[c] comperimus, ita quoque nos dilecti fidelis * nostri Rollandi abbatis de Tignosis iustis petitionibus inclinati monasterium sancti Saluatoris * Montis Amiatis cum omni iure et pertinentiis suis, ipsum abbatem et eius successores, fratres inibi deo famulantes cum universis prefati monasterii possessionibus et rebus tam mobilibus quam inmobilibus sub[d] nostram et sacri imperii nostri protectionem suscepimus et defensionem. Unde[e] precipimus, ut prefatum monasterium omni tempore debita et tranquilla gaudeat libertate et ut nulli omnino homines sive de adiacenti provincia[f] sive[f] de remota, nulli nostri nuntii, nulli cives, nulli castellani sive de castro Radicofano[g] sive de aliquibus aliis castris seu locis prefatum monasterium[h], quod sub nostra[h] speciali defensione constitutum est, neque in personis neque in rebus presumat aliquatinus perturbare vel diminuere seu aliquibus anganriis[i] sive paratis seu exactionibus iniustis inquietare salvo tamen iure consueti fodri imperialis á maiestate nostra instituti. Ad hęc universas possessiones[j], quas memoratum monasterium per privilegia divorum[k] imperatorum antecessorum nostrorum nunc tenet vel in posterum deo annuente * acquisitionis titulo poterit adipisci, ipsi per imperialem auctoritatem confirmamus et presentis

---

[a] a *aus* i *verb.*
[b] u *verb.*
[c] eę *mit diplomatischem Kürzungszeichen A*
[d] b *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[e] U *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[f–f] durch Fleck beschädigt
[g] *so VU,* Radicofan *mit Kürzungszeichen über* n
[h–h] ium, quod sub n *durch Fleck beschädigt*
[i] *so A,* riis *wohl nachträglich auf Rasur hinzugefügt*
[j] posse *wohl auf Rasur*
[k] rum-*Kürzung verb.*

pagine nostre maiestatis bulla signate munimine roboramus statuentes et imperiali edicto firmiter precipientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, ipsum aut eius abbates[l] in his aut in aliquibus aliis molestare presumat vel perturbare. Quod qui ausu temerario facere attentaverit, in ultionem presumptionis sue centum libras auri pro pena componat, mediam partem camere nostre, partem residuam sepedicto monasterio et eius abbati. Huius rei testes sunt: Henricus Mantuanus episcopus imperialis curie vicarius[m], comes Adulfus de Schouenburg, comes Hermannus de[n] Harspurg, comes Henricus de Zwrim[o], Petrus alme Vrbis prefectus, Tancredus et Remboctus frater suus de Sarteiano, Galfredus et Rufinus imperialis aule iudices, Galterus pincerna imperii et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Cunradus Spirensis[p] episcopus imperialis cancellarius vice domini Theodorici Coloniensis archiepiscopi et totius Italie archicancellarii recongnovi[q]. Acta sunt autem hec anno domini M°CC°X°, regnante domino Optone[r] quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XII°, imperii vero primo. Datum per manus Gualterii imperialis aule protonotarii[s], XVII[t] kalendas septembris, indictione XIII.[u]

---

[l] *so A statt* abbatem *VU*
[m] v *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[n] d *durch Loch in der Faltung beschädigt*
[o] *so A,* i *und erster Schaft des m abgerieben*
[p] Spr *mit Kürzungszeichen*
[q] recognovi *mit Kürzungszeichen über erstem* o
[r] Opt *mit Kürzungszeichen über* pt
[s] *drittes* o *aus* a *verb.*
[t] X *aus* V *verb.*
[u] *Pergamentblatt beschnitten.*

**BFW 431.** ***Fälschung***

*Otto bestätigt dem Kloster San Salvatore di Monte Amiata alles, was ihm in den Privilegien und Urkunden seiner Vorgänger gewährt wurde, insbesondere eine Reihe von genannten Besitzungen sowie das dem Kloster allein zustehende Recht, am Fluss Paglia Mühlen und Bauwerke zu errichten oder diesen zu seinem Nutzen abzuleiten, und überträgt dem Abt die Regierungsgewalt in diesen Orten, an denen er auch Mönche ansiedeln darf.*

*1210 August 16*

*Insert in dem angeblichen Original Karls IV. von 1355 IV 25 im Archivio di* Stato *zu Siena, Riformagioni Balzana, 1355 aprile 25, lunga 20 (B). – Notarielle Abschrift vom Ende des 14. Jh. ebenda, Riformagioni, 1210 agosto 16, Diplomatico a quaderno, b. 5, n. 390 (C).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 56 Nr. 61 aus BC.*

*BFW 431.*

*Der vorliegende Text beruht stellenweise auf Vorlagen. Für Arenga, Narratio und den Beginn der Dispositio wurde eine Urkunde Kaiser Ottos I. vom 21. Februar 962 (DO. I. 237; VU I) benützt, während Zeugenreihe und Eschatokoll inklusive Datierung der Urkunde Ottos für das Kloster S. Salvatore vom 16. August 1210 (BFW 430; VU II) entnommen wurden.*

(C.)[a] In nomine[b] sancte[c] et individue[b] trinitatis. Octo quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. **/VU I/** Si sanctis ac venerabilibus locis ea, que ab antecessoribus nostris collata sunt, corroborrare studuerimus et de hiis, que nostri iuris sunt, concedere satagimus, eterne vite emolumentum adipisci ac presentis vite[d] status soliditatem propensius augmentari[e] non titubamus. Icirco omnium fidelium sancte dei ecclesie nostrorumque omnium presentium ac futurorum industria noverit abbatem et monachos in cenobio domini * salvatoris Iesu Christi militantes in Monte Amiate nobis lacrimabiliter protulisse, quod famis ac nuditatis[f] indigentia ibidem deo servire non possunt, eo quod castra, cortes, loca et celle et bona, que a precessoribus nostris ad sumptum eorum eis collata sunt, a pravis fuissent distracta hominibus. Nos quidem[g] pro dei amore animarumque[h] nostrarum remedio, quoniam idem[i] cenobium in nostram devenerat potestatem ac proprietatem, res, castra, cellas, predia, loca et bona, que a nostris precessoribus[j] eisdem collata sunt et confirmata ac corroborata, confirmare et corroborare studuimus et de nostri iuris proprietate in monachorum sumptum castra, cortes, loca, cellas, predia et bona contulimus, quatenus sedulo orationes pro nobis coniugeque nostra Adelberda filioque nostro rege Octone[k] ibidem ad dominum dirigantur. Igitur castra, cortes, loca, cellas, predia et bona, massaritia[l], sortes

[a] *am linken Seitenrand C, fehlt B*
[b–b] nomine – individue *stark abgerieben C*
[c] sante *B*
[d] *fehlt C*
[e] augumentari *B*
[f] *so VU I,* nuditas *BC*
[g] *so VU I,* quid *BC*
[h] *so VU I,* animarum *BC*
[i] *folgt überflüssig locus B*
[j] predecessoribus *B*
[k] Ottone *C*
[l] massaritiam *C*

familiamque utriusque sexus, que actenus tenuerunt, omniaque precepta ab antecessoribus nostris collata omniaque privilegia et instrumenta confirmamus pleniterque corroboramus, et quoniam prefatum cenobium in nostram devenit potestatem et proprietatem, et que a pravis ablata sunt hominibus et alia, quibus indigentiam[m] expellere valeant, in usum ipsorum fratrum per hoc nostrum preceptum concedimus, * confirmamus, donamus atque[n] largimur, videlicet Castrum abbatie Clusine diocesis, castrum Montis Latronis, castrum vocatum Montepinzutum[o], castrum dictum Montenero eiusdem dyocesis, castrum Plani Castagnaie, Castrum Marinum, castrum Aspretuli et castrum Buceni Suanensis dyocesis cum omnibus iuribus suis, introitibus et exitibus, muris, fossis, carbonariis, appenditiis, terris cultis et incultis, pratis, vineis, ortis, silvis, arboribus fructiferis et non fructiferis, pascuis, prediis, aquis, aqueductibus et cum omnibus, que infra se et extra se habent vel habere videntur quocumque modo vel causa. Simili modo donamus et confirmamus monasterio supradicto villam sancti Cassiani Suanensis diocesis cum tota valle ibi existente usque ad flumen Senne et usque ad flumen Palea vocatum. Insuper donamus, concedimus et confirmamus monasterio supradicto flumen Palee cum tota valle et appenditiis suis a loco, ubi oritur ipsum flumen Palea, usque ad Pontem Righi et molendina et alia hedifitia[p] hedificare et hedificari facere et omnem utilitatem inde percipere, que dicto monasterio vel abbatibus ibidem pro tempore commorantibus placuerit, et nominatim ducere aquas predicti fluminis Palee et derivare eas per loca, que placuerit ipsis abbatibus vel eorum[q] successoribus pro dicti monasterii utilitate, inhibentes[r] omnibus personis firmiter et districte, ne in dicta aqua contra voluntatem abbatis et capituli dicti monasterii audeant hedificare vel hedificari facere vel molendina in predictis confinibus habere. Et quod habent actenus inhedificatum in dicta aqua, debeant auferre vel auferri facere nec in dictis confinibus audeant laborare vel laborari facere, colere vel seminare, coli vel seminari facere contra voluntatem dicti abbatis, capituli et conventus, quia sic nostre conplacet maiestati. Similiter donamus, concedimus et confirmamus dicto monasterio totum territorium, quod est inter stratam et flumen Righi adscendendo usque ad Podium Aiani et descendendo per fossatellum de Aiano et mictit in Paleam. Insuper donamus, concedimus et confirmamus monasterio antedicto castellum[s] de Agello cum tota sua curte et districtu et cum omnibus iuribus suis, item Rocchettam de Sassina et Rocchettam de Sansano cum toto earum districtu et pertinentiis et iuribus, item Roccham de Radicofano cum suis burgis omnibus, curia et districtu, prediis, ortis, cultis et incultis, terris, vineis, pratis, pascuis, silvis, arboribus fructiferis et non fructiferis, aquis, aqueductibus[t], introitibus et exitibus et cum omnibus, que infra se et extra se habet vel habere videtur, quocumque modo, iure vel causa; simili[u] modo villam de Mogle[v] Mala et locum et districtum Massone et locum et districtum de Redula Maiore et Minore

[m] indigentia *B*
[n] *fehlt C*
[o] Montepizutum *C*
[p] edificia *C*
[q] *fehlt B*
[r] inibentes *C*
[s] castellare *BC*
[t] aquductibus *B*
[u] *mit überflüssigem Kürzungsstrich durch* l *B*
[v] Moglie *C*

et locum et districtum de Regiano et locum et districtum de Contigniano[w] cum tota curte et iure suo et podium de Pupilla et podium de Pactume et[x] Cerretum Abbatis[x] et villam sancti Filippi cum sua curia[y] et districtu et cellam et locum sancti Miniati positam[z] in territorio Rocche Albegne cum omnibus suis possessionibus atque bonis ubicumque positis vel locatis et totum territorium, quod dicitur Planum Abbatis, et decimationem omnium terrarum, que sunt in flumine Albegne usque ad districtum de Latriano[aa] et usque ad districtum de Arcidosso et de Sancta Flora et de Calegiano et duas domos dicte ecclesie positas in castro Rocche Albegne iuxta portam, que vocatur Porta Abbatis, et unam vineam ipsius ecclesie sancti Miniati positam iuxta Capitonem; simili modo plebem de Lamola Clusine dyocesis cum tota sua curia et districtu, bonis et possessionibus et confinibus, ubicumque positis et locatis, et[bb] in castro de Arcidosse ecclesiam sancti Leonardi et ecclesiam sancti Andree extra[cc] iuxta[cc] murum dicti castri, et in Castro Plano ecclesiam sancti Leonardi[bb]. Item dicto monasterio imperiali largitate donamus, concedimus et confirmamus Grauilona, Scudellarium, Castellinam, Bactagliolam, Seruitellam, Tauernam et dotale castellaria Grossetane diocesis cum omnibus iuribus, pertinentiis et confinibus suis, item locum[dd] et cellam[dd] sancti Saluatoris, sancti Bartholomei[ee] positam[ff] in districtu Campagniatici[gg], cellam sancte Marie positam iuxta Campagnaticum[hh] cum omnibus iuribus suis, bonis, possessionibus, confinibus et pertinentiis et decimationibus earundem, item locum sancti Petri de Valentina et ipsam Valentinam Suanensis diocesis cum omnibus suis iuribus, pertinentiis et[ii] confinibus quocumque modo, iure et causa ad ipsam Valentinam et locum ipsius[jj] sancti Petri pertinentibus, item ecclesiam sancti Fortunati positam in Corneto Tuscane[kk] diocesis, locum sancte Restitute, cellam sancti Sauini in districtu castri Terquinii, ecclesiam sancti Stefani[ll] positam in Terquinii, ecclesiam sancti Petri in Margarita in territorio Tuscane, et in civitate Tuscane[mm] ecclesiam sancti Donati, ecclesiam sancti Marci et ecclesiam sancte Marie Magdalene positas Viterbii et ecclesiam sancti Iohannis in Sonsa iuxta Viterbium, ecclesiam sancti Seueri super lacum cum corticella de Bisentio et[nn] ecclesiam sancti Petri positam in burgo de Latera, ecclesiam sancti Martini extra Lateram positam Castrine dyocesis, ecclesiam sancti Angeli de Vallibus Suanensis diocesis cum omnibus iuribus et pertinentiis, possessionibus et bonis, confinibus et decimationibus, que ad dictas ecclesias et loca[oo]

---

[w] Contignano *C*
[x–x] *fehlt B*
[y] curte *C*
[z] *folgt überflüssig* posita *B*
[aa] Latriana *C*
[bb–bb] *fehlt B*
[cc–cc] *so C*
[dd–dd] cellam et locum *C*
[ee] Bartolomei *C*
[ff] posita *B*
[gg] Campagnatici *C*
[hh] Capagnaticum *B*
[ii] *fehlt C*
[jj] *fehlt B*
[kk] Tusscane *C*
[ll] Stephani *C*
[mm] Tusscane *C*
[nn] *fehlt C*
[oo] *fehlt B*

pertinent vel pertinere videntur quocumque iure, modo vel causa. Item donamus, concedimus et confirmamus dicto monasterio cellam et locum sancti Clementis positam in territorio Rocche de Tintinano Clusine diocesis, et cellam et[pp] locum sancti Appollinaris[qq] in territorio positam[rr] castri Montisfullonice Aretine diocesis, et cellam et[ss] locum sancti Stephani[tt] in territorio positam[uu] castri Montispuliciani[vv] Aretine dyocesis cum toto earum territorio et omnibus iuribus suis, que omnia monasterio sepedicto, abbatibus et conventui eiusdem monasterii concessa sunt olim ab antecessoribus nostris. Et nos pro futuris temporibus amplissima firmitate prefatas res et bona omnia per nostram firmamus stabilitatem, quatinus omnium admodo iura potestatum reclusa securi tam abbates quam ipsius monasterii sancti Saluatoris Montis Amiate sancta congregatio possidere valeatis decenter, ut domino devotas possitis dicere laudes, videlicet castra, villas, masa[ww], ecclesias, cellas, domus, servos, ancillas, terras, ortos, cultos et incultos, silvas, prata, pascua, redditus, decimationes adque universa, que ab eisdem vel in eisdem utiliter adque rationabiliter accipi vel fieri possunt, tibi abbati sancti Saluatoris Montis Amiate tuisque successoribus per hanc nostri edicti preceptalem paginam perpetuo habendam censemus, statuimus atque firmamus, quo in tui tuorumque sint[xx] dominio prenominata castra, cortes et bona omnia similiter[yy] competenter regere, frui adque, ubi opportuerit, monachos ordinare omni contradictione, inquietudine ac contentione[zz] remota, interdicentes omnimodis et interminantes, ut nullus dux, marchio, episcopus, comes, vicecomes, potestas, iudex, castaldio seu quivis actionarius cuiuslibet dignitatis vel condictionis sublimis humilisque persone contra hoc nostre auctoritatis preceptum qualibet presumptione vel occasione agere aut temptare presumat. Si quis autem, quod absit, ausu temerario infringere ipsum per impendendo aut anullare[aaa] temptaverit, debita ab eodem ultione centum auri libras pro pena componat, de quibus medietatem camere nostre, reliquam medietatem exsolvet supradictis monasterio et abbati. Et ut hoc preceptum absque omni inquietudine in sua soliditate stabili perseveret, manu nostra illud firmavimus et more nostro iussimus insigniri. **/VU II/** Huius autem rei testes sunt: Henricus Mantuanus episcopus imperialis curie vicarius, comes Adulfus de Schouenburg, comes Hermannus[bbb] de Harspurg, comes Henricus de Zwirin[ccc], Petrus alme Vrbis prefectus, Tancredus et Remboctus frater suus de Sarteiano, Galfredus et Rufinus imperialis aule iudices, Galterus[ddd] pincerna imperii et alii quam plures.

---

[pp] *fehlt C*
[qq] Appolinaris *C*
[rr] posita *B*
[ss] *stark abgerieben B, fehlt C*
[tt] Stefani *C*
[uu] posita *B*
[vv] Montispulitiani *C*
[ww] *so B,* masa *mit Kürzungszeichen C, vermutlich für* massaritia
[xx] sit *BC*
[yy] simul *C*
[zz] contemptione *B*
[aaa] annullare *C*
[bbb] Hermanus *B*
[ccc] so C, Z ungeschickt nachgeahmt, Wirin *B*
[ddd] Galterius *C*

Signum domini Octonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)[eee]

Ego Cunradus[fff] Spirensis episcopus imperialis cancellarius vice domini Theodorici Coloniensis[ggg] archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi[hhh]. Acta sunt autem hec anno domini millesimo CC°X° [iii], regnante domino Octone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XII°, imperii vero primo. Datum per manus Gualterii imperialis aule protonotarii, XVII kalendas septembris, indictione XIII[jjj].

---

[eee] *fehlt B*
[fff] Curradus *B*
[ggg] Colunus *C*
[hhh] recongnovi *C*
[iii] MCCX° *C.*
[jjj] *das angebliche Original war laut C mit dem hängenden Wachssiegel Ottos versehen.*

## BFW 432.

*Otto teilt allen seinen Getreuen mit, dass er mit seinem Privileg für die Kommune Parma (BFW 407) nichts zum Schaden der Kirche von P a r m a verfügt habe und befiehlt, sein Privileg für die Kirche (BFW 369) zu beachten.*

*San Salvatore (di Monte Amiata), 1210 August 17*

*Abschrift des 16. Jh. im Archivio di Stato zu Parma, Culto, mazzo 37, Fasz. Privilegi imperiali p. 8 (D). – Abschrift aus der ersten Hälfte des 17. Jh. aus einer undatierten notariellen Abschrift (E) im Archivio Segreto Vaticano zu Rom, A.A. Arm. LXI, tom. 28, fol. 60r (E´).*

*Ughelli, Italia sacra 2, Sp. 223 aus einer Überlieferung im Vatikanischen Archiv = Bardoni, Thesaurus S. 156 Nr. 23, = Ughelli, Italia sacra ed. II. 2, Sp. 175. – Affò, Storia di Parma 3, S. 324 Nr. 28 aus E (a) = Calcagno, Conti di Lavagna S. 48 Anmerkung 36.*

*Angeli, Historia di Parma S. 109 (Erwähnung). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 832 Nr. 31. – Robolini, Notizie 4/1, S. 82 (Erwähnung). – BFW 432.*

O(tto)[a] dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis presentem paginam inspecturis gratiam suam et bonam voluntatem. Per hoc presens scriptum significamus[b] omnibus fidelibus nostris, quod nos in privilegio, quod indulsimus communi Parmensi[c], nihil fecimus in damnum[d] et in preiudicium Parmensis ecclesie, sed privilegia ipsi ecclesie Parmensi a nobis indulta et concessa volumus ei[e] ab omnibus inviolabiliter observari. Mandamus igitur et firmiter precipimus, ut privilegium iam dicte Parmensi ecclesie a nobis concessum ab universis inviolabiliter observetur[f] et nulla occasione ab aliquo infringatur.

Dat.[g] apud Sanctum Saluatorem XVI[h] kal. septembris, indictione XIII.

---

[a] *so E´a,* Otto *D*
[b] *so Da,* significavimus *E´*
[c] *Lesung unsicher, wohl* Petonensis *E´*
[d] dampnum *a*
[e] et *D*
[f] observari *E´*
[g] datum *D*
[h] 16. *E´.*

## BFW 433.

*Otto stellt dem Kloster S a n   S a l v a t o r e   d i   M o n t e   A m i a t a  unter Abt Roland die Lehen, darunter insbesondere jenes am Fluss Paglia, die er zuvor den genannten Vasallen des Klosters in Radicofani ihres schädlichen Verhaltens wegen entzogen hatte, zurück und gewährt ihm die Nutzung des Flusses.*

*Abtei San Salvatore (di Monte Amiata), 1210 August 21*

*Original, 467 + 50 x 405 mm, im Archivio di Stato zu Siena, Diplomatico San Salvatore Monte Amiata, 1210 agosto 21, casella 32 (A).*

*Böhmer, Acta S. 226 Nr. 250 aus A.*

*Monumenta Zollerana 8, Nr. 20. – Lisini, Inventario S. 142. – BFW 433.*

# Octo # quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Veniens ante presentiam maiestatis nostre Rollandus abbas sancti Saluatoris de Monte Amato[a] cum capitulo eiusdem monasterii sua nobis conquestione monstravit, quod Arnuldus quondam Donuli filius et Guilichinus eius nepos ac omnes, qui filii Donuli apellantur[b], et omnes perticarii de Radicofano[c] et alii homines predicti castri, qui fideles et vassalli deberent ęssę[d] predicti monasterii et abbatis, rupta fide et devotione contra dictum monasterium plurima iniuriosa et inhonesta[e] tractarum[f], propter quę beneficio, quo erant fideles et ęssę[g] debebant, se fecerunt indignos, et maxime illo beneficio, quod habebant in aqua Palea vocata et in eius confinibus. Quia ergo omnibus tenemur et maxime locis venerabilibus providere, attendentes utilitatem iam dicti monasterii[h] et abbatis ipsos homines iam dictos de Radicofano[i] supradicto feudo ex certa scientia spoliamus et eos omnino exinde iudicamus indignos, permittentes iam dicto abbati id libere rehabere et eo feudo de cetero pro suo arbitrio uti. Concedimus etiam insuper et imperiali largitate donamus ipsi[j] monasterio usum ipsius fluminis[k] et aque á loco, ubi oritur, usque ad Pontem Righi et molendina[l] in eo edificare et edificari[m] facere et omnem utilitatem inde percipere, que dicto[n] monasterio vel abbatibus ibidem pro tempore commorantibus[n] placuerit, et nominatim ducere aquas predictas et derivari eas per loca, que placuerit ipsi abbati vel eius successoribus pro dicti monasterii utilitate, inibentes firmiter et districte omnibus personis, ne in dicta aqua contra voluntatem abbatis et capituli sepedicti monasterii audeant edificare vel edificari facere vel molendina in predictis confinibus habere et, que habent hactenus

---

[a] *so A*
[b] *so A*
[c] Radicofan *mit Kürzungszeichen über* n
[d] ęę *mit diplomatischem Kürzungszeichen A*
[e] h *wohl aus* o *verb.*
[f] *so A*
[g] ęę *mit diplomatischem Kürzungszeichen A*
[h] m *wohl aus* n *verb.*
[i] Radicofan *mit Kürzungszeichen über* n
[j] *zweites* i *aus* o *verb.*
[k] *erster Schaft des* n *wohl verb.*
[l] d *verb.*
[m] *letztes* i *aus* e *verb.*
[n–n] *zunächst irrig* dicto vel abbatibus ibidem pro tempore commorantibus monasterio, *Wortstellung sofort mittels Verweiszeichen über* dicto *und* monasterio *korrigiert*

inedificatum in dicta aqua, debeant auferre vel[o] auferi[o] facere, quia sic nostre conplacet maiestati. Si quis autem contra hanc nostram pracmaticam sanctionem venire temptaverit, C marchas argenti componat, medietatem monasterio, reliquam nostre camere applicandam. Ad cuius rei evidentiam et perpetuam notitiam presentem paginam inde conscribi iussimus et nostre maiestatis sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Guillelmus Bigot de Anglia, comes H(ei)nricus de Saxonia, comes Cunradus de Zoll(re), Cunradus filius Tibuldi ducis Spoletani, Cunradus pincerna imperii, Guilichinus mariscalcus imperatoris, Bertuldus camerarius imperatoris et Albertus camerarius eiusdem ac alii quam plures. Acta sunt autem hęc anno dominice incarnationis[p] M°CC°X°, regnante domino Octone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XII°, imperii vero primo. Datum apud abbatiam sancti Saluatoris XII° kalendas septembris, indictione[q] XIII[a].

(SP.D.)[r]

[o–o] *so A, wohl auf Rasur*
[p] ionis *durch zwei kleine Flecken beschädigt*
[q] d *verb.*
[r] *rote und gelbe Seidenschnüre erhalten.*

## BFW 435.

*Otto gibt den Brüdern Spatacurta, Gualcherinus, Gualfredus und Ubertinus sowie deren Neffen Hugo und Tebaldus di Fortebraccio und Spatalonga das Land, das einst Graf Gualfredus de Valle vom Reich innehatte, zu Lehen.*

*Abtei San Salvatore di Monte Amiata, 1210 August 27*

*Original, 554 (–561) + 44 x 480 (–526) mm, im Archivio di Stato zu Siena, Diplomatico Riformagioni, 1210 agosto 27, lunga 3 (A).*

*Fra Giacomo da Torrita, Notizie istorico-critiche, ed. de Angelis, S. 223 unvollständig aus A. – Böhmer, Acta S. 770 Nr. 1072 aus Insert in Urkunde Karls IV. von 1355 IV 30 im Archivio di Stato zu Siena (zu August 28).*

*Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1113. – Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Reg. 1, Nr. 275. – Lisini, Inventario S. 142. – Schneider, Reg. Senense 1, Nr. 472. – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 304 Nr. 3 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – BFW 435.*

*Durch Faltungsschäden bedingte Verluste einzelner Buchstaben ließen sich leicht ergänzen und wurden im Text durch eckige Klammern gekennzeichnet.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Apud eminentiam nostram fides et devotio locum semper invenit dignum, semper ducentes[a] illorum augmento efficatius intendere et[b] munificentie nostre beneficia liberalius eis impertiri, quorum obsequia imperio et nobis commoda plurima prestare poterunt et existere fructuosa. Eapropter ad universorum imperii fidelium tam presentium quam futurorum notitiam volumus perv[en]ire, quod[c] nos avertentes[d] fidelium nostrorum Spatacurte, Gualcarini, Gualfredi et Vbertini fratrum atque eorundem nepotum Hvgonis Fortebrachii, Thebaldi Forthebrachii et Spatalonge puram fidem pariterque [d]evotionem, quam habent erga nos, et preclara obsequia, que ipsi ad honorem imperii nobis valent exhibere, de imperiali clementia donamus ipsis et in rectum feudum eis et omnibus eorum heredibus in perpetuum concedimus et confirmamus totam ter[r]am, que fuit quondam comitis Gualfredi[e] de Ualle, quam ab imperio tenebat, et de terra eadem ipsos legitime investimus[f], ut eam de manu nostra teneant, secundum quod a nobis terram suam tenent ceteri nobiles et ipsorum pares in comitatu Senensium [con]stituti, videlicet castrum Torrite cum mancipiis utriusque sexus et cum omnibus rebus, iustitiis quoque et rationibus ad ipsum pertinentibus, similiter castrum Ripe, castrum Fratte, castrum Betulle et omnia alia castra seu etiam villas, que vel quas comes Gualfredus et pater eius habuerunt et tenuerunt[g] quondam, et cum hominibus masculini sexus et feminini, cum montibus et planitiebus, cum v[in]eis, agris cultis[h] et incultis, cum molendinis, piscationibus, venationibus, a[q]uis aquarumque decursibus, silvis, pascuis, pratis, arboribus frugiferis et non frugiferis, et cum universis usantiis, iustitiis sive rationibus atque

---

[a] du *aus* in*, vielleicht nochmals für* invenit*, verb.*
[b] *sofort nachgetragen*
[c] qd *verb., vielleicht aus* er
[d] *so A statt* advertentes
[e] i *verb.*
[f] *eigentlich* investiimus *statt zunächst wohl* investivit*, zweites* v *durch Punkt getilgt und* m *aus* t *verb.*
[g] tenuer *mit* ur*-Kürzung statt einfachem Kürzungsstrich über* r
[h] *erster Schaft des* u *auf Rasur von* l

obsequiis nobis et imperio de his terris pertinentibus salvis duobus, fodro s[cili]cet et ostalitio, que obsequia iam dicti nobiles de terris ipsis, sicut actenus consuetum fuit, imperio et nobis sive nuntio nostro, quem in Tuscia constituerimus, integraliter facere tenebuntur. Statuentes itaque et imperiali sancimus edicto, ut nullus archiepiscopus, episcopus[i], nullus dux, marchio, comes, vicecomes, capitaneus, nulla civitas, nullum comune, nulla potestas, nulli consules, nulla denique persona humilis vel alta, ecclesiastica sive secularis, ausa sit supramemoratos fideles nostros in bonis comitis Gualfredi olim bone memorie molestare, gravare seu dampnum aliquod eis irrogare vel de terris ipsis aliquo umqu[am tempo]re ipsos disvestire. Quod qui facere attemptaverit, in[j] vindictam transgressionis sue auri purissimi libras centum componat, quarum medietas camere nostre inferatur, reliqua pars in[iu]riam passis persolvatur. Hanc vero supradictam donationem et feudi concessionem, quam facimus vobis Gualcarino, Vbertino et Gualfredo fratribus Spatacorte et Fortibrazio, Thebald[o] et Spatelonge nepotibus Vgonis, ita demum eam volumus tenere et vobis valere, si usque ad V annos proximos restitueritis et reddideritis integre quicquid Spatacorta et Vgo dederunt aut solverunt pro supradicto podere vel daturi sunt et pro concessione feudi acquirenda, et insuper omne costamentum et omnes expensas factas vel faciendas occasione supradicti poderis et concessionis ab eis, sicut quilibet eorum suo sacramento monstraverint, non exacta alia probatione, alioquin ab inde in antea omnia suprascripta et totum podere quondam comitis Gualfredi et patris eius ex nostra auctoritate ad Spatamcortam et Vgonem pro equali portione ipso iure deveniant. Ut autem hec omnia firma in evum et illesa permaneant et diligenter ab universis custodiantur, hanc divalem paginam exinde conscribi iussimus et nostri[k] sigilli karactere communiri. Huius rei testes sunt: H(ei)nricus Mantuanus episcopus curie nostre vicarius, Gualfredus Clusinus episcopus, comes Fredericus de Linigén, comes Gerardus de Digetis, comes Fredericus de Saraponte, comes Adolfus de Schauuinberc, comes H(ei)nricus de Uinrin, comes Hermannus [d]e Artisbúrge, Bernardus de Tortat, Tancredus et Rimbocto comites [de] Sarthiano, Guido de Monasterio, Guido Cazaconte, Euirardus de Lutri, Cono de Minzunberc, Waltherus pincerna de Schipfen, Veringerius frater eius, Albertus Strucio, Iohannes de Pado, Rufinus de Porta iudices curie et alii quam plures.

# Signum[l] domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancelarius[m] vice domini Thiderici Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancelarii[n] recognovi[o]. Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo X°, indictione XIII, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XIII, imperii vero primo. Datum apud abbatiam sancti Saluatoris in Monte Amiato per manum Waltheri imperialis aule protonotarii, V[I][p] kal. septenbris[q].

---

[i] *durch Tintenfleck beschädigt*
[j] *langes* i *mit Kürzungszeichen wohl sofort eingefügt*
[k] *danach* s *getilgt*
[l] n *aus* u *verb.*
[m] *so A*
[n] *so A*
[o] *zunächst irrig wohl* regcognovi*, dabei unterer Bogen des ersten* g *nicht vollendet und rechts angesetzter Haken nicht ausgeführt*
[p] *der nach links umgebogene Teil der Unterlänge noch sichtbar*
[q] *so A*

(SP.2.)[r]

[r] *beschädigt, an roten und gelben Seidenfäden.*

# BFW 434.

*Otto nimmt Matheus von M o n t e a c u t o und dessen Neffen, die Söhne von dessen Brüdern Albert und Wilhelm, nach dem Vorbild Kaiser Heinrichs VI. in seinen Schutz, bestätigt die von diesem erteilten Rechte, gewährt ihnen darüber hinaus die Abhaltung eines Wochenmarktes auf ihren Besitzungen und befiehlt seinen örtlichen nuntii, deren Rechte zu wahren.*

*San Salvatore di Monte Amiata, 1210 August (16–29)*

*Insert in Originalurkunde Karls IV. von 1355 V 3 (Böhmer – Huber 2096; C), heute verloren, davon notarielle Abschrift von 1543 IX 9 im Archiv der Grafen Barbolani da Montauto zu Anghiari, Sezione Cartapecore n. 279 (C′) und Abschrift in der Originalurkunde Ferdinands II. von 1624 VIII 19 ebenda (C′′).*

*Gamurrini, Istoria genealogica 1, S. 218 wohl aus A (Teildruck) (g) und S. 220 aus C. – Rena – Camici, Serie 5d, S. 92 wohl aus A (c). – Pasqui, Documenti per la storia di Arezzo 2, S. 88 Nr. 457 aus Abschrift des 18. Jh. in der Biblioteca Riccardiana zu Florenz.*

*BFW 434.*

*Das Diplom Heinrichs VI. (Böhmer – Baaken 298) für die Herren von Monteacuto diente als Vorurkunde.*

Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Ad imperialem videtur clementiam pertinere eorum commodis et honoribus studium et operam prebere, quos fide et obsequiis reperit erga se laudabiles et devotos. Cognoscat igitur universitas nostrorum fidelium presentium et futurorum, quod nos vestigia divi Henrici[a] sexti imperatoris Romanorum nostri antecessoris imitari volentes fideles nostros plurimumque devotos Matheum[b] de Monteacuto[c], Albertum, filium quondam Guilielmi[d], et filios[e] Alberti, dicti Mathei[f] nepotes[g], cum eorum hominibus[h], castellis, villis[i], possessionibus et rebus suis universis in[j] nostre maiestatis custodiam recipimus[k] et protectionem statuentes firmiter et precipientes districte, ut nulla unquam persona, nulla comunitas nec aliquis nuntius audeat[l] eos offendere, molestare vel gravare in rebus aut personis, vel homines vel aliqua eorum bona eis invitis[m] tollere, recipere vel retinere in eorum lesionem[n], aut consuetudines vel constituta eis[o] in preiudicium apponere. Ad hec autem de benignitate imperatorie maiestatis ipsorum nostrorum fidelium servitiis et devotionibus respondentes concedimus eis atque largimur Lambardos, allodarios[p] et armanios[q], qui sunt in

---

[a] Heinrici *C′*, Enrici *g*
[b] Mattheum *g*
[c] Montauto *g*
[d] Gulielmi *C′*, Guilielmini *g*
[e] filius *C′′*, filium *c*
[f] Matthei *g*
[g] nepotem *C′′c*
[h] honoribus *c*
[i] *folgt* et *C′C′′*
[j] *fehlt C′*
[k] recepimus *C′C′′*
[l] *fehlt C′′c*
[m] invictis *C′*
[n] lesione *C′C′′*
[o] eius *C′′c*
[p] avadarios *C′*, auadadios *C′′*
[q] arimanios *C′*, armenios *c*

eorum districtu, * fodrum et omnem dationem[r], que ad nos pertinet[s], de terris, possessionibus et hominibus ipsorum. Item concedimus eis et licentiam damus, ut faciant, ubicumque volunt in terris eorum, forum venalium rerum in quarta feria singulis septimanis et habeant inde pedagium[t] et curaturam. Et nullus homo vel comunitas presumat iam dictum forum vel personas ad ipsum euntes seu redeuntes offendere ullo modo vel impedire. Nostris vero nuntiis, qui pro tempore fuerint in Aretino vel Castellano[u] comitatibus[v] constituti, firmiter et districte precipimus, ut, cum aliquis predictorum nostrorum[w] fidelium fuerit[x] eis conquestus, plenam[y] sibi iustitiam[y] sine gravamine faciant et conservent[z], et eos et eorum bona ab omnibus suis offensoribus[aa] defendant[bb] et ipsi eis nullum gravamen inferant[cc]. Volumus enim, quod ab omni * datione, collecta et iusto servitio liberi[dd] sint et[ee] absoluti. Et[ff] ut[gg] hec omnia irrefragabiliter[hh] ab omnibus observentur, presentem paginam fieri et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri[ii]. Unde si quis * contra hec nostra ausus fuerit venire mandata, noverit se nostre celsitudinis indignationem graviter incursurum[jj] et viginti libras optimi auri *, nostre camere medietatem, reliquam vero passis iniuriam in culpam sue temeritatis pro pena soluturum[kk]. Huius rei testes fuerunt: Conradus[ll] Spirensis[mm] episcopus et cancellarius domini imperatoris, Henricus[nn] Mantuanus[oo] episcopus et imperialis aule vicarius, Petrus Urbis[pp] prefectus, Henricus[qq] comes[rr] de Lions[ss], Ildiber[rr] comes palatinus, Rogerius[tt] de Celsauere[uu].
Dat. anno domini MCCX, mense augusti, indictione XIII, apud sanctum Saluatorem Montis Amati[vv].

---

[r] rationem *C´*, ractionem *C´´*
[s] pertinent *C´*
[t] pedagiam *C´´*
[u] Castell *mit Kürzungsstrich durch* ll *C´*, Castilione *C´´*, Castilion. *c*
[v] comitatu *C´C´´*
[w] *fehlt C´´c*
[x] fecerit *c*
[y–y] plena sibi iustitia *C´´c*
[z] conservetur *C´´*
[aa] defensoribus *C´C´´*
[bb] defendat *C´´c*
[cc] inferat *C´´*
[dd] libere *C´C´´, fehlt c*
[ee] ipsi *C´c*
[ff] *fehlt C´*
[gg] *fehlt C´´*
[hh] irrefrangabiliter *C´*, infragabiliter *C´´*
[ii] insigniri *c*
[jj] incursuri *C´*
[kk] soluturi *C´*
[ll] Curd. *C´C´´*
[mm] Spuen *mit Kürzungszeichen C´*, Spien *mit Kürzungszeichen C´´*
[nn] Hemrigi *C´´*
[oo] Mantuanensis *C´´*
[pp] Vrbis *C´´*
[qq] Hemrigus *C´´*
[rr–rr] Ildiber *C´C´´ statt* Ildibrandus, comes – Ildiber *fehlt c*
[ss] Lyoms *C´´*
[tt] Rogr *mit Kürzungszeichen C´*, Roger *C´´*
[uu] Celsauer *C´´*, Callaver *c*, *folgt* de Mol, *möglicherweise irrig statt* et alii quam plures *C´C´´c*
[vv] Ameti *c*.

## BFW 437.

*Otto beurkundet, dass Graf Konrad von Zollern, der Burggraf zu Nürnberg, das gesamte Lehen, das er von der Kirche zu Speyer erhalten und an Konrad von Rietberg weiter verliehen hatte, in die Hände Bischof Konrads von Speyer, des kaiserlichen Kanzlers, resigniert habe.*

*San Salvatore di Monte Amiata, 1210 August 29*

*Abschrift vom Ende des 13. Jh. im Badischen Generallandesarchiv zu Karlsruhe, 67/450 (Codex maior Spirensis Bd. 2), fol. 228v–229r (B). – Abschrift des 15. Jh. ebenda, 67/448 (Codex minor Spirensis), fol. 46v–47r (C).*

*Mon. Boica 31/1, S. 474 Nr. 249 aus beglaubigter Abschrift von 1793 VII 22 im Staatsarchiv zu Bamberg. – Remling, Geschichte der Bischöfe zu Speyer 3, S. 145 Nr. 129 wohl aus C. – Stillfried – Märcker, Mon. Zollerana 1, S. 31 Nr. 83 aus C.*

*Stillfried, Alterthümer 1, Nr. 17 (Abb. von C).*

*Simonis, Beschreibung S. 92 (Erwähnung zu 1214). – Oetter, Versuch S. 33 (Erwähnung). – Lang, in: Denkschriften der kgl. Akademie der Wissenschaften 1813, S. 121 (Erwähnung). – Lang, Reg. rerum Boicarum 2, S. 43. – Lancizolle, Geschichte 1/1, S. 95 (Erwähnung). – Lang, Bayerns alte Grafschaften S. 241 (Erwähnung). – Mone in: Anzeiger für Kunde der deutschen Vorzeit 6, Sp. 370 (zu 1214). – Stälin, Wirtembergische Geschichte 2, S. 335 (mit Ausstellungsort S. Miniato al Tedesco). – Stillfried – Märcker, Hohenzollerische Forschungen 1, S. 61 und S. 112 Anmerkung 15. – Remling, Geschichte der Bischöfe zu Speyer 1, S. 433. – Schmid, Geschichte 1, S. LXI mit Anmerkung 2. – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1113. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 149. – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 163. – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 305 Nr. 4 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – BFW 437.*

Otto[a] quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Ea, que ad commodum fidelium nostrorum rationabiliter in nostra geruntur presentia, ne processu temporis a memoria hominum elabi possint vel in ambiguum deduci, ad maiorem cautelam scripture amminiculo[b] dignum duximus perpetuare. Quapropter universis imperii fidelibus tam presentis evi quam futuri[c] notum facimus, quod accedens ad presentiam nostram fidelis noster Cunradus[d] comes de Zolre, qui[e] et burggravius de Nůrenberg, coram[f] nobis[f] et multis imperii nobilibus[g] atque ministerialibus constitutus[h] totum et integrum feudum illud, quod ab ipso tenuit Cunradus[i] de Rietperg[j] et quod idem comes de Zolre et burggravius de Nůrinberg[k] ab ecclesia Spirensis habebat, in manus dilecti familiaris nostri Cunradi[l] eiusdem ecclesie episcopi[m] imperialis aule cancellarii libere resignavit et illud ecclesie Spirensi sibique et omnibus eius in perpetuum successoribus dimisit absolutum. Ut autem eadem coram nobis resignatio legitime[n] admodum et

---

[a] *Initiale* O *in B über 3 Zeilen und verziert, in C über zwei Zeilen und mit roter Tinte eingetragen*
[b] aminiculo *B*
[c] future *B*
[d] Conradus *B*
[e] *fehlt B*
[f–f] *fehlt B*
[g] fidelibus *B*
[h] constitutis *C*
[i] Conradus *B*
[j] Rietberg *B*
[k] Nurenberg *B*
[l] Conradi *B*
[m] *fehlt B*
[n] legittime *B*

rationabiliter facta stabilis semper et firma perseveret[o] et ne[p] idem comes nec alia[q] aliqua[q] persona ecclesie Spirensi super hiis ullo umquam in tempore movere[r] possit[r] questionem, hanc inde[s] paginam conscriptam sigillo nostro iussimus[t] communiri. Huius itaque rei testes sunt: comes Fridericus de Liningin[u], comes Gerhardus de Dietis, comes Fridericus de Saraponte, marchio Fridericus de Badin[v], Rudolfus[w] de Kiselowe[x], Waltherus pincerna de Schipffen[y], Cůnradus[z] frater eius, Embrico de Lapide, Heinricus[aa] de Cropfisberg[bb] et alii quam plures.

Datum actumque apud[cc] sanctum Saluatorem in Monte Amiato, anno dominice incarnationis M^o^CC^o^X^o^ [dd], IIII^o^ [ee] kal. septembris[ff], indictione XIII[a].

---

[o] consistat *B*
[p] nec *B*
[q–q] aliqua alia *B*
[r–r] *fehlt B, Raum für zwei Wörter freigelassen*
[s] nostram *B*
[t] fecimus *B*
[u] Lyningen *B*
[v] Baden *B*
[w] Rudolffus *B*
[x] Kiselawe *B*
[y] Shipphen *C*
[z] Conradus *B*
[aa] Henricus *B*
[bb] Kroppisberc *B*
[cc] aput *B*
[dd] millesimo CCX *B*
[ee] IIII *B*
[ff] sebt *mit Kürzungsstrich über* t *C.*

## BFW 438.

*Otto gewährt und bestätigt der Stadt C a m e r i n o alle rechtmäßigen Gewohnheiten und Besitzungen und sieht ihr den Schaden nach, den sie ihm und dem Reich an der Burg Pioraco zufügte.*

*Abtei San Salvatore di Monte Amiata, 1210 August 29*

*Abschrift des 14. Jh. aus einer heute verlorenen notariellen Abschrift von 1297 VI 14 (B) in der Sezione di Archivio di Stato di Macerata zu Camerino, Archivio storico del Comune di Camerino, Libro rosso, fol. 10r (B').*

*Lilii, Storia di Camerino 1, S. 230 aus B' = Dino, De antiquitatibus Umbrorum dissertatio S. 81 (Auszug) = Dino, De antiquitatibus Umbrorum dissertatio, ed. Graevius Sp. 50, = Böhmer, Acta S. 227 Nr. 251. – Biondi, Il libro rosso di Camerino S. 56 Nr. 17 aus B'.*

*Turchi, De ecclesiae Camerinensis pontificibus S. 185. – Risposta S. 78 (mit Textauszug). – Santoni in: Archivio storico per le Marche e per l'Umbria 2, S. 40 Nr. 2. – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 149. – Aleandri in: Arte e storia 26, S. 59 (mit Textauszug). – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 288. – BFW 438.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Octo quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. Imperialis eminentie benignitas bene se merentibus bene semper facere consuevit. Actendentes itaque fidem et devotionem, quam erga nos et imperium habuerunt actenus fideles nostri Camerinenses, pariter et fidelia obsequia, que nobis exibuerunt et in posterum ipsos exibituros non dubitamus, notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod de innata nobis benignitate bonas et iustas usantias et consuetudines predicte civitatis Camereni[a] eis concedimus et corroboramus, eorum quoque iustas posessiones[b] et tenutas, quas iuste et rationabiliter habent et possident, eisdem nostra imperiali confirmamus auctoritate salvo tamen in predictis omnibus omni iure nostro et imperii. Statuimus igitur et imperiali precipimus auctoritate, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes et nullus non[c] civis nec[d] ullaque omnino persona ecclesiastica vel secularis, humilis vel alta, predictam civitatem Cam(ereni) contra hanc serenitatis nostre concessionem et confirmationem molestare seu impedire presumat. Quod quicumque facere actemptaverit, in ultionem temeritatis sue sciat se triginta libras auri puri pro pena conpositurum, dimidium camere nostre et dimidium iniuriam passis. Dampnum[e] quoque et iniurias atque malefitia, que predicti Camerinenses nobis et imperio intulerunt de castro et arce Ploraci, eis de imperiali benignitate remictimus. Ad cuius rei perpetuam notitiam presentem paginam inde conscribi et imperialis magestatis sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Henricus Mantuanus episcopus imperialis aule vicarius, comes Yldrebandinus[f], Vido Cacciacomes, comes Egidius de Curtenoua, comes Corradus de Sancto Martino Mantuanus, Vgolinus de Lanno, Albertus Striczius, Presbiter, Caczia, Iohannes de Pado, Rufinus de Porta imperialis curie iudices et alii quam plures inde testes.

Signum domini Octonis quarti Romani[g] imperatoris gloriosi.

---

[a] Cameni *mit* er-*Kürzung über* m *B'*
[b] *so B'*
[c] *B' wohl irrig* uo *(für* vero*) statt* no *mit Kürzungsstrich; Böhmer ergänzt davor* consul
[d] *B' irrig* nr *mit Kürzungsstrich für* noster
[e] dapnum *B'*
[f] *so B'*
[g] *so B' statt* Romanorum

Ego Corradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Thiderici Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M$^{o}$CCX, indictione XIII, regnante domino Octone quarto dei gratia Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XIII, imperii vero primo; dat. aput abbatiam Sancti Saluatoris de Monte Amari[h] per manum Gualterii prothonotarii, quarto kal. septembris.

[h] *wohl so statt* Am(i)ati *B´*.

*** - .** ***unsicher***

*Otto befiehlt der Gemeinde von Marzana, den Erzpriester des Domkapitels von V e r o n a in der Ausübung der Gerichtsbarkeit nicht zu behindern.*

*(1210 Anfang Juni – Anfang September)*

*In einem durch Feuchtigkeitseinwirkung stellenweise stark beschädigten Notariatsinstrument von 1210 September 5 (Verona, Biblioteca capitolare, Archivio capitolare, Pergamene II-10-2v) heißt es, der Archipresbyter des Domkapitels von Verona, Magister Albertus, habe sich in Begleitung zweier Juristen und einiger Kanoniker nach Marzana begeben,* volens etiam iurisdictionem [… possidere? …] et eius castellatici omnium locorum pro ecclesia suprascripta sancte Marie operari et exercere. Quam iurisdictionem […] spectare et pertinere dicebat auctoritate domini imperatoris Otonis et capituli maioris Veronensis ecclesie ….

-.

*Otto nimmt die Bürger von Montefiascone in seinen Schutz und bestätigt ihnen die Privilegien seiner Vorgänger Friedrichs I. und Heinrichs VI.*

*Im Heerlager bei Tuscania, 1210 September 7*

*Abschrift von 1789 im Archivio Segreto Vaticano zu Rom, Fondo Garampi 198 (G).*

*Polock in: QFIAB 65, S. 129 Anhang II (irrig zu September 6) aus G.*

*Buti, Storia di Montefiascone S. 88 mit Anmerkung 2 und S. 89 mit Anmerkung 3. – Signorelli, Viterbo 1, S. 165 Anmerkung 15. – Silvestrelli, Città, castelli e terre S. 550 (Erwähnung). – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 306 Nr. 5.*

(C.) In nomine sancte et individue trinitatis. Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus. Solita imperatorię maiestatis nostrę clementia dilectos ac fideles suos libenter honorare consuevit et comoditates illorum non solum beneficiis, verum etiam augmentis[a] rerum liberaliter ampliare, et eos quidem maioris dilectionis affectu, quos ferventiori devotione cognoscimus nobis et imperio iugiter insudare. Eapropter notum facimus universis imperii fidelibus pręsentibus et futuris, quod nos adtendentes fidem ac devotionem fidelium nostrorum burgensium de Monte Flasconis ad instantiam et preces consulum eiusdem loci * et aliorum bonorum hominum ac totius populi ipsum castrum et personas nunc et in posterum in eo et in suburbiis circumiacentibus habitantium et omnia ipsorum bona mobilia et inmobilia, quę nunc habent vel in futurum iuste poterunt obtinere, sub protectione imperatorię maiestatis suscepimus. Et ad augmentum imperialis gratię nostrę et ad imitationem serenissimi antecessoris nostri Friderici Romanorum imperatoris concedimus eis, ut quecumque persona domum vel casalinum in ipso castro vel in adiacentibus suburbiis habuerit, duos denarios, quales pro tempore cucurrerunt, et non plures singulis annis dare teneatur castellano Montis Flasconis, ita tamen, quod potestatem habeant vendendi, donandi, permutandi, obligandi atque legandi inter se, cui voluerint, absque contradictione alicuius salva predicta pensione. Concedimus etiam cuilibet homini liberam facultatem veniendi ad habitandum in ipso castro et suburbiis eius et fruendi eadem libertate, qua ceteris castrensibus frui est concessum, nisi de hiis castellis nostris migrare voluerint, de quorum transitu dampnum haberemus, videlicet de Martha, Valentano, Alatro, Gradulo et quatuor castellis in terra Lombardorum Procino, Sancto Laurentio, Grotta, Aquapendente, Sancta Cristina, et nisi sit famulus vel servus vel famosus latro vel publice[b] bannitus aut falsarius. Ad hec indulgemus eis, ut, si quis in predictis locis habitantium aliquam rem pro suo sine legitima interruptione per triginta annos quiete possederit, de cetero super ea re non molestetur, exceptis hiis casibus, in quibus talis prescriptio rata de iure non debet haberi. Insuper annuimus eis, ut nullus habitantium in sepedicto castro et suburbiis ab aliquo capiatur, nisi causa prius manifeste et legitime sit probata, dum tamen is, adversus quem agitur, idoneam et sufficientem securitatem prestiterit castellano domini imperatoris de iustitia facienda sub eo iudice, quem * castellanus ei prefecerit. Ceterum, sicut antecessorem nostrum Heinricum sextum Romanorum imperatorem ex suo privilegio fecisse perpendimus, ad augmentum et honorem omnium hominum de Monte Flasconis concedimus et presenti scripto

[a] augumentis *G*
[b] bublice *G*

confirmamus, ut omnes homines de Urbevetana civitate et de toto eius districtu, qui ad locum illum cum uxoribus, filiis sive cum quacumque suppellectile venire et domum ędificare vel perpetuam mansionem facere voluerint et fidelitatem nobis iuraverint, nullo ipsis in hac re impedimentum pręstante ea libertate et pace qua ceteri homines illius loci plenarie perfruantur. Hec siquidem omnia et omnes bonas consuetudines eorum malis et iniustis penitus infractis eis et successoribus suis imperiali auctoritate confirmamus salva in omnibus et per omnia iustitia imperiali. Statuimus igitur et imperiali sancimus auctoritate, ut nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nullus capitaneus, nulla civitas, nullum comune nullave potestas, nulla denique pesona magna vel parva, ecclesiastica vel secularis, hanc maiestatis nostrę paginam audeat violare nec aliquibus iniuriarum calumpniis seu dampnis pręsumat attemptare. Quod qui fecerit, in ultionem temeritatis suę componat centum libr(as) auri, medietatem camerę nostrę et medietatem iniuriam passis. Huius rei testes sunt: Thebaldus [dux Spoleti, Petrus alme][c] Urbis pręfectus, comes Ildibrandinus, comes Tancredus de Sartiano, comes Godefridus de Blandrato, comes Egidius de Curtenova, comes Albertus de Casalotto, comes Georius[d] de Widen[e], comes Conradus de Widen, comes Conradus de Zolre, comes Fridericus de Hartinberc, Bernardus de Turstat, Rodolfus de Kisilowe, Heinricus marscalcus de Kallindino, Cono de Minzinberc, Waltherus pincerna de Scipfen, Conradus frater eius et alii quam plures.

Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)[f]

Ego Conradus Spirensis episcopus imperialis aulę cancellarius vice domini Tiderici Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalię archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis 1210, indictione XIII, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XIII, imperii vero primo; datum in castris apud Tuscanum per manum Waltheri imperialis aulę prothonotarii, 7° idus septembris[g].

---

[c] *so wohl eine durch drei Punkte angedeutete Lücke in G zu ergänzen*
[d] *so über der Zeile korrigiert aus* Gerardus
[e] *so über der Zeile korrigiert aus* Dietis
[f] *das Monogramm unterhalb des Textes mittels Verweiszeichen hierher gesetzt*
[g] *laut G Löcher für die Befestigung des Siegels im Pergament.*

# BFW 439.

*Otto investiert den Podestà der Stadt I m o l a Gifredus de Pusterla mit allen der Stadt gleichzeitig bestätigten Gewohnheiten und Rechten vorbehaltlich des Reichsrechts sowie mit seinem Schutz über deren Bewohner und Besitzungen.*

*Im Heerlager vor Viterbo, 1210 September 16*

*Original in der Biblioteca comunale zu Imola, Archivio storico comunale, Pergamene, mazzo I, Nr. 45 (A).*

*Ficker, Forschungen 4, S. 287 Nr. 240 aus A.*

*(Benacci), Compendio 1, S. 140. – Mazzatinti, Gli archivi d'Italia 1, S. 158. – Ciacci, Gli Aldobrandeschi 2, S. 93 Nr. 276. – BFW 439.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clemencia Romanorum imperator et semper augustus. # Consuevit[a] imperialis eminencie inmensa benignitas suorum fidelium votis pio assensu occurrere et in suis iustis postulationibus devotos suos occulo[b] clementi respicere, ut de devotis devotiores reddantur et ipsorum exemplo plerique ad imperialia obsequia vehementius[c] accendantur. Notum sit igitur universis fidelibus imperii presentibus et futuris, quod nos advertentes puram fidem et sinceram devotionem, quam fideles nostri universi cives Ymolenses hactenus nobis exhibuerunt et domino dante in posterum nobis sunt exhibituri[d], accedente ad presenciam nostram fidele nostro Gifredo de Posterla potestate Ymole per ipsum G(ifredum) de imperiali clemencia damus, concedimus atque confirmamus memorate[e] civitati omnes usancias et bonas consuetudines omnesque rationes et iusticias[f] et iura, que hactenus ipsa civitas habere consuevit, ut hiis omnibus perpetuo[g] se gaudeant de concessione nostra tutos atque securos esse. Item volentes, ut hii, qui tam specialiter nobis sunt obligati, speciali quoque patrocinio nostro semper sint subiecti, civitatem Ymole et omnes eos, qui vel nunc in ea commorantur vel in posterum in ipsa sunt habitaturi, cum omnibus rebus et possessionibus suis, quas vel nunc habent seu in futurum sunt habituri, sub imperialem protectionem nostram recipimus et in tranquilla pace et quiete sub nostra deffensione memorate civitatis habitatores semper consistere volumus, ab omni eos hostili incursione indebita securos esse volentes. Hac itaque donacione sive protectione nostra sepedictam civitatem Ymole per predictum G(ifredum) de Posterla ipsius potestatem investivimus salvo in omnibus iure imperii statuentes et imperiali edicto firmiter precipientes, ut nulli unquam persone alte vel humili, ecclesiastice vel seculari, licitum sit hanc nostre donationis sive protectionis paginam infringere seu aliquo ei temeritatis ausu obviare. Quod qui facere presumpserit, in sue presumptionis penam centum libras auri puri componat, quarum medietas fisco nostro, reliqua vero medietas[h] iniuriam passis persolvatur. Testes huius rei sunt: comes Hildebrandinus, Petrvs alme Urbis prefectus, Salinwerra de Ferraria, Willelmus de

---

[a] o *auf Rasur*
[b] *so A*
[c] he *verb., ein waagrechter Kürzungsstrich durch den Oberschaft von* h *radiert*
[d] uri *auf Rasur*
[e] *zweites* e *aus* i *verb.*
[f] *erstes (langes)* s *aus rundem* s *verb.*
[g] *über* uo *kleines Loch in der Faltung*
[h] *zweites* e *aus* t *verb.*

Posterla, Alkerius de Posterla, Orlandus[i] de Lambertin(is), Albertus Rampus iudex, Gvasdo Stulti, Bonuscomes, Susinellus de Ferraria, Albertus Strvcius et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Acta sunt autem hec anno domino[j] M°CC°X°, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XIII°, imperii vero primo.

Datum in castris ante Viterbium XVI° kal. octobris per manus Waltheri imperialis aule prothonotarii, indictione[k] XIII[a].

(SP.D.)[l]

---

[i] r *stark verblasst*
[j] *so A*
[k] *darunter Loch im Pergament*
[l] *rote Seidenfäden erhalten.*

## BFW 441.

*Otto gibt Pfalzgraf I l d e b r a n d i n (von Tuszien) das gesamte Gebiet, das vormals dem Grafen Rainer de Bartholomaeo gehörte, zu rechtem Lehen.*

*Im Heerlager in der Grafschaft Todi, 1210 Oktober 11*

*Original, 455 + 35 (–40) x 305 (–320) mm, im Archivio Segreto Vaticano zu Rom, A.A. Arm. I–XVIII, 10 (A).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 59 Nr. 62 aus Abschrift vom Ende des 13./Anfang des 14. Jh. im Archivio Roncioni zu Pisa. – Ciacci, Gli Aldobrandeschi 2, S. 94 Nr. 278 aus Abschrift im Archivio di Stato zu Siena.*

*Posse, Siegel 1, Tafel 25 Nr. 5 und 6 (Abb. der Goldbulle) mit Beschreibung 5, S. 27. – Sella, Bolle d'oro Tav. II Nr. 5 (Abb. der Goldbulle). – Martini, Gold Seals S. 46 und Tafel 6 (Urkundenabb. und Abb. der Goldbulle). – Hucker, Kaiser Otto IV. Abb. 5a (Abb. der Goldbulle aus Posse). – Katalog Goldsiegelsammlung Nr. 6 (Urkundenabb. und Abb. der Goldbulle) = Lydorf in: Signa iuris 12, S. 151 Nr. 17 (Abb. der Goldbulle). – Hucker, Otto IV. S. 658 Nr. 12 (Abb. der Goldbulle).*

*Manni, Sigilli 8, S. 46 (Erwähnung). – Meiller in: Notizenblatt 2, S. 372 Nr. 4 (mit Textauszug und Wiedergabe des Eschatokolls). – Meklenburgisches UB 1, Nr. 198 (mit Wiedergabe des Eschatokolls). – Kehr in: NA 14, S. 354 Nr. 13. – BFW 441.*

*Für die Formulierung des Perturbationsverbots, der Pönformel und der Corroboratio wurde BFW 318 als Vorurkunde herangezogen.*

(C.) # In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Imperialis excellentię nostrę consuevit inmensa benignitas devota fidelium suorum adtendere servicia ipsisque pro benemeritis munificentię sue beneficia gratanter impertiri. Eapropter ad universorum imperii fidelium tam presentis ęvi quam futuri noticiam duximus perferendum, quod nos animadvertentes affectum sincerę devotionis, quem gerit erga nos dilectus fidelis noster comes Ildibrandinus palatinus, et preclara obsequia, quę imperio et nobis tam exhibuit et in posterum erit exhibiturus, meritis eius cupientes respondere de innata nobis pietate et ex certa scientia nostra concedimus sibi et heredibus suis et perpetuo possidendam confirmamus totam terram illam, quę fuit quondam comitis Rainerii de Bartholomeo, quam in vita[a] sua ipse tenebat, videlicet Pitillianum cum omnibus suis pertinenciis, Soranum[b] cum omnibus suis pertinenciis, Vitoziam cum omnibus suis pertinenciis, Salam cum omnibus suis pertinenciis, Isclam cum omnibus[c] suis pertinenciis, Farnese cum omnibus suis pertinenciis, Castellionem cum omnibus suis pertinenciis, Petrellam cum omnibus suis pertinenciis, Morranum cum omnibus suis pertinenciis, Castellarsum cum omnibus suis pertinenciis. Hec omnia memorato comiti et suis heredibus nomine[d] recti et legalis feudi â nobis[d] et nostris successoribus possidenda concedimus et confirmamus. Statuimus igitur et imperiali edicto firmiter sanctimus, ut nulli omnino personę humili[e] vel altę, ęcclesiasticę sive seculari, licitum sit contra hanc nostrę concessionis et confirmationis paginam venire aut memoratum comitem Ildibrandinum vel ipsius heredes in predictis terris molestare. Quod qui facere presumpserit, in vindictam temeritatis suę auri examinati libr(as) centum componat, dimidium camerę nostrę, reliquum iniuriam passis persolvendum. Ad cuius rei certitudinem presens inde privilegium

[a] v *wohl verb.*
[b] a *durch Loch in der Faltung etwas beschädigt*
[c] o *durch Abreibung in der Faltung beschädigt*
[d–d] *unterstrichen*
[e] *zweites* i *wohl verb.*

conscriptum sigilli nostri impressione iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Diepoldus dux Spoleti, Guido marchio, Neapuleon de Campillis, Neapuleon de Ualle[f] Spoletana, Salinwerra de Ferraria, Bonus comes de Monte Feltrano, Tudinus de Collazûn, Guido Kazaconte, comes Heinricus de Zuirîn, comes Adolfus de Tassil, comes Georius de Widên, Ro%vdolfus de Kisilowe, Bernhardus de Turstat, Heinricus marscalcus de Kallindin, Waltherus pincerna[g] de Schipfê, Berngerus frater eius, Albertus Strucius et Arnaldus Strictus iudices curię et alii quam plures.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini millesimo C°C°X°, indictione XIIII[a], regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XIII°, imperio vero secundo.

Datum[h] in castris in comitatu Tudertino per manum Waltheri imperialis aulę prothonotarii, V° idus octobris.

(B.3.)[i]

---

[f] *zweiter Schaft des* u *wohl verb.*
[g] er-*Kürzung über* c *durch Fleck beschädigt*
[h] *ab hier mit hellerer Tinte, die ganze Zeile leicht abgerieben*
[i] *an roter und gelber Seidenschnur.*

# BFW 363.

*Otto befiehlt Bischof (Jakob) von T u r i n , die Waldenser und alle, die in dessen Diözese Zwietracht säen und den katholischen Glauben durch Irrlehren angreifen, mit kaiserlicher Ermächtigung zu vertreiben.*

*(zwischen 1209 Oktober 4 und 1210 November 18)*

*Original, 119 (–126) + 22 x 136 (–141) mm, im Archivio arcivescovile zu Turin, AAT 5.1.17 (A).*

*Gioffredo, Storia (Historiae Patriae Monumenta. Scriptores tom. 2), lib. VIII, Sp. 488 aus Handschriften Gioffredos im Archivio di Stato zu Turin = Gioffredo, Storia 2, S. 235, = Semeria, Storia della chiesa metropolitana lib. I, S. 169, = Cantù, Storia degli Italiani 3, S. 540 Anmerkung 15 = ed. II. 3, S. 451 Anmerkung 15, = Cantù, Histoire des Italiens 5, S. 103 Anmerkung 1, = Cantù, Eretici d'Italia 1, S. 118 Anmerkung 6, = Cantù in: Revue des questions historiques 1, S. 504 Anmerkung 2, = Cantù, Les hérétiques d'Italie 1, S. 217 Anmerkung E, = Cantù, Storia degli Italiani ed. populare 6, S. 340 f. Anmerkung 15, = Comba, Waldo S. 31 Anmerkung 6, = Corpus documentorum inquisitionis 1, S. 519 Nr. 64[ter]. – Manuel in: Miscellanea di storia italiana 15, S. 19 aus A. – Comba, Histoire des Vaudois S. 131 (in französischer Übersetzung mit Textauszug aus A in Anmerkung 1). – MGH Const. 2, S. 44 Nr. 36 aus A = Enchiridion 1, S. 142 Nr. 13. – Gabotto – Barberis, Carte dello Archivio arcivescovile S. 161 Nr. 149 aus A.*

*Köhler, Ketzerpolitik S. 73 Nr. 4. – BFW 363.*

Otto dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilecto fideli suo episcopo Taurinensi gratiam suam et bonam voluntatem. Late patet dei clementia, qui pulso infidelitatis errore veritatem fidei suis fidelibus patefecit. Iustus[1] enim ex fide vivit[1], qui[2] vero non credit, iam iudicatus est[2]. Nos igitur, qui gratiam[3] fidei in vacuum non recipimus[3], omnes non recte credentes, qui lumen fidei catholice heretica pravitate in imperio nostro conantur extinguere, imperiali volumus severitate puniri et a consortio fidelium per totum imperium nostrum corporaliter separari presentium tibi auctoritate mandantes, quatinus hereticos Valdelses[a] et omnes, qui in Taurinensi diocesi zizaniam seminant falsitatis et fidem catholicam alicuius erroris seu pravitatis doctrina impugnant[b], a toto Taurinensi episcopatu imperiali auctoritate expellas. Licentiam enim, auctoritatem omnimodam et plenam tibi conferimus potestatem, ut per tue studium[c] sollicitudinis Taurinensis episcopatus area ventiletur et omnis pravitas, que fidei catholice contradicit, penitus expurgetur.

(SP.D.)[d]

---

[a] *so A*
[b] t *durch Abreibung am rechten Rand der Urkunde etwas beschädigt*
[c] *Längsschaft des* d *durch Abreibung beschädigt*
[d] *gelbe Seidenfäden erhalten.*

[1–1] *Gal 3,11*
[2–2] *Joh 3,18*
[3–3] *vgl. 1 Kor 15,10.*

***-.**

*Otto delegiert seinem Hofvikar Bischof Heinrich von* M a n t u a *die Entscheidung der Streitsache zwischen der Kommune Asti und den Brüdern* Vivianus *und* Robaldus de Fonte.

*(1209 Dezember 12 – 1210 November 25)*

*In BFW 445 von 1211 III 4 heißt es:* Cui [Henrico] episcopo Mantuano et vicario nostro et in Lombardia legato constituto etiam specialiter a nostra maiestate predicte questiones et controversie commisse et delegate fuere, ut in comissione inde facta notatur, que sic incipit: Otto dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto fideli suo Henrico Mantuano episcopo imperialis aule vicario gratiam suam et bonam voluntatem. Plene inteleximus etc. *Vgl. dazu auch die Erwähnung in einem Notariatsinstrument von 1211 I 10, ed. Ficker, Forschungen 4, S. 296 Nr. 249:* et specialiter ista causa, que speciali commissione dicto domino vicario commissa erat a domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso…

***BFW 14632.** ***zweifelhaft***

*Otto bestätigt S a n s e p o l c r o die Privilegien seiner Vorgänger.*

*1210*

*In dem 1713 von Pietro Farulli vorgelegten Werk Annali e memorie di San Sepolcro findet sich S. 14 folgende Angabe:* L'anno 1210 Ottone quarto imperatore confermò i privilegi de' suoi antecessori, come al detto libro del Bercordati. *– BFW 14632.*

## BFW 444.

*Otto gewährt nach dem Vorbild seines Vaters Heinrichs des Löwen der Kirche und den Kanonikern von S c h w e r i n das Gebiet des Bistums in den angegebenen Grenzen mit genannten Einkünften und Rechten, bewilligt darüber hinaus auf Bitten Graf Heinrichs von Schwerin den Bürgern von Schwerin, zu Wismar zwei Koggen sowie kleinere Handelsschiffe zu halten und befreit sie von allen Zöllen und Abgaben im Herzogtum Sachsen.*

*Capua, 1211 Januar 4*

*Notarielle Abschrift des Nikolaus Pakebusch aus dem 1. Viertel des 16. Jh. im Landeshauptarchiv zu Schwerin, 1.5-2/3 Urkunden Bistum Schwerin, Sign. C4 (D). – Abschrift aus dem ersten Drittel des 16. Jh. ebenda, 1.5-2/3 Urkunden Bistum Schwerin, Sign. L, Nr. 5 (E). – Abschrift und deutsche Übersetzung des Simon Leupold aus der Mitte des 16. Jh. ebenda (F). – Abschrift vom Ende des 16. Jh. ebenda, 2.12-3/1-1, Bistum/Fürstentum Schwerin, Sign. 117, Nr. 6 (G).*

*Historische Nachricht Schwerin, Beilagen S. 6 lit. C (mit* nonas ianuarii*) = Schröder, Kirchen-Historie Mecklenburg 4, S. 2906 = Franck, Alt- und Neu-Mecklenburg 4, S. 25. – Westphalen, Diplomatarium Mecklenburgicum Miscellum, in: Westphalen, Mon. inedita 4, Sp. 899 Nr. 3 = Scheidt, Origines Guelficae 3, praef. S. 48. – Lisch, Meklenburgische Urk. 3, S. 52 Nr. 10 aus DF = Hasselbach – Kosegarten – Medem, Cod. Pomeraniae dipl. 1, S. 220 Nr. 93, = Meklenburgisches UB 1, S. 190 Nr. 202 = Conrad, Pommersches UB 1/1, S. 192 Nr. 153 (mit zusätzlichen Varianten nach Clandrian).*

*Westphalen, Mon. inedita 4, Tab. 12 Nr. 2 (Nachzeichnung der kaiserlichen Goldbulle).*

*Bünting – Letzner – Rehtmeyer, Braunschweig-Lüneburgische Chronica 1, S. 449. – Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1297 (Erwähnung). – Hederich, Verzeichnis der Bischöffe zu Schwerin S. 410 (Erwähnung). – Historische Nachricht Schwerin S. 21 (Erwähnung). – Schröder, Kirchen-Historie Mecklenburg 1, S. 515 (Erwähnung). – Hederich, Chronicon Sverinense, in: Westphalen, Mon. inedita 3, Sp. 1650. – Latomus, Genealochronicon Megapolitanum, in: Westphalen, Mon. inedita 4, Sp. 202. – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 157 Nr. 1 (zu Januar 5). – Fabricius, Urk. Rügen 2, Reg. S. 3 Nr. 13 (mit kurzem Textauszug). – Klempin, Pommersches UB 1, Nr. 153 (mit kurzem Textauszug). – Höhlbaum, Hansisches UB 1, Nr. 87. – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1128. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1482. – BFW 444.*

*Die Edition folgt der ältesten und vermutlich direkt aus dem Original schöpfenden Überlieferung D. Generell blieben rein orthographische oder sinnlose Varianten der anderen Überlieferungen gegenüber D sowie bedeutungslose kleinere Auslassungen bzw. Hinzufügungen im Anmerkungsapparat unberücksichtigt.*
*Bereits am 21. Mai 1209 hatte Otto noch als König der Kirche von Schwerin ein wortwörtlich gleichlautendes, heute verlorenes Diplom ausgestellt (BFW 280), dessen Dispositio auf der im Text genannten Urkunde Heinrichs des Löwen (DHdL. 89 vom 9. September 1171) beruht. Da der lateinische Wortlaut von BFW 280 nicht überliefert ist, sind die über BFW 280 in die vorliegende Urkunde gelangten Formulierungen aus DHdL. 89 (VU) durch Unterstreichung gekennzeichnet.*

(C.)[a] # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clemencia[a] # Romanorum imperator[b] semper augustus. Quoniam ad ecclesiarum defensionem disponente domino vocati sumus, imperialis patrocinii sollicitudine quibuslibet ecclesiis, ut iusticia dictat et indigentes postulaverint, munimen pium et benignum studebimus providere. Hinc est, quod divine retributionis[c] intuitu dilecti genitoris nostri pie memorie Henrici[d] ducis privilegium nobis exibitum[e] imitando ea, que ecclesie Zwerinensi[f] et canonicis eiusdem loci contulit, dum Bauarie ducatum et Saxonie teneret, similiter

---

[a–a] *Chrismon und Nachzeichnung der Elongata nur in D*
[b] *folgt* et *F*
[c] benedictionis *E*
[d] Hinrici *E*
[e] exhibitum *EFG*
[f] *hier und in der Folge konsequent* Suerinensi *EG,* Swerinensi *F*

auctoritatis[g] nostro privilegio eidem loco et canonicis presentibus et futuris deo ibidem servientibus pium duximus indulgere. Matrem[h] ergo ecclesiam ipsius cathedre, dignitatem etiam et honorem et ius pontificalis sedis in ipso loco, qui Swerin nuncupatur, nostre auctoritatis edicto statuimus permanere. Prerogativam etiam totius ecclesiastice libertatis iuxta formam sacrorum[i] canonum et leges imperatorum[j] tam ipsi ecclesie Swerinensi quam canonicis eius indulgemus. Termini autem episcopatus et ducatus Saxonie versus Rugiam[k] et Pomeraniam atque marchiam Brandenburgensem tendentes[l] sub eodem limite claudi[m] debent et comprehendi: trecentos[n] mansos et unam villam nomine Borist[o] in Sadelbandia et alteram villam dictam Virichin[p], duas curias apud villam Todendorp[q], * terram * Buttissowe[r] totam[s], decem villas in Ylowe[t], scilicet Moisledarsiz[u], Gugulnosci[v], Iazcroue[w], Niechita[x], Pankrouiz[y], Vnsdiz[z], Antiquam[aa] Ylowe[bb], Mentina, Quazentin[cc], Luisschowe[dd] et * Goderack[ee] *, villam * Wotinka[ff] prope Dymin[gg] cum aliis quatuor villis, villam in Muriz[hh], villam in Warnowe[ii], item prope Swerin duas villas Rampe et Lischowe[jj], que * Alta Villa dicitur, insulam Zwerin adiacentem usque ad rivulum et aliam insulam prope Dobin[kk], que Lipiz[ll] dicitur, molendinarem[mm] locum et aquam prope Zwerin versus aquilonem cum omni utilitate et attinentiis suis, generaliter[nn] hec * omnia prefate ecclesie sunt assignata. Spetialiter autem ad usus

---

[g] *hier und in der Folge konsequent* authoritatis *G*
[h] matricem *EFG*
[i] statutorum *G,* sanctorum *VU*
[j] imperatoris *F*
[k] Ruiam *D*
[l] *Lücke dafür freigelassen EG und wohl zunächst auch in F*
[m] *Lücke für dieses und das nachfolgende Wort* debent *Lücke freigelassen E*
[n] 30 *E*
[o] Borrst *E,* Barist *F*
[p] *E verderbt, wohl* Virichgdii *mit Kürzungsstrich,* Virichim *G*
[q] *so EFG und VU,* Codendorp *D*
[r] Butzow *E,* Butissowe *F,* Butzou *G*
[s] dotem *E*
[t] Ilowe *F,* Ilouue *G*
[u] Mozeledersytz *E,* Moisledarsitz *F,* Mozeldarsitz *G*
[v] Bugullnoszy *E,* Bugusnotz *F,* Bugulnoszy *G*
[w] Yalzstrow *E,* Iastroue *F,* Iastrou *G*
[x] *so wohl D,* Nygegica *EG,* Giechita *F*
[y] Pamuini *E,* Pankenitz *oder* Pankeuitz *F,* Pancouit *G*
[z] *so wohl D,* Buestdyz *E,* Gneditz *oder* Gueditz *F,* Bueditz *G,* Gnesdiz *VU*
[aa] antiq *mit Kürzungszeichen D,* antiqua *F*
[bb] Ilowe *F,* Ilouu *G*
[cc] Quessentin *EG,* Quasentin *F*
[dd] Lenskow *E,* Luischowe *F,* Lentzkou *G*
[ee] Toderass *E,* Goderack *F,* Coderak *G*
[ff] Wodinka *oder* Wodnika *E,* Wotnika *H*
[gg] Dimmin *E*
[hh] z *stark verblasst D,* Minysze *E,* Muritz *F,* Murisse *G*
[ii] Warnow *EFG*
[jj] Leskowe *E,* Leschawe *F,* Lescou *G*
[kk] Dobyn *EF*
[ll] Lypze *E,* Lipitz *F,* Liptze *G*
[mm] molendinorum *E,* molendinarum *G*
[nn] qualiter *EG*

canonicorum Zwerinensium hec deputamus: duas villas prope Zwerin, Rampe et Altam Villam[oo], in Bretze triginta mansos, in Ylowe[pp] quatuor villas de decem supradictis, * Nistiz[qq], Corrouiz[rr], Mentina et Quazzentin[ss], villam Virichin[tt], duas curias in Totendorp[uu], villam Borist in Sadenbandia[vv] cum omni utilitate et attinentiis suis * et ubicumque mansi vel ville canonicorum sunt, nullam[ww] decimam recipiet[xx] episcopus, navale teolonium[yy] in Zwerin, * parrochiam in Zwerin cum omni iure, medietatem decime in Silasen[zz], tertiam partem decime in Mikelenburc[aaa], tertiam partem decime in Ylowe[bbb], tertiam partem decime in Zareze[ccc] cis[ccc] aquam, tertiam partem decime in[bbb] Warnowe[ddd], tertiam partem decime in Muriz[eee]. De tot provinciis ad usum canonicorum decimas eo tenore assignamus[fff], quod, postquam decime Slauorum[ggg] * lege cristianorum[hhh] convaluerunt[iii], Zwerinenses canonici, sicut in habitu ita et in numero personarum et in estimatione prebendarum Lubecensibus[jjj] canonicis per omnia coequentur, quo facto de reliquo, si quid superest, cum consilio episcopi tunc presidentis et ducis tunc regnantis et comitum de Zwerin et de Raceburc[kkk] * alie congregationes substituantur[lll]. Preterea statuimus, ut quicquid de dote ecclesie Zwerinensis[mmm] aut de prediis aut aliis eius rebus sine[nnn] communi consilio et consensu capituli fuerit[ooo] ab episcopo distractum, datum aut alienatum aut concessum vel commutatum, prorsus irritum habeatur. Quociens vero episcopus dicti loci obierit, reliquie eius in tres partes dividentur[ppp], quarum prima cedet ecclesie, secunda successori, tertia pauperibus. Canonicos[qqq] etiam eiusdem loci liberam electionem in episcopos, in prepositos, in decanos, in canonicos habere decernimus[rrr] et ipsis liberam ordinationem ac potestatem in condendis testamentis, in villis, in possessionibus, in stipendiis colligendis necnon et omnem

---

[oo] Uillam *EG*
[pp] Ilowe *F,* Ilou *G*
[qq] Kistyz *E,* Ihistitz *F,* Nistitz *G*
[rr] Loronicze *E,* Coronitz *oder* Corouitz *F,* Loronitz *G*
[ss] Quassentin *EFG*
[tt] Wyrichglim *E,* Wirichim *G*
[uu] *so F,* Codendorp *D,* Totendorpe *EG*
[vv] Sadelbandia *EFG*
[ww] villarum *E*
[xx] recipiat *EG*
[yy] *so D,* telonium *EG,* thelonium *F*
[zz] Sellazem *E,* Sylasim *F,* Silatzen *G*
[aaa] Mykzlenburck *E,* Mikelenbure *F,* Micklenburg *G*
[bbb–bbb] Ylowe – in *fehlt E,* Ilowe *F,* Ilou *G*
[ccc–ccc] Zurezelis *F,* Zaretze cis *G*
[ddd] Warnow *E,* Warnou *G*
[eee] Murycze *E,* Muritz *F,* Muritze *G*
[fff] assignavimus *F*
[ggg] Sclauorum *EF*
[hhh] christianorum *EFG*
[iii] convaluerint *EFGH*
[jjj] Lubicensibus *F*
[kkk] Ratzeburgk *E,* Racesburc *F,* Razeburg *G*
[lll] substituant *D*
[mmm] *so hier auch F, vgl. Anmerkung f*
[nnn] in *DEF*
[ooo] fuit *E*
[ppp] dividuntur *D*
[qqq] Canonicum *E*
[rrr] decrevimus *E*

MGH Digitale Vorab-Edition
Satzlauf: 2025-03-19T12:00

libertatem, pias et honestas consuetudines aliorum canonicorum indulgemus. Civibus quoque eiusdem loci libertatem[sss] hanc et iusticiam[sss] concedimus habendam in perpetuum, quod in portu, qui dicitur Wissemer[ttt], libere et[uuu] sine omni contradictione[vvv] quorumlibet hominum duas habeant magnas naves, que cogken[www] appellantur, cum minoribus navibus, quotcumque voluerint, ad usus mercandi. Insuper per omnes terminos ducatus Saxonie liberi erunt et exempti ab omni teolenio[xxx] et exactione. Quia ergo bone memorie noster pater Heinricus[yyy], cum esset dux Bawarie[zzz] atque Saxonie, fultus[aaaa] auctoritate tam apostolice quam imperialis legationis[bbbb] et commissionis[bbbb] pro remedio anime sue, filiorum et parentum suorum ad dilatandam[cccc] et propagandam[dddd] cristiani[eeee] nominis[eeee] religionem[ffff] in terra[gggg] Slauorum[hhhh] transalbina[iiii] * tres episcopatus instituit[jjjj], allodiis et redditibus mense sue catedrales[kkkk] ecclesias dotavit, scilicet Lubicensem[llll], Raceburgensem[mmmm] et Swerinensem, ne donationes eius et ordinationes deleantur, quas fecit, sed in perpetuum valeant iuxta tenorem privilegii, quod ipse ex pia et provida deliberatione dedit ecclesie Swerinensi, nostrum ei[nnnn] privilegium propter preclara, que nobis dilectus ac fidelis noster[oooo] comes Hinricus[pppp] de Zwerin exhibuit servitia, tradentes[qqqq] et ad petitionem eiusdem comitis in hac pagina cuncta eius statuta rata habentes eadem et alia bona, quecumque fuerint, a Cristi[rrrr] fidelibus prefate[ssss] ecclesie[ssss] collata, quantum ad nos pertinet, imperiali confirmamus auctoritate et nostro sigillo decernimus communiri statuentes et imperiali edicto districte[tttt] precipientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta, ecclesiastica sive secularis, ausa sit hanc divalem[uuuu] paginam infringere vel huic nostre confirmationi ausu temerario contraire. Quod qui[vvvv] fecerit, in vindictam temeritatis sue centum libras auri

---

[sss–sss] libertatem et iustitiam hanc *EG*
[ttt] Wismar *EG*
[uuu] *fehlt EG*
[vvv] condictione *F*
[www] cokken *EG*
[xxx] telonio *EG,* thelonio *F*
[yyy] Hinricus *E,* Henricus *FG*
[zzz] Bauarie *EFG*
[aaaa] fulcitus *EG*
[bbbb–bbbb] legatione et commissione *F*
[cccc] dilatandas *EG*
[dddd] propagandas *EG*
[eeee–eeee] christiani nominis *G,* nominis christiani *E*
[ffff] religiones *EG*
[gggg] terras *E*
[hhhh] Sclauorum *EG*
[iiii] transalbinas *E, fehlt F*
[jjjj] institutis *EG*
[kkkk] cathedrales *EFG*
[llll] Lubecensem *EG*
[mmmm] Ratzeburgensem *EG*
[nnnn] etiam *E*
[oooo] *fehlt E*
[pppp] Henricus *FG*
[qqqq] concedentes *F*
[rrrr] Christi *EFG*
[ssss–ssss] ecclesie prefate *EG*
[tttt] districto *D*
[uuuu] *irrig* dmale *mit Kürzungsstrich E, fehlt G, Lücke dafür freigelassen*
[vvvv] si *EG*

MGH Digitale Vorab-Edition
Satzlauf: 2025-03-19T12:00

componat[wwww], medietatem fisco imperiali, reliquam vero passis iniuriam. Huius rei testes sunt: comes Hermannus de Woldemberc[xxxx], comes Heydenricus[yyyy] de Lutterberg[zzzz], comes Georgius de Weden[aaaaa], comes Fredericus[bbbbb] de Altena[ccccc], comes Thomas de Cholano[ddddd], comes Gentilis[eeeee], comes Soffredus[fffff] de Alifia[ggggg], Hinricus[hhhhh] marscalcus de Kalendin[iiiii], Walterus[jjjjj] pincerna[kkkkk] de Schif[lllll], Albertus Strutio[mmmmm], Rufinus[nnnnn], Arnoldus imperialis curie[ooooo] iudices et alii quam plures.

# Signum[ppppp] domini Ottonis quarti Romanorum[qqqqq] imperatoris invictissimi[ppppp]. # (M.)[rrrrr]

Acta sunt[sssss] hec anno dominice incarnationis MºCCºXIº [ttttt], indictione XIIIIª, regnante domino Ottone quarto Romanorum[uuuuu] imperatore glorioso, anno regni eius XIº, imperii vero secundo[uuuuu]. Datum[vvvvv] Capuę per manus Walteri[wwwww] imperialis aule prothonotarii[xxxxx] pridie nonas ianuarii.[yyyyy]

---

[wwww] *so zu emendieren,* componet *DF,* apponet *E,* exponet *G*
[xxxx] Woldenbere *E,* Woldenberg *FG*
[yyyy] Hildenricus *EG,* Heidenricus *F*
[zzzz] Lutterbere *E,* Lutterberch *F*
[aaaaa] *mit Kürzungsstrich über* en *D*
[bbbbb] Fridericus *EF*
[ccccc] Altana *EG*
[ddddd] Chillano *EG,* Chelano *F*
[eeeee] Grentilis *E,* Creutilis *G*
[fffff] Fridericus *E,* Sifridus *F,* Fredericus *G*
[ggggg] Allisica *E,* Allificia *G*
[hhhhh] Vlricus *E,* Henricus *F,* Elricus *G*
[iiiii] *wohl* Calendina *E,* Calendin *F*
[jjjjj] Wolterus *EG*
[kkkkk] bincerna *E*
[lllll] Chiff *E,* Schiff *F,* Chif *G*
[mmmmm] Eteusio *E,* Arutio *F,* Strutzio *G*
[nnnnn] Ruffinis *E, danach* Ak *irrig wohl für* AR, Ruffinus *F, folgt* et *G*
[ooooo] cubicularius *E*
[ppppp–ppppp] *in Elongata D, fehlt EG, in F von erster Hand am Schluss mittels Verweiszeichen eingefügt*
[qqqqq] Romano *am Zeilenende ohne Kürzungszeichen D*
[rrrrr] *folgt in DF nach dem Ende des Textes, fehlt EG*
[sssss] *folgt* autem *EG, folgt* auctoritate *F*
[ttttt] MCCII *E*
[uuuuu–uuuuu] Romanorum – secundo *fehlt EG, mittels Verweiszeichen eingefügt F*
[vvvvv] *folgen drei unleserliche Buchstaben, vielleicht* ap(u)t *D*
[wwwww] Wolteri *EG*
[xxxxx] protonotarii *EG*
[yyyyy] *kaiserliche Goldbulle laut Beschreibung in DF.*

## *-.

*Otto bestätigt einen von* Otto Ceca de Canelio *in der Streitsache zwischen der Kommune von Asti und den Brüdern* V i v i a n u s *und* R o b a l d u s d e F o n t e *zuungunsten der Kommune gefällten Rechtsspruch.*

*(1209 Oktober 4 – 1211 Januar 10)*

*Dass Otto die Bestätigung des von* Otto Ceca de Canelio *gefällten Urteils tatsächlich schriftlich beurkundete, lässt sich aus einem Notariatsinstrument vom 2. Januar 1216 (ed. Sella, Cod. Astensis 2, S. 617 Nr. 599) über die Beilegung des Streits ableiten, in dem es heißt:* de sententia lata a domino Ottone de Canellis, et de privilegio domini Ottonis … et que sponte dicto domino Uberto potestati Astensi restituerunt vel penes se retinuerunt. Ut omnia predicta instrumenta sint cassa et inutilia et vacua contra comune Astense.

## BFW 445.

*Otto bestätigt ein Urteil zugunsten der Kommune von Asti, das die von dem mit der Entscheidung beauftragten Bischof Heinrich von Mantua delegierten Hofrichter Presbiter Caccia und Walfred von Turricella in einer Streitsache zwischen der Kommune und den Brüdern* Vivianus *und* Robaldus de Fonte *verkündet haben, und kassiert alle von* Otto Ceca de Canelio *und anderen in der Sache gefällten Rechtssprüche.*

*Capua, 1211 März 4*

*Abschrift aus der 2. Hälfte des 14. Jh. im Archivio Storico del Comune zu Asti, Codex Astensis fol. 5r (B).*

*Böhmer, Acta S. 228 Nr. 253 aus B. – Sella, Cod. Astensis 2, S. 75 Nr. 8 aus B.*

*Arco, Studi 7, S. 38 (Erwähnung). – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1128. – Savio, Antichi vescovi. La Lombardia 2/2, S. 288. – Foffa, Note di storia di Montichiari S. 52 (Erwähnung). – BFW 445.*

Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis imperii nostri fidelibus, ad quos presens pagina pervenerit, gratiam suam et bonam voluntatem. Imperialem decet clementiam ea, que legitime terminantur et finiuntur, rata perpetuo et firma habere et imperiali auctoritate confirmare. Ideoque notum facimus universis imperii nostri fidelibus, quod nos sententiam et pronunciationem, quam tullit Presbiter Cazia de Placentia curie nostre iudex consilio et voluntate Walfredi de Troxella Papiensis curie nostre iudicis anno dominice incarnationis millesimo CCXI, indictione XIIII^a^, die lune, X^o^ mensis ianuarii super controversiis et questionibus, videlicet super sentenciis latis ab Ottone Ceca de Canelio pro Viuiano de Fonte et Robaldo fratre suo contra comune Astense, que vertebantur inter Ottonem de Montebersario sindicum comunis Astensis nomine ipsius comunis ex una parte, ut apparet publico instrumento facto a Iacobo Boniculo palatino notario, et Viuianum memoratum et Robaldum fratrem suum ex altera, imperiali auctoritate confirmamus et perpetuo corroboramus[a]. Que controversie et questiones predicte istis iudicibus nostris comisse fuerunt et delegate ab Henrico Mantuano episcopo vicario nostro et in Lombardia legato constituto, ut continetur in instrumento publico ab Alberto[b] de Rouoreto Papiensi imperialis curie notario composito anno dominice incarnationis millesimo CCX, indictione XIII^a^, die Iovis, VII^o^ kal. decembris. Cui episcopo Mantuano et vicario nostro et in Lombardia legato constituto etiam specialiter a nostra maiestate predicte questiones et controversie commisse et delegate fuere, ut in comissione inde facta notatur, que sic incipit: Otto dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto fideli suo Henrico Mantuano episcopo imperialis aule vicario gratiam suam et bonam voluntatem. Plene inteleximus etc., cassantes etiam et infirmantes omnes sententias latas a predicto Ottone Ceca de Canelio pro Viuiano et Robaldo fratribus contra comune Astense et quicquid post comissionem de predictis questionibus et controversiis factam predicto episcopo vicario nostro et legato reperitur factum, pronunciatum aut sentenciatum ab aliqua persona occasione alicuius comissionis a nostra maiestate impetrate, in qua mentio non habetur comissionis facte iam sepedicto episcopo vicario et legato nostro, statuentes et imperiali auctoritate precipientes, ut nullum comune, nullus dux neque marchio, nullus comes,

---

[a] coroboramus *B*
[b] *so B statt* Alberico

nullaque alia persona ecclesiastica vel secularis contra hanc nostre confirmationis et cassationis paginam venire presumat. Quod qui fecerit, iram indignationis nostre noverit se incursurum et penam mille librarum auri prestaturum, medietatem camere nostre, reliquam vero iniuriam passis. Ad cuius rei maiorem evidentiam et probationem hanc paginam conscribi et bulla[c] sigilli nostri iussimus communiri. Huius rei testes fuerunt: comes Albertus de Casalot, Girardus Narisius comes de Monteclar, comes Egidius de Curtenoua, comes Georgius de Widena, Iohanes[d] de Cazago, Grandeus Bagocii, comes Hermanus[e] de Arcenberg, comes de Altena, comes Petrus de Cellan(o), Fildesmirus de marchia Ancone.

Data apud Capuam die IIII[o] intrante mense marcii, anno a nativitate domini MCCXI, indictione quartadecima.

---

[c] *B zunächst* bullam*, danach* m *gestrichen*
[d] *so B*
[e] *so B*.

## BFW 446.

*Otto bestätigt den Bürgern von Straßburg alle Gebräuche und guten Gewohnheiten, die sie seit den Zeiten früherer Kaiser inner- und außerhalb der Stadt innehaben, besonders das Privileg und die Zugeständnisse, die ihnen sein Urgroßvater Kaiser Lothar III. erteilte, und alle Rechte und Privilegien, die ihnen von anderen römischen Herrschern gewährt wurden.*

*Im Heerlager bei Barletta, 1211 Juni 16*

*Original, 324 (–331) + 29 (–34) x 285 mm, in den Archives de la ville zu Straßburg, AA. 1 Nr. 4 (A).*

*Schöpflin, Alsatia diplomatica 1, S. 321 Nr. 384 aus Abschrift aus der 2. Hälfte des 14. Jh. – Wiegand, UB Stadt Straßburg 1, S. 123 Nr. 154 aus A.*

*Stälin, Wirtembergische Geschichte 2, S. 335. – Meklenburgisches UB 1, Nr. 207 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Gengler, Deutsche Stadtrechte S. 472 (Erwähnung). – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1134. – Hermann, Deutsche Könige und Kaiser S. 118. – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 164. – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 221. – Pöhlmann – Doll, Reg. der Grafen von Zweibrücken Nr. 41 und S. 344. – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 308 Nr. 8 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – BFW 446.*

# Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. # Dignum est et honestum, ut hii, quos circa nostri honoris promotionem ferventes semper invenimus et attentos, ab imperiali munificentia nostra pro fide sua remunerationis debitum reportent emolumentum. Quapropter ad universorum imperii fidelium tam presentium quam futurorum noticiam duximus perferendum, quod nos inspecta pura devotione fidelium nostrorum universorum civium Argentinensium, quam semper habuerunt erga nostram sublimitatem, adtendentes quoque fructuosa eorum obsequia, quę ad honorem imperii nobis hactenus constanter exhibuerunt et in posterum sunt exhibituri, de consueta benignitate nostra damus eis, concedimus et confirmamus omnes usus ipsorum et bonas consuetudines, quas habuerunt temporibus antecessorum nostrorum divę memorię Romanorum imperatorum tam infra civitatem Argentin(am) quam extra. Et nominatim confirmamus eis privilegium et omnes concessiones, quas recolendę memorię proavus noster dominus Lotharius imperator olim civibus Argentinensibus fecit et indulsit, necnon universa alia iura et privilegia, quę ab aliquibus Romanorum imperatoribus sive regibus concessa ipsis sunt et indulta statuentes et sub interminatione gratię nostrę firmiter precipientes, ut nulli umquam personę humili vel altę, ęcclesiasticę sive seculari, licitum sit memoratos fideles nostros universitatem civium Argentinensium in hac nostra concessione et confirmatione inquietare vel dampnum eis aut aliquod irrogare impedimentum. Quod qui facere presumpserit, in vindictam sui reatus centum libras auri componat, medietatem fisco nostro, reliquum iniuriam passis. Ad cuius rei certam in posterum noticiam hanc paginam exinde conscribi iussimus et nostro sigillo communiri. Testes huius rei sunt: comes Georius de Widen, Fridericus marchio de Baden, comes Fridericus de Saraponte, comes Heinricus de Zwirin, comes Hermannus de Hartispurc, Rudolphus de Kisilowe, Heinricus marscalcus de Kallindin et alii quam plures.

Dat. in castris prope Barulum anno ab incarnatione domini millesimo C$^{o}$C$^{o}$XI$^{o}$, XVI kal. iulii, indictione XIIII[a].

(SP.D.)[a]

---

[a] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

## BFW 447.

*Otto nimmt das J o h a n n i t e r h o s p i t a l zu J e r u s a l e m und dessen Häuser im Reich und im Königreich Sizilien mit allen Personen und Besitzungen in seinen Schutz und bestätigt ihnen eine Reihe von Rechten und Freiheiten, verbietet insbesondere, von ihnen Abgaben zur Errichtung oder Instandhaltung von Befestigungsanlagen zu fordern, und gewährt ihnen den Erwerb weiterer Häuser und Besitzungen.*

*Im Heerlager vor Bari, 1211 August 1*

*Abschrift des 14. Jh. in den Archives départementales des Bouches-du-Rhône zu Marseille, 56 H 4040 (C).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 60 Nr. 63 aus C = Carabellese in: Rassegna pugliese di scienze, lettere ed arti 15, S. 4 mit Anmerkung 2 (Auszug). – Delaville le Roulx, Cartulaire général 2, S. 131 Nr. 1368 aus C.*

*BFW 447.*

*Arenga, Publicatio und ein Satz der Dispositio (*Nullus eciam … dissagire presumat*) stammen aus der Urkunde Heinrichs VI. vom 2. Dezember 1194 für das Johanniterhospital zu Barletta (Böhmer – Baaken 383; VU I). Die Dispositio wiederholt über weite Teile Bestimmungen einer Urkunde Friedrichs II. für das Johanniterhospital zu Messina vom Oktober 1209 (DF. II. 110; VU II), der auch Perturbationsverbot, Pönformel und Corroboratio entnommen wurden.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Oddo quartus divina[a] favente clementia Romanorum imperator et senper augustus. **/I/** Cum inperatoriam deceat maiestatem omnibus iusta petentibus benignitatis animum inclinare, religiosorum virorum precipue debet peticiones admictere eosque et loca deo dicata largis beneficiis ampliare. | **/II/** Inde est, | **/I/** quod notum fieri volumus universis presentem paginam intuentibus tam presentibus quam futuris, quod nos intuitu eterne retribucionis, | **/II/** adtendentes nichilominus celebrem cultum ac pie religionis ordinem, in quo per hospitalitatis et divini cultus observanciam fratres domus hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani *, qui sunt per imperium nostrum et regnum Sicilie, laudabiliter militant Ihesu Christo, * ipsam domum * sancti Iohannis Ierosolimitani * omnesque domos, que sunt per totum imperium et regnum, confratres, possessiones et homines ipsarum domorum sub[b] munimine[b] nostrique culminis proteccione suscipimus, concedentes ac confirmantes eis * plenam libertatem, ut fratribus ipsarum domorum libere * sine[c] dacione aliqua, sine plateatico, portulatico, passagio atque scolatico mictere, introducere et extraere liceat res quaslibet ad opus hospitalis tam per mare quam per terram, tam per portas quam per portus et passagia, vendere quoque, emere seu permutare liceat, quecumque et ubicumque voluerint per totum imperium et regnum, pro negociis et serviciis ipsarum domorum * libere * et sine aliqua dacione *. Concedimus etiam predictis domibus hospitalis sancti Iohannis *, que in imperio et regno Sicilie sunt, libera pascua pro animalibus suis et hominum suorum et libertatem incidendi lignamina in silvis demani pro construendis et reparandis domibus suis, lignamina siccam eciam, ubicumque sunt, per quecumque nemora et forestas *, ad usum ipsarum domorum. Et iubemus, ut omnes domos hospitalis sancti Iohannis per imperium et regnum, res etiam et homines ipsarum liberi sint ab omni tallagio, adiutorio, dacione et ab[d] omni exaccione atque servicio seculari, ut nec pro

---

[a] dei gratia *C*
[b–b] minime *C*
[c] sint *C*
[d] ob *C*

construendis ac reparandis menibus, turribus, portibus atque fodiendis fossatis exigi ab eis aliquid permittatur, nec teneantur respondere aliquibus de quibuslibet questionibus nisi in curia hospitalis tantum excepto de illis criminalibus, que ad curiam nostram pertinere noscuntur. Volumus etiam, ut quicumque utriusque sessus cum stabilibus et mobilibus suis ipsis domibus hospitalis imperii et regni se in vita sua * redere vel offerre voluerint, * liberam * habeant facultatem, exceptis angariis[e] et hiis, qui feudi annexi sunt, qui eciam de licencia dominorum suorum, si voluerint, * poterint se offerre. Statuimus eciam, ut nulli de imperio et regno liceat aliquid exigere racione diurni vel alicuius exaccionis ab hiis, qui operas suas, quantas atque vel quomodocumque tempore liceat, domibus hospitalis sive pro metendis atque pisandis laboribus, vel quocumque alio opere. Item concedimus et donamus dictis domibus hospitalis per imperium et regnum, quatenus liceat eis domos seu quascumque possessiones ipsarum quolibet iusto titulo vel decreto acquirendas tam in Barulo quam alibi perpetuo et sine aliqua prohibicione tenere. /**I**/ Nullus eciam domos ipsas de tenimentis et possessionibus eorum sine iudicio dissagire presumat. Preterea | /**II**/ confirmamus et perpetuo edicto statuimus, ut fratres predictarum domorum hospitalis de imperio et regno in omni libertate ordinis et privilegiorum hospitalis insigniis cum omnibus, que concessione pontificum, donacione vel confirmacione precedencium rerum imperatoris Henrici dive memorie atque nostra nec non * oblacione fidelium in presenciarum racionabiliter habent vel in antea iuxtis poterunt titulis adhipisci, quiete, pacifice et sine contrarietate aliqua perpetuo conserventur. Prohibemus eciam, ut nullus infra situm ipsarum domorum hospitalis qualibet hoccasione insultum facere aut hominem ibi capere vel domos ipsas in personis, que ibi sunt, vel in rebus suis intus vel extra temere perturbare atque[f] in aliquo dampnificare[g] presumat. Nullus sit igitur, qui contra hanc concessionem, confirmacionem et sancionem nostram aliqua presumat temeritate venire. Quod si quis aliquatenus actentaret, indignacionem proinde nostri[h] culminis in detrimentum persone ac rerum suarum se noverit incursurum. Ad huius autem concessionis, confirmacionis, sanctionis nostre memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium * scribi et sigillo nostre celsitudinis mandavimus insigniri, anno, mense et indictione subscriptis.

Acta sunt hec in castris ante Barum anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo undecimo, mense augusti, primo die eiusdem, quartadecima indictione.

---

[e] angarar *mit Kürzungsstrich C*
[f] at *C*
[g] dapnificare *C*
[h] nostris *C.*

– .

*Otto befiehlt dem Richter Basilius und dem Ritter Nicolaus Egidii de Wito, denen er die Entscheidung im Appellationsprozess zwischen dem Kapitel von P a d u a und Angehörigen der Familie Zoppelli um Zehentrechte in Gorgo übertragen habe, die Streitparteien vorzuladen, anzuhören sowie ein Urteil zu fällen, und erklärt, keinen Einspruch zuzulassen.*

*Im Heerlager* apud A[…]am*, 1211 September 3*

*Insert in Notariatsinstrument von 1211 X 18 im Archivio storico diocesano zu Padua, Diplomatico, Pergamene 5, 101 (B).*

*Zorzi, Il territorio padovano S. 135 (Erwähnung).*

Dei gratia O(tto) Romanorum imperator et semper augustus fidelibus suis Basilio iudici et Nicholao Egidii de Vito militi graciam suam et bonam voluntatem. Causam appellacionis, que vertitur inter magistrum Vivianum actorem et sindicum capituli Paduane canonice ex una parte et Iacobum curatorem Otonis de Iohanne Zopello et ipsum Otonem ex altera super sentenciam latam a Laurentio iudice Paduano de decimis de Gurgo, vestre discrecioni terminandam pariter et cognoscendam comisimus mandantes vobis et imperiali auctoritate precipientes, quatinus convocatis ante vestram presenciam partibus, que hinc inde fuerint proposita, diligenter audiatis et causam ipsam iusticia mediante et fine debito decidatis et, si quid post factum sacramentum suspeccionis[a] sive recusacionis factum fuerit, cassamus et in irritum deducimus. Dat. in castris nostris apud A[…]am[b] III die intrante mense septembris, indictione XIIII.

[a] suspeciois *mit Kürzungsstrich über* ecio *B*
[b] *durch Fleck stark beschädigt B.*

## BFW 443.

*Otto nimmt die Kollegiatkirche San Severino (Marche) und ihren Prior Albert mit allem Zubehör und allen Personen in seinen Schutz.*

*San Severino – 1210 oder 1211 November 7*

*Original, 164 + 25 x 292 mm, im Archivio della chiesa collegiata zu San Severino (Marche), Archivio capitolare, Cass. II Nr. 3 (A).*

*Marangoni, Memorie di Novana (Civitanova) S. 255 (irrig mit November 8) aus A = Böhmer, Acta S. 228 Nr. 252. – Concetti, La Canonica di San Severino S. 213 Nr. 15 aus A.*

*BFW 443.*

*Der Text wiederholt weitestgehend wortwörtlich jenen der Urkunde Heinrichs VI. vom 17. Januar 1187 (Böhmer – Baaken 32).*

# Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. # Cum ex credito nobis divinitus imperialis maiestatis offitio universis dei ecclesiis pacis favorem debeamus et defensionem, precipue tamen illas, quas specialiter iuri pertinent[a] constat imperiali, diligere tenemur et confovere. Noverint ergo universi imperii fideles tam presentes quam posteri, quod nos ecclesiam Sancti Seuerini cum omnibus suis pertinentiis * et priore[m] Albertum cum omnibus personis inibi deo famulantibus vestigia predecessorum nostrorum imperatorum immitantes sub nostre protectionis spetiale patrocinium suscepimus sta[t]uentes et auctoritate imperiali precipientes, quatinus nec marchio nec comes nec consul nec aliqua sacri imperii persona mangna[b] vel parva eandem ecclesiam vel eius priorem aut f[rat]res in possessionibus eorum et rebus, quas nunc iuste habent vel in posterum deo[c] auctore legitime adipisci poterunt, aliquibus indebitis exactionibus, angaria vel perangaria vel quolibet alio exactionis modo[d] iniuste inquietare seu molestare presumat. Si quis vero contra hoc nostre maiestatis indultum venire attemptaverit[e], pro pena X libris auri feriatur, quarum medietas fisco nostro, reliqua vero medietas prefate ecclesie et eius priori persolvatur[f].

Dat. apud Sanctum Seuerinum anno dominice millesimo CC°XI°, VII° die intrante mense novenbris[g], indictione XIIII.

(SP.D.)[h]

---

[a] *statt* pertinere *VU* p(er)tinet *A,* er-*Kürzung über* et *in einen waagrechten Kürzungsstrich verb.*
[b] *so wohl A, erstes* n *stark abgerieben*
[c] *zwischen diesem und dem folgenden Wort ein Riss infolge Faltung*
[d] od *durch Riss infolge Faltung etwas beschädigt*
[e] *zwischen diesem und dem folgenden Wort ein Riss infolge Faltung*
[f] *zweites* r *durch Loch in der Faltung zerstört*
[g] *so A*
[h] *geflochtene Schnur aus roten und weißen Seidenfäden erhalten.*

## BFW 448.

*Otto bestätigt der Kommune von F a b r i a n o alle Gewohnheiten und Rechte, die sie unter seinen Vorgängern, den Kaisern Friedrich (I.) und Heinrich (VI.), innehatte, sowie alle Besitzrechte an den genannten Gütern und Leuten.*

*Montefiascone, 1211 November 9*

*Original, 525 (–531) + 36 (–53) x 424 (–450) mm, in der Biblioteca comunale zu Fabriano, Archivio storico comunale I, 66/1 (A) .*

*Zonghi, Carte diplomatiche Fabrianesi S. 72 Nr. 55 aus A. – Bartoli Langeli – Irace – Maiarelli, Il libro rosso di Fabriano 2, S. 3 Nr. 1 (aus Abschrift im Libro rosso).*

*Bartoli Langeli – Irace – Maiarelli, Il libro rosso di Fabriano 1 (ohne Paginierung, Abb. von fol. 1 des Libro rosso mit dem Beginn des Textes von BFW 448). – Katalog AufRuhr 1225! S. 279 Nr. A 5 (Abb. von A, hier fälschlich als Kopie bezeichnet).*

*Calisse in: Archivio della R. Società romana di storia patria 10, S. 438 Nr. 31 = Calisse, Prefetti S. 222 Nr. 31. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1489. – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 310 Nr. 11. – BFW 448.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Decet nostre maiestatis titulum fidelia servitia subiectorum clementer respicere et eorum iusta vota et desideria diligenter audire pariter et complere. Per respectum enim et reconpensactionem[a] servitiorum nostre[b] maiestati maior exhibetur devoctio[c] et fidei constantia purior et iocundior erga nostram celsitudinem invenitur. Attendentes itaque fidelia servitia, que comune ac universi homines[d] de Fabriano maiestati[e] nostre et[f] imperio iam dudum tam fideliter quam devote exhibuerunt et exhibent incessanter, de innata munificentia celsitudinis nostre ipsi communi ac universis hominibus de Fabriano magnis et parvis et successoribus suis concedimus et perpetuo[g] confirmamus omnes bonos usus[g] et omnes bonas consuetudines, quos et quas iuste habuerunt a tempore quondam domini Frederici et domini Henrici felicium Romanorum imperatorum predecessorum[h] nostrorum bone memorie et nunc iuste habere videntur, volentes, ut sicut hactenus ipsis usibus et consuetudinibus iuste usi sunt, sic eis de cetero in pace utantur. De affluenti quoque liberalitate nostra confirmamus eis perpetuo omnes tenutas terrarum vel hominum[i], quas hactenus rationabiliter tenuerunt et nunc iuste videntur tenere, videlicet Cerritum et curtem suam, Aluacinam et curtem suam et Coldematum et curtem suam, volentes, ut sicut hactenus eas iuste tenuerunt et nunc rationabiliter videntur tenere, sic eas de cetero in pace habeant et teneant, similiter confirmamus eis tenimenta et alias res, que et quas iuste usque nunc acquisiverunt et inantea iusto[j] titulo

---

[a] *so A*
[b] *zweiter Schaft des* n *verb.*
[c] *so A*
[d] ho *durch kleinen Tintenfleck etwas beschädigt*
[e] *über und unter* m *zwei kleine Löcher in der Faltung*
[f] *aus* ia *(für* iam*) verb.*
[g–g] *über* petuo – usus *ein Riss in der Querfalte, durch den die oberen Teile der Langschäfte zerstört wurden*
[h] *diplomatisches Kürzungszeichen über* p *aus Ansatz eines Oberschaftes für* b, h *oder* l *verb.*
[i] o *aus geradem Mittelschaft verb.*
[j] o *durch kleines Loch in der Faltung beschädigt*

poterunt[k] adipisci. Quare mandamus et ex imperiali nostro sanctimus[l] edicto, quatinus nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis iam dictos fideles nostros commune et universos homines de Fabriano de nominatis omnibus molestare aut inquietare presumat. Si quis enim eos vel eorum successores inde molestare presumpserit, pro pena transgressionis mandati sexaginta libras auri puri componat, medietatem fisco nostre et reliquam iniuriam passis. Ut autem nominata omnia semper rata teneantur et firma, presens privilegium fieri iussimus nostre maiestatis sigillo munitum. Huius rei[m] testes sunt[n]: Petrus alme Vrbis prefectus, Fredericus marchio de Baden, comes Hermannus de Arziburch, comes Ahidenr[o] de Lutruberc, comes Henricus[p] de Saraponte[p], comes Fredericus de Alzenate, Guido Cazaconte.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)[q]

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius quartodecimo, imperii vero tertio. Dat. apud Montem Flasconem V[o] idus decembris, XV[a] indictione.

(SP.D.)[r]

---

[k] *über* r *ein dunkler Fleck*
[l] n *durch kleines Loch in der Faltung zerstört*
[m] *Tinte durch einen Fleck etwas zerlaufen*
[n] *ab hier von derselben Hand mit etwas hellerer Tinte und feinerer Feder*
[o] *so A statt etwa* Haidenricus
[p–p] *so A irrig für Graf Heinrich von Schwerin und Graf Friedrich von Saarbrücken*
[q] *links über dem Monogramm ein größeres Loch in der Faltung*
[r] *gelbe und grüne Seidenfäden erhalten.*

## BFW 449.

*Otto bestätigt der Stadt G u b b i o auf Intervention der genannten Konsuln und Bürger die von seinen Vorgängern, den Kaisern Friedrich (I.) und Heinrich (VI.), gewährten Privilegien, Besitzungen und Rechte und kassiert den Vertrag, der zwischen den Bürgern von Gubbio und Perugia zu seinem Nachteil geschlossen wurde.*

*Montefiascone, 1211 November 14*

*Original, 597 (–611) + 38 (–47) x 430 mm, in der Sezione di Archivio di Stato di Perugia zu Gubbio, Comune Diplomatico, busta 2, perg. 1 (A).*

*Ughelli, Italia sacra 1, Sp. 688 = ed. II. 1, Sp. 643. – (Gentili), Disamina di Pergola S. 76 Nr. 3 aus A = Sarti, De episcopis Eugubinis S. 138 Nr. 14 = Giampaoli, S. Ubaldo 1, ed. Cappelli, S. 420 Nr. 10, = Reposati, Della zecca di Gubbio 1, S. 398 Nr. 3 mit auszugsweiser italienischer Übersetzung S. 25 f., = Cappelletti, Chiese d'Italia 5, S. 405.*

*Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 836 Nr. 23. – Lami, Deliciae eruditorum 17, S. 52 f. – Stälin, Wirtembergische Geschichte 2, S. 335. – Meklenburgisches UB 1, Nr. 208 mit teilweiser Wiedergabe der Zeugenreihe. – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1138. – Calisse in: Archivio della R. Società romana di storia patria 10, S. 438 Nr. 32 = Calisse, Prefetti S. 222 Nr. 32. – Arduini in: Archivio storico per le Marche e per l'Umbria 4, S. 411 Nr. 164 (Erwähnung) und S. 426 App. 1 (Erwähnung). – Lucarelli, Memorie S. 159 (zu Dezember 8). – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 165. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1490. – McCracken, Gubbio S. 50, S. 52, S. 127 (Erwähnungen). – Cenci in: Bollettino per l'Umbria 13, S. 534. – Hagemann in: QFIAB 29, S. 151 Nr. 15. – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 308 Nr. 9 mit Wiedergabe der Zeugenreihe. – BFW 449.*

*Als Vorurkunden dienten im Text genannte Privilegien Kaiser Friedrichs I. und Kaiser Heinrichs VI. Über weite Strecken folgt das Diplom Ottos dem Wortlaut der Urkunde Heinrichs VI. vom 5. Juni 1191 (Böhmer – Baaken 157, VU I), der wiederum ein Diplom Barbarossas vom 8. November 1163 (DF. I. 410, VU II) zugrundeliegt, aus der einzelne Bestimmungen, die von Heinrich nicht wiederholt wurden, entnommen wurden. Die Benützung der beiden Vorurkunden lässt sich mitunter nicht scharf voneinander abgrenzen.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Decet imperialis maiestatis celsitudinem fidelium petictiones[a] benigne admittere et eorum iusta vota et desideria pio favore[b] complere. Quotiens enim fidelitas diligenter attenditur, subiectorum corda ad bene serviendum devotius roborantur et imperatoria munificentia extollitur altius et sublimatur. /**I**/ Noverit itaque universorum imperii fidelium tam presens etas quam successura posteritas, quod nos attendentes puram fidem et devoctionis[c] constantiam, quam dilecti[d] fideles nostri cives Eugubini circa maiestatem nostram fideliter gerunt et devote, considerantes etiam servicia[e], que imperio animo exhibuerunt devoto, de innata munificentia celsitudinis nostre et ad interventum consulum eiusdem civitatis[f], videlicet Pauli et Bernardini, nec non et civium eiusdem civitatis[g] Hermanni Salinguerre et Stantioli iudicis ordinarii fidelium[h] nostrorum confirmamus civitati Eugubine privilegia quondam imperatoris Frederici et imperatoris Henrici pie memorie predecessorum nostrorum, ut liceat civibus eiusdem civitatis augere civitatem ipsam et informare et reformare suo * arbitrio, et concedimus ac confirmamus eis omnes suas possessiones, ubicumque sunt constitute, | /**II**/ videlicet ut ipsa civitas cum

---

[a] *so A,* ne *durch Abreibung infolge Faltung leicht beschädigt*
[b] o *aus* e *verb. A*
[c] *so A*
[d] *so oder* diletti *A*
[e] *am Zeilenanfang etwas abgerieben*
[f] *letztes* i *infolge Faltung stark abgerieben*
[g] *am Zeilenanfang teilweise abgerieben*
[h] fid *infolge Faltung etwas abgerieben*

suis civibus et homines habitantes in ea et in suis appenditiis presentes et futuri cum suis possessionibus una cum ecclesiis suis atque tenimentis, que nunc iuste habent vel in antea iustis modis acquirent, hoc est | /**I, II**/ episcopatus, canonica sancti Mariani, monasterium sancti Petri, monasterium sancti Donati, | /**I**/ monasterium sancti Benedicti, monasterium sancti Angeli de Classerna, monasterium sancti Verecundi, monasterium sancti Angeli de Assino | /**I, II**/ cum ecclesiis, possessionibus, castellis[i] aliisque omnibus pertinenciis ad predictum episcopatum et ecclesias nominatas | /**I**/ seu monasteria pertinentibus, scilicet | /**I, II**/ Monte Episcopi, Ana[j], Agnano, Monte Tanaldi, Monte Luliani, Montecellii, Sancto Victorino, Monte Fragari, * Turre, Collepalumbo, Glonischo[k], Monte Sancte Marie, Clesi, Petroio, Skeza[l], Colle Casalis, | /**I**/ Castilione Ildebrandi et Valle Marcula nulli respondeat * neque duci neque marchioni nec ulli * persone nisi modo legitimo. Set nec super fodro seu collecta respondeant alicui nisi nobis vel generali nuntio nostro, | /**II**/ qui iurisditionem ad hoc habeat. | /**I**/ Consules Eugubini, qui pro tempero fuerint, facere debeant iusticiam in civitate ipsa et districtu ipsius et in locis prenominatis. Si vero facere non poterunt, imperialis[m] nostri nuntii requirant auxilium. Ab omni namque vexactione[n] et requisitione nuntiorum nostrorum et aliorum inmunitatem habeant, nisi quod annuatim in festo beati Martini[1] centum libras Luccensium nobis persolvant. Preter hec de consulatu et bonis eorum consuetudinibus eos investivimus. Insuper omnem contractum inter cives Eugubinos et cives Perusinos habitum sive de iuramento sive de consulatu sive de excercitu[o] faciendo vel de aliquo modo societatis vel subiectionis, cum sit in preiudicium maiestatis nostre, omnino cassamus et imperiali decreto irritum esse decernimus hac divali sanctientes pagina, ut nullus[p] hominum adversus hanc nostre celsitudinis confirmationem et edictum venire presumat. Quod si quis contrafecerit, in[q] ultionem transgressionis sue quingentas libras auri puri * componat, medietatem fisco nostro et reliquam iniuriam passis *. Ut autem hec omnia nominata rata et in perpetuum inconvulsa permaneant, hoc presens privilegium inde scribi iussimus et nominis nostri sigillo aureo communiri. Huius rei testes sunt: comes Hermannus de Aczeburch, Fredericus marchio de Baden, comes Henricus de Lutruberg, comes[r] Henricus de Zwirin, comes Henricus de Howesten, comes Fredericus de Saraponte, Petrus prefectus Vrbis, comes Ildeprandinus, comes Tancredus de Sartyano, magister Iohannes Bardensis[s] prepositus domini imperatoris clericus, Guido Caczaconte, Albertus Sturtius imperialis[t] aule iudex et quam plures alii.

# Signum domini Ottonis quarti[u] Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

---

[i] i *wohl verb.*
[j] *fehlt VU II*
[k] h *wohl aus* o *verb.*
[l] Lascleza *VU I,* Lasclizza *VU II*
[m] m *durch kleinen Riss in der Faltung beschädigt*
[n] *so A*
[o] *so A*
[p] n *infolge Faltung beschädigt*
[q] n *durch Riss in der Faltung zerstört*
[r] es *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[s] nsi *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[t] per *durch Riss in der Faltung stark beschädigt*
[u] *oberer Teil des* a *durch Riss in der Faltung etwas beschädigt*

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno quartodecimo regni eius, imperii vero anno tertio.

Dat. apud Montem Flasconem XVIII[o] kal. decembris, XV[a] indictione.

(B.D.)[v]

[v] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica, rote und gelbe Seidenfäden beiliegend erhalten.*

[1] November 11.

## BFW 450.

*Otto gibt dem Napoleone Rainaldi aus der Familie der Monaldeschi und dessen Erben für die treuen Dienste, die ihm dieser in Apulien geleistet hat, die Burg Coccorone (später Montefalco) mit allem dem Reich zustehenden Zubehör zu rechtem Lehen.*

*Montefiascone, 1211 November 21*

*Notarielle Abschrift von 1338 X 5 im Archivio storico comunale zu Todi, Archivio dei Trinci, Armadio IV, casella I Nr. 4 (C).*

*Ceccarelli, Historia di casa Monaldesca S. 13 = Riegl in: MIÖG 15, S. 224 (Auszug). – Dorio, Istoria della famiglia Trinci S. 85 Auszug und S. 108 Erwähnung zu November 23. – Ficker, Forschungen 4, S. 299 Nr. 252 aus C.*

*Calisse in: Archivio della Società romana di storia patria 10, S. 438 Nr. 33 = Calisse, Prefetti S. 222 Nr. 33. – Ceci, Todi 1, S. 108 (Erwähnung mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 166. – Ciacci, Gli Aldobrandeschi 2, S. 95 Nr. 279. – BFW 450.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Desideriis bene merentium pio semper assensu imperialis benignitas consuevit occurrere et dignis eos munificentie sue beneficiis locupletare, quotiens enim devotis premia impendimus in sua eos corroboramus fidelitate et plerosque ad serviendum imperio ac nobis invitamus. Qua sane consideratione habita ad universorum imperii fidelium presentis etatis et posteritatis successure notitiam duximus perferendum, quod nos propter multam fidem ac devotionem, quam erga nostram gerit celsitudinem dilectus fidelis noster Nepuleon Ranaldi de comite Munoaldo, actendentes quoque ydonea et grata servitia ipsius, que iam pridem in partibus Apulie nobis laudabiliter exibuit ac deinceps domino adiuvante nobis et imperio poterit exibere, ex innata nobis clementia eidem Neapuleoni et suis heredibus donamus et in perpetuum concedimus et confirmamus in rectum et legale feudum castrum Cocurunum cum turre sita in ipso castro et cum tota curte sua omnique districtu et honore suo tam intus quam extra et cum universis iustitiis et rationibus suis imperio actinentibus et quemadmodum castrum illud nos hactenus habuimus et antecessores nostri habuerunt, a nobis nostrisque successoribus tenendum et possidendum, statuentes et firmiter precipientes, ut nulla unquam persona humilis vel alta, ecclesiastica sive secularis, audeat memoratum Nepuleonem Ranaldi aut ipsius heredes in hac nostra concessione impedire vel ipsis dampnum aliquod seu gravamen irrogare. Quod si quis ausu temerario facere presumpserit, in vindicta sui reatus auri examinati libras centum componat, dimidiam camere nostre, reliquum passis iniuriam persolvendum. Ad huius igitur nostre concessionis robur perpetuum hanc divalem exinde paginam conscriptam sigillo nostro iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Dyopuldus dux Spoletanus, Petrus alme Vrbis prefectus, comes Ildibrandinus, Guido Kazaconte, marchio Fridericus[a] de Baden[b], comes Herricus de Ludirin et alii quam plures.

Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

---

[a] Fridicus *C*
[b] Badon *mit Kürzungsstrich über* on *C*

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC$^{o}$XI$^{o}$, indictione XV, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius quartodecimo, imperii vero tertio. Datum apud Montem Flaschonis XI kal. decembris[c].

[c] *B. 2. an roten Seidenfäden laut notarieller Beglaubigung in C.*

## BFW 451.

*Otto bestätigt D i e p o l d von Schweinspeunt und dessen Erben die Belehnung mit dem Herzogtum Spoleto, belehnt ihn darüber hinaus mit den Städten und Grafschaften Assisi, Gubbio, Todi und Amelia mit allen Regalien, Gerichtsbarkeiten und dem Bannrecht und kassiert die von den Kaisern Friedrich (I.) und Heinrich (VI.) Herzog Konrad von Spoleto verliehenen Privilegien, die dieser durch die Weiterübertragung des Herzogtums verwirkt hat.*

*Montefiascone, 1211 November 22*

*Notarielle Abschrift von 1213 November 5 in der Biblioteca comunale zu Fabriano, Archivio storico comunale, I, 67 (B).*

*Zonghi, Carte diplomatiche Fabrianesi 1, S. 69 Nr. 54 aus = Winkelmann, Acta 2, S. 4 Nr. 5 mit Verbesserungen.*

*Sansi, Storia di Spoleto 1, S. 35 (Erwähnung, zu 1210). – Calisse in: Archivio della Società romana di storia patria 10, S. 438 Nr. 34 = Calisse, Prefetti S. 222 Nr. 34. – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1491. – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 167. – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 309 Nr. 10 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – BFW 451.*

# In nomine sancte[a] et individue trinitatis. Otto quartus[b] divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Benignitas imperialis excellentie fidelium suorum preclara obsequia diligenti circumspectione considerans meritis eorum et laboribus tanto clementius et huberius magnifica benefitiorum impensione respondere consuevit, quanto sinceriores et ferventiores eos in fidei constantia et laborum perpessione ac obsequiorum exhibitione cognovit exstitisse, ut ex hoc illi, quibus magnifica impenduntur[c] benefitia, ad ulteriorem obsequendi affectum[d] accendantur et alii exinde similia exequendi[e] sumant exemplum[f]. Noverit itaque universorum[g] imperii et regni fidelium tam presens etas quam successura posteritas, quod nos attendentes et memoriter retinentes puram fidem, devotionem atque prelucida obsequia, que expertus fidelis noster Dyobuldus de Suynespont dux Spoleti vir constans et legalissimus cum multa fidelitate et strenuitate imperio et nobis devote contulit et conferre non desinit, tam ipsi duci Dyopuldo quam suis heredibus nomine recti et legalis feudi concessimus, donavimus et perpetuo confirmavimus totum et integrum ducatum Spoleti cum eiusdem ducatus dignitatis plena potestate et iurisditione et cum civitatibus, castellis atque comitatibus, villis et aliis locis ipsi ducatui pertinentibus, secundum quod ex antiquo extentus fuisse dinoscitur et secundum quod dux olim Conradus vel aliquis predecessor eiusdem ducis Dyopuldi ducatum ipsum unquam melius ac plenius habuit et possedit, et de ipso ducatu et de subscriptis omnibus eum manu nostra propria sollempniter[h] ac legitime investivimus. Universas itaque ipsius ducatus pertinentias tam in civitatibus quam in castellis, villis, agris, pascuis, campis, vineis, montibus, vallibus, planitiebus, fluminibus et in omnibus locis et tenimentis, ad quos idem

---

[a] sante *B*
[b] *erstes* u *wohl von derselben Hand über der Zeile nachgetragen B*
[c] impendiuntur *B, zweites* i *durch Punkt unter der Zeile getilgt*
[d] adffectum *B,* d *durch Punkt unter der Zeile getilgt*
[e] excequendi *B*
[f] excemplum *B*
[g] ni *von derselben Hand über der Zeile nachgetragen B*
[h] sollepniter *B*

ducatus ab antiquo[i] extentus fuisse cognoscitur, iam dicto duci Dyopuldo[j] et suis heredibus, sicut pridem est, in feudo legitimo concessimus, donavimus et confirmavimus ac imperpetuum subiecimus tenendum, quorum quedam propriis vocabulis duximus exprimenda: videlicet civitatem Spoletanam, que capud est totius ducatus, cum omnibus honoribus et cunctis[k] pertinentiis suis, civitatem Reatinam cum toto comitatu suo, civitatem Fulgineam cum toto comitatu suo et civitatem Nucerinam cum toto comitatu suo et cum tota terra Sansferrati, qualiter undique circuit montes, cum castellis et villis ibidem sitis. Insuper de nostra imperiali auctoritate nomine recti et legalis feudi eidem duci Dyopuldo et heredibus suis perpetuo concedimus, donamus et confirmamus civitatem Asisinatem cum toto comitatu suo, civitatem Eugubinam cum toto comitatu suo, civitatem Tudertinam cum toto comitatu suo, civitatem Amelinam cum toto comitatu suo. In hiis autem civitatibus, comitatibus et omnibus nominatis concessimus, donavimus et perpetuo in rectum feudum confirmavimus eidem duci Dyopuldo et heredibus suis omnia regalia nostra, scilicet[l] homagia, fidelitates, forfacturas omnes criminales et civiles, stratas publicas, flumina, nemora, montana, palludes, pascua, armennias, fora, silquatica, rivagia, portus, lacus et speciale fodrum. Preterea de nostra imperiali auctoritate contradidimus, donavimus et in rectum feudum perpetuo confirmavimus eidem duci Dyopuldo et suis heredibus per omnem ducatum et districtum suum et per omnes civitates et comitatus nominatos ius imperiale banni nostri pronuntiandi, exequendi[m] confirmationem et confiscationem, et super liberos et minores ius nostrum imperiale et omnem iurisditionem tam voluntariam quam iuditiariam, et potestatem ponendi eos in bannum nostrum imperiale, qui imperio et nobis rebelles apparuerint, et potestatem conveniendi et compellendi eos in[n] personis[n] et bonis eorum, qui feuda et alia iura imperialia et nostra in suam proprietatem vendicaverunt aut alienaverunt vel vendiderunt, distraxerunt vel destruxerunt. Commisimus etiam eidem duci Diopuldo et heredibus suis omnem custodiam et defensionem illorum bonorum omnium, que pertinent abbatie Farfensi in Romania, in ducatu et districtu suo atque districtu nominatorum comitatum, ut ea protegant et defendant. In hiis vero omnibus nominatis eidem duci Dyopuldo et suis heredibus nulla obsit temporum prescriptio. Ceterum cassamus et in irritum imperiali decreto reducimus omnia privilegia, que quondam[o] predecessores nostri Fredericus et Henricus Romanorum imperatores felicis memorie quondam duci Conrado de Spoleto et suis heredibus de predicto ducatu, civitatibus et comitatibus nominatis fecerunt, quoniam predictus dux Conradus demeruit faciendo et paciscendo contra imperium transferendo ducatum et eius munimina in alium in[p] preiuditium[p] imperii et nostrum. Et ideo volumus et imperiali edicto sanccimus et nostro, ut nominatus dux Dyopuldus et heredes eius de supradictis[q] omnibus perpetuo gaudeant[r] et letentur, statuentes, ut nulla persona alta vel humilis,

[i] ant *stark abgerieben B*
[j] Dyopudo *B*
[k] cuntis *B*
[l] silicet *B*
[m] excequendi *B*
[n–n] impersonis *B*
[o] *von derselben Hand über der Zeile nachgetragen B*
[p–p] impreiuditium *B*
[q] su *von derselben Hand über der Zeile nachgetragen B*
[r] guaudeant *B*

ecclesiastica vel secularis, iam dictum ducem Dyopuldum et heredes suos in supradictis omnibus offendere vel diminuere aut inquietare presumat. Si quis enim huic nostre concessioni, donationi et confirmationi ac mandato nostro contraire presumpserit, pro pena transgressionis mandati quingentas libras auri puri componat, medietatem fisco nostro et reliquam parti lese, et a nostra sit gratia alienus, qui contra hanc paginam aliquatenus egerit, supradictis omnibus illibatis semper existentibus. Ut autem omnia nominata rata semper teneantur et firma, presens privilegium scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Petrus alme Vrbis prefectus, comes Ildeprandinus de Tuscia, comes Pandul(fus) de Anguill(ara), comes Harmannus de Harburg, Fredericus marchio de Baden, magister Iohannes Bard(ewicensis) prepositus, comes Heidenr(icus) de Lutenberc, comes Henricus de Zuwir(in), comes Fredericus de Saraponte, Hugolinus de Hugolin(is), Guido Cazaconte, Neapol(eonus) de Rainaldo.

# Signum domini Ottonis quarti[s] Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius quartodecimo, imperii[t] vero tertio[t]. Dat. apud Montem Flasconem X° kal. decenbris, XV[a] indictione[u].

---

[s] qarti *B*

[t–t] imperii – tertio *am Ende der Zeile nachgetragen und mittels Verweiszeichen hierher gestellt*

[u] *Goldbulle laut B.*

## BFW 442. *unsicher*

*Otto befiehlt auf Bitten des Abts Nicola und des Konvents des Klosters S a s s o v i v o dem Kastellan der Burg Mugnano* Henricus Theotonicus *die Rekuperation der Rechte und Besitzungen der dem Kloster zugehörigen Kirche San Liberato zu Mugnano, die dieser durch Kriege entfremdet wurden.*

*Assisi, (wohl 1211) November 27*

*Insert in einem Transsumpt von wohl 1211 XII 5 (B), heute verloren, davon Abschrift aus dem 2. Viertel des 13. Jahrhunderts im Archivio storico diocesano zu Spoleto, Monastero S. Croce di Sassovivo, Pergamena Nr. 3193 (B′) und Abschrift des 17. Jh. im Liber + der Abtei Sassovivo in der Biblioteca Lodovico Jacobilli del Seminario zu Foligno, C VI 11, fol. 279v (B′′).*

*Kehr in: Göttinger Nachrichten 1903, S. 270 aus B′. – Capasso, Un preteso mandato S. 14 aus B′ zu (1210) November 27. – Bartoli Langeli, Carte di S. Croce di Sassovivo 4, S. 237 Nr. 149 aus B′.*

*Capasso, Un preteso mandato S. 17 (Abb. von B′). – Bartoli Langeli, Carte di S. Croce di Sassovivo 4, Tav. VI (nach S. 232 (Abb. von B′).*

*Jacobilli, Cronica di Sassovivo S. 62 (zu 1209 November 4). – Fortini, Nova vita 2, S. 192 Anmerkung 2. – BFW 442 (zu 1210 November 4).*

Odo dei gratia Romanorum imperator et semper[a] augustus, Ierusalem[b] et Sicilie rex[b] dilecto fideli[c] suo Henrico[d] Theotonico castellano castri Mungnani[e] suam gratiam et bonam voluntatem. Decet imperatoriam maiestatem[f] bona ecclesiastica[g] ubique terrarum defensare et earum bona et iura ipsarum[h] salvare et manutenere, ne earum iura valeat subfocari[i]. Ideo est, quod cum pro parte domini[j] Nicole abbatis[k] et conventus monasterii Saxiuiui propositum[l] coram nostre celsitudinis maiestate[m] esset[n], quod cum[m] dictum monasterium habeat quandam ecclesiam, que vocatur sanctus Liberatus [et][o] sit posita in tenimento M[un]gnani[p], cum possessionibus et tenimentis eiusdem ecclesie et occasione guerrarum ab aliquibus subfocentur et occupentur, fidelitati et devotioni tue presentibus[q] firmiter ex imper[iali[r] au]ctoritate [nostra][s] iniungendo mandamus, quod res et possessiones occupatas dict[e ecclesie] adinveniendas et

---

[a] senper *B′*
[b–b] *wohl* Hierleno *mit Kürzung B′′*
[c] filio *B′′*
[d] Ehnrico *B′B′′*
[e] Mugnani *B′′*
[f] magestatem *B′*
[g] eleiastica *mit Kürzungsstrich an* l *B′, sonst in der Folge stets* eclesiastica, eclesia *etc.*
[h] ipsius *B′, wohl auf Rasur*
[i] suffocari *B′′*
[j] donpi *B′*
[k] abatis *B′*
[l] *wohl* positum *B′′*
[m–m] maiestate – cum *fehlt B′′, durch Auslassungspunkte gekennzeichnet*
[n] esse *B′*
[o] *fehlt B′B′′*
[p] Mugnani *B′′*
[q–q] presentibus – conventui *fehlt B′′, durch freigelassenen Raum gekennzeichnet, danach wohl* omissis
[r] inper*[*iali*]* *B′*
[s] *in B′ zunächst wohl versehentlich ausgelassen, dann ein Verweisungszeichen eingefügt, das dazu am unteren Rand nachgetragene Wort aber heute verblasst und unleserlich, die Ergänzung folgt einem Vorschlag Kehrs*

recuperandas omni causa cessante studeas [… et omne][t] studium cum viribus dare procures, ita quod dicta ecclesia non valeat a[mittere] sua iura et possessiones, iniungendo quibusdam massa[riis dicti][u] castri habitatoribus recepto ab eis primo iuramento veritatis, [quod iura][v] et possessiones sancti Liberati a terris de curia et ab aliis [possessioni]bus et tenutis dictorum [m]assariciorum Mungnani debeant de[termin]are et diffinire et domino[w] Nicolo abbati[x] et conve[ntui …][q].

Dat. Asisii[y] die IIII[z] exeunte[aa] novembre[bb], VIIII[cc] indictione[dd].

---

[t] *so Capasso und Bartoli Langeli, Kehr* … et
[u] *so wohl zu ergänzen, vgl. Bartoli Langeli*
[v] *so wohl zu ergänzen, vgl. Capasso und Bartoli Langeli*
[w] dompno *B′*
[x] habati *B′*
[y] *so oder wohl* Assisii *B′′*
[z] III *oder* IIII *laut Kehr*
[aa] ext. *B′*
[bb] novenb. *B′*
[cc] *stark abgerieben B′, B′′ wohl statt* XIIII
[dd] *Hängesiegel aus Wachs laut B′.*

## BFW 452.

*Otto gestattet den Leuten der Stadt F e r m o , dass bei Schiffbruch ihrer Kaufleute im Reich und im Königreich Sizilien und Apulien die gestrandeten Güter und Waren in ihrem Besitz bleiben, befreit sie von der nach dem Tod Kaiser Friedrichs (I.) erhöhten Leistung genannter Abgaben und verleiht ihnen das Recht, in seinem und im Namen der Stadt Pfennige zu prägen, die sich in Aussehen und Gewicht von den kaiserlichen unterscheiden müssen. (A)*

*Otto gewährt den Leuten der Stadt F e r m o die volle Gerichtsbarkeit an der Meeresküste zwischen den Flüssen Potenza und Tronto und dass in diesem Abschnitt und über 1000 Schritte hinaus ohne ihr Wissen kein Gebäude errichtet oder befestigt werden darf, bestimmt, dass bei Schiffbruch ihrer Kaufleute im Reich und im Königreich Sizilien und Apulien die gestrandeten Güter und Waren in ihrem Besitz bleiben, befreit sie von der nach dem Tod Kaiser Friedrichs (I.) erhöhten Leistung genannter Abgaben und verleiht ihnen das Recht, in seinem und im Namen der Stadt Pfennige zu prägen, die sich in Aussehen und Gewicht von den kaiserlichen unterscheiden müssen. (A´)*

*Im Hospital* sancti Angeli de Subterra*, 1211 Dezember 1*

*Original, 397 (–403) + 29 (–37) x 305 mm, im Archivio di Stato zu Fermo, Archivio storico comunale, Diplomatico, H. 234 (A). – Original, 444 + 44 x 304 mm, ebenda, H. 397 (A´).*

*Catalani, Memorie della zecca Fermana S. 12 mit kleineren Auslassungen aus A´ und S. 19 f. (kurzer Textauszug) = Zanetti, Nuova raccolta delle monete 3, S. 276 und S. 283 f. – Winkelmann, Acta 1, S. 61 Nr. 64 aus A´. – Paoli, Liber iurium 3, S. 738 Nr. 420 aus Abschrift des 13. Jh. im Liber iurium aus A.*

*Pacini, Storia medievale di Fermo Tav. III (Abb. von A) mit Erwähnung S. 501 f.*

*Borgia, Memorie istoriche di Benevento 2, S. 288 Anmerkung 1 (Erwähnung). – Catalani, Ecclesia Firmana S. 175 (Erwähnung). – de Minicis, Cenni storici di Fermo S. 16 (Erwähnung). – Fracassetti, Notizie storiche S. 23. – Papalini, Effemeridi S. 95. – Stälin, Wirtembergische Geschichte 2, S. 786 (Nachtrag zu S. 335). – Bruti Liberati, Memoria sulla via Cuprense 51, S. 6 (Erwähnung). – de Minicis, Cronache della città di Fermo S. 108 (Erwähnung). – Tabarrini, Sommario cronologico Nr. 53. – Foglietti, Conferenze S. 161 Nr. 263. – Calisse in: Archivio della R. Società romana di storia patria 10, S. 438 Nr. 35 = Calisse, Prefetti S. 222 Nr. 35. – Gnecchi – Gnecchi, Saggio S. 113 (Erwähnung). – Trebbi – Filoni Guerrieri, Erezione S. 222 und S. 224 (Erwähnungen). – Salvioli, Il diritto monetario S. 51 und S. 53 (Erwähnung mit kurzem Textauszug). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1492. – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 168. – Caselli, Memorie storiche 1, S. 64 (Erwähnung). – Pacini, Codice S. 176 Nr. 270. – Pagnani in: Picenum seraphicum 13, S. 59 mit Anmerkung 169 (Textauszug). – Nepi, Storia dei comuni Piceni 8, S. 11 (Erwähnung). – BFW 452.*

*Die Urkunde, ein feierliches Privileg, liegt in zwei Originalausfertigungen vor.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus divina[a] favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. # Imperialis munificientia maiestatis dum extenditur in subiectos, gloriam sibi favore liberalitatis accumulat et in subditorum mentibus fidei seminat incrementum. Noverit siquidem universorum imperii et regni fidelium tam presens etas quam successura posteritas, quod nos attendentes puram fidem atque devotionem necnon et legalitatem universorum hominum Firmane civitatis, quam semper circa imperium et nos habuerunt et habent, de innata liberalitate maiestatis nostre concedimus

[a] divna *A´*

et donamus eis eorumque successoribus litoris[b] maris a flumine Potentie usque in flumen Trunti plenam iurisdicionem et quod in eo et per mille passus ab eodem his nolentibus edifitium construi munirive nequeat. Item quod[b], si aliqua navis mercatorum nominate civitatis frangeretur in terra imperii et regni Sicilie et Apulie, res[c] eorum et merces sint salve[c] ad opus ipsorum mercatorum[d] sive hominum Firmane civitatis[e], quorum[f] res ipse sunt et merces. Item remittimus et[f] relaxamus eis et[g] eorum successoribus omne rivagium vel silquaticum, quod impositum fuit post mortem imperatoris Frederici bone memorie predecessoris nostri usque[h] nunc, volentes, ut de cetereo rivagium vel silquaticum non aliter exhibeant, nisi quod consueverunt tempore et[i] in vita ipsius imperatoris Frederici dare. Item de munificencia maiestatis nostre ipsis hominibus ac civibus Firmane civitatis et successoribus eorum plenam licentiam damus et potestatem faciendi atque cudendi rectos denarios in honore et nomine nostro atque nomine ipsius civitatis Firmane, ita quod ipsi denarii nec in forma nec in pondere coequentur imperialibus[j] nostris. Quare mandamus et ex imperiali nostro sanctimus edicto, quatinus nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, iam dictos homines atque cives et mercatores nominate civitatis Firmane et eorum successores in nominatis omnibus molestare aut offendere presumat aut eorum denarios perturbare vel tondere sive devastare audeant[k]. Si quis enim ipsos de nominatis omnibus molestare aut diminuere presumpserit, pro pena quinquaginta libras auri puri componat, medietatem fisco nostro et reliquam molestiam sustinentibus. Ut autem prefata omnia semper rata teneantur et firma, presens privilegium scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus[l] insigniri. Huius rei testes sunt: Petrus alme Urbis prefectus, Fredericus marchio[l] de Baden[m], comes Hermannus de Arziburch[n], comes Haydenricus de Lutruberc, Guido Cazaconte et quamplures alii.

# Signum domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius quartodecimo, imperii vero tertio[o]. Dat. apud hospitale sancti Angeli de Subterra, kal. decembris, XV[a] [p] indictione[q].

(SP.D.)[r]

---

[b–b] litoris – quod *fehlt A, stattdessen folgt nach dem vorhergehenden Wort (*successoribus*)* ut
[c–c] res – salve *infolge Faltung etwas abgerieben A, Oberteil des Majuskel* R *von* res *infolge Faltung abgerieben und* s *von* sint *durch kleines Loch in der Faltung beschädigt A´*
[d] *unter* c *kleines Loch in der Faltung A*
[e] *drei kleine Löcher in der Faltung unter dem Wort A,* is *durch kleines Loch in der Faltung teilweise zerstört A´*
[f–f] quorum – et *in A´ infolge Faltung etwas beschädigt, unter* s *von* merces *kleines Loch in der Faltung A*
[g] t *aus* o *verb. A*
[h] us *verb. A*
[i] e *wohl aus* i *verb. A*
[j] impialibus *A´, fehlt Kürzungsstrich an* p
[k] so *AA´ statt* audeat
[l–l] iussimus – marchio *in A infolge Faltung stellenweise abgerieben, in A´ unter zweitem* s *von* testes *kleines Loch in der Faltung*
[m] *darunter ein Loch in der Faltung A´*
[n] z *wohl aus* c *verb. AA´*
[o] *zwischen diesem und dem folgenden Wort eine Zierlinie über den Raum von etwa drei Wörtern AA´*
[p] [a] *durch kleinen Riss im Pergament beschädigt A*
[q] *Ende der Zeile mit einer Zierlinie ausgefüllt AA´*
[r] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica AA´, A´ laut notarieller Abschrift mit Goldbulle besiegelt.*

## BFW 453.

*Otto teilt allen Bewohnern der Mark Ancona und der Grafschaft Fermo mit, dass er den Bürgern der Stadt Fermo das Recht verliehen habe, Pfennige zu prägen, und befiehlt ihnen, diese anzunehmen.*

*Im Hospital* sancti Angeli de Subterra, *1211 Dezember 1*

*Original, 126 (–135) + 27 (–33) x 216 mm, im Archivio di Stato zu Fermo, Archivio storico comunale, Diplomatico, H. 188 (A).*

*Zanetti, Nuova raccolta delle monete 3, S. 488 aus Abschrift des 18. Jh. zu Fermo = de Minicis, Cenni storici di Fermo S. 17. – Winkelmann, Acta 1, S. 62 Nr. 65 aus A.*

*Zinsmaier, Urkunden Tafel 8 (Teilabb.).*

*Tabarrini, Sommario cronologico Nr. 52. – BFW 453.*

*Vom selben Tag datiert ein zweifach ausgefertigtes feierliches Privileg Ottos für die Leute der Stadt Fermo (BFW 452), das für einzelne Formulierungen als Vorurkunde diente.*

# Otto quartus # dei gratia Romanorum imperator et semper augustus civitatibus, castellis, comunantiis, comitibus, proceribus et universis hominibus magnis et parvis in marchia constitutis Ancon(e) et in comitatu Firman(o) presentem paginam intuentibus presentibus et futuris dilectis fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Notum facimus universitati vestre, quod nos civibus civitatis Firmane dilettis[a] fidelibus nostris plenam licentiam dedimus et potestatem cudendi et faciendi denarios *. Quare mandamus fidelitati vestre et sub optemptu[b] gratie et bone voluntatis precipimus firmiter, quatinus denarios ipsos in nomine et honore nostro et ipsius civitatis factos rectos recipiatis et expendatis et in omnibus vestris negotiis eis[c] utamini libere et solute, et eos denarios neque tondeatis[d] nec devastetis, set eos integros conservetis[e] caventes, ne aliter faciatis, sicut[f] nostram cupitis gratiam optinere.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo. Dat. apud hospitale sancti Angeli de Subterra, kal. decembris, XV indictione.

(SP.D.)[g]

---

[a] *so A*
[b] opteptu *mit Kürzungsstrich über* ep
[c] e *(wohl aus* u*) verb.*
[d] e *aus* a *verb., kleiner Tintenfleck am ersten Schaft des* n
[e] o *wohl verb.*
[f] sict *mit Kürzungsstrich*
[g] *zwei rhombenförmige Einschnitte in der Plica.*

# BFW 454.

*Otto gibt* N a p o l e o n e  R a i n a l d i *(aus der Familie der Monaldeschi) und dessen Erben mit Zustimmung Herzog Diepolds von Spoleto die Burg* S. Maria de Laurentio *mit allem Zubehör zu rechtem Lehen.*

*San Genesio, 1211 Dezember 22*

*Notarielle Abschrift von 1338 X 5 im Archivio storico comunale zu Todi, Archivio dei Trinci, Armadio IV, casella I Nr. 5 (C).*

*Ficker, Forschungen 4, S. 301 Nr. 254 aus C.*

*Ceci, Todi 1, S. 108 (Erwähnung mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 169. – Ciacci, Gli Aldobrandeschi 2, S. 95 Nr. 280. – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 310 Nr. 12 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – BFW 454.*

In nomine sancte[a] et individue trinitatis. Octo quartus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. Decet imperialis magestatis celsitudinem fidelium petitiones benigne admictere et eorum petitionibus iustis animum inclinare, quotiens fidelitas diligenter adtenditur, subiectorum corda ad bene serviendum ferventius animantur et imperialis munificentia altius sublimatur. Noverit universorum imperii fidelium tam presens etas quam successura posteritas, quod nos adtendentes fidelia obsequia[b], que dilectus fidelis noster Nepoleonus filius quondam Renaldi imperio et nobis fideliter contulit et confert et eum inantea credimus exhibiturum, consensu etiam et voluntate atque notitia experti fidelis nostri Diopuldi ducis Spoleti concedimus et donamus et perpetuo[c] confirmamus in rectum feudum et legale[d] eidem Neapoliono et suis legiptimis heredibus castellum sancte Marie de Laurentio cum turribus, cum curte, cum omnibus tenimentis et iustis pertinentiis suis et cum omni iure ipsi castello pertinenti volentes, ut castellum ipsum cum omnibus tenimentis et[e] pertinentiis suis, sicut superius est expressum, nominatus Napolionus et sui heredes semper in pace teneant et possideant. Quare mandamus et[f] imperiali nostro sancimus edicto, quatenus nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, iam dictum Neapolionum et suos heredes inde molestare audeat vel impedire. Si quis enim huic nostre concessioni, donationi et confirmationi extiterit obviator[g], pro pena transgressionis mandati viginti libras auri puri componat, medietatem fisco[h] nostro et reliqua parti lese. Ut autem, que superius continentur, omni futuro tempore rata teneantur et firma, presens privilegium scribi et nostre magestatis sigillo iussimus insigniri. Huius rei testes sunt: Diopuldus dux Spoleti, comes Ildeprandinus, Fredericus marchio de Baden[i],

---

[a] sante *C*
[b] ossequia *C*
[c] proprio *C*
[d] legalem *C*
[e] *fehlt C*
[f] *folgt* ex *C*
[g] oviator *C*
[h] fissco *C*
[i] Banden *mit überflüssigem Kürzungsstrich über dem Wort C*

Fredericus comes de Saraponte, comes Adolfus, magister Iohannes Bard(ewicensis) prepositus, Bernardus frater eius, Albertus camerarius[j], Heruutus[k] dapifer, Ber(ardus) de Colaczon et quam plures alii.

Signum domini Octonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo, regnante domino Octone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius quartodecimo, imperii vero tertio. Data apud Sanctum Genesium XI$^{o}$ kalendas ianuarii, indictione XV[l].

---

[j] *mit überflüssigem Kürzungsstrich über* me *C*
[k] *so C verderbt wohl statt* Henricus
[l] *rote Seidenfäden laut C.*

## BFW 456.

*Otto schenkt den Brüdern Ventrilius und Wido aus P i s a und deren Erben die Burg Tonda mit allem Zubehör.*

*Prato, 1211 Dezember 28*

*Original, 415 + 40 (–45) + 327 (–342) mm, im Archivio di Stato zu Florenz, Diplomatico, Normali, San Miniato al Tedesco, Comune, 1212 dicembre 28 (A).*

*Lami, Sanctae ecclesie Florentinae monumenta 1, S. 492 zu 1213 Januar 1 aus Abschrift des 18. Jh. in der Biblioteca Riccardiana zu Florenz.*

*BFW 456.*

# In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. # Imperialis maiestas eos dignis et[a] largioribus meritis et benefitiis consuevit huberius honorare, quos in suis obsequiis diutius et fideliter experta est desudasse, ut ex devotis fiant devotiores et alii eorum exemplo ad nostra invitentur obsequia. Ideoque notum facimus universas[b] nostri imperii fidelibus tam presentis quam successorie posteritatis hanc presentem paginam intuentibus, quod nos adtendentes puram fidem et sinceram devotionem atque gratiosa servitia, quam et que dilecti nostri fideles Ventrilius[c] et Wido fratres de civitate Pisarum[d] nobis et imperio intulerunt[d] et in atea[e] poterunt[f] exhibere, eisdem fratribus Ventrilio et Widoni et eorum heredibus dedimus, donavimus et concessimus in perpetuum castrum Tunde cum omnibus suis pertinentiis, curia et districtu et cum omni honore et factioibus[g] atque usantiis eidem castro in integrum pertinentibus, silicet[h] cum hominibus, habitatoribus seu adlodariis[i], pratis, nemoribus, terris, aquis, pabulis, venationibus et omnibus aliis dominationi eiusdem castri pertinentibus, statuentes et nostra imperiali aucoritate precipientes, ut nulla civitas, nullum comune, nullus dux, marchio vel comes nullaqua alia persona ecclesiastica vel secularis ausu temerario contra hanc nostre donationis et concessionis paginam venire presumat. Quod qui fecerit, iram indignationis nostre se[j] noverit incurrisse et penam mille marcharum argenti prestaturum, medietatem camere nostre, reliquam vero iniuriam passis. Ad maiorem evidentiam et probationem hanc presentem paginam conscribi[k] et bula[l] nostri sigilli iussimus conmuniri.

---

[a] et-*Kürzung von erster Hand nachträglich eingefügt*
[b] *so A, Bogen des* a *durch Faltung abgerieben*
[c] *über* t *wohl überflüssiges, nicht näher zu deutendes zirkumflexähnliches Zeichen*
[d–d] arum – intulerunt *auf Rasur*
[e] *so A, fehlt Kürzungszeichen für* n
[f] *so A*
[g] *so A, fehlt Kürzungszeichen für* n
[h] *so A*
[i] *so A*
[j] *danach Interpunktionszeichen zur Trennung vom ohne Abstand folgenden nächsten Wort*
[k] *ab hier von derselben Hand mit feinerer Feder und gedrängter geschrieben*
[l] *so A*

Huius rei testes fuerunt: comes Yldebrandinus de Tuscia, comes Wido Wera, Wido Cazacomes, Heuerardus de Lutra, Cortinus de Pisis, Albertus Strutius, Iohannes de Pado, Prebiter[m] Cacia imperialis curie iudices et alii[n] quam plures.

Acta sunt hec aput Pratum anno a nativitate domini millesimo CC$^{o}$XII$^{o}$, indictione XV$^{e}$, imperii nostri anno tercio. Dat. quinto kal. ianuarii.

(SP.D.)[o]

---

[m] *so A statt* Presbiter
[n] l *infolge Faltung stark abgerieben*
[o] *rote Seidenfäden erhalten.*

## BFW 457.

*Otto gibt dem Guido Cacciaconti in Anbetracht ihm in Apulien geleisteter Dienste die Burg Trequanda zu rechtem Lehen und investiert ihn und seine Erben mit dieser.*

*Prato, 1211 Dezember 28*

*Abschrift als Insert in der Originalurkunde Karls IV. von 1355 IV 30 im Archivio di Stato zu Siena, Diplomatico, Archivio Generale dei Contratti, 1355 aprile 30 (L. 20) (C).*

*Böhmer, Acta S. 771 Nr. 1073 aus C.*

*Schneider, Reg. Senense 1, Nr. 487. – Meves, Reg. deutscher Minnesänger S. 311 Nr. 13 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – BFW 457.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto quartus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Ad preclara suorum fidelium obsequia clementiam imperialem decet habere respectum et pro benemeritis condigna munificentie sue beneficia eis impertiri. Eapropter universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris duximus innotescendum, quod nos pre oculis habentes multam devotionem, quam igitur erga nos dilectus fidelis noster Guido Caczaconte, attendentes quoque preclara servitia, que iam pridem in partibus Apulee nobis exibuit ac deinceps domino concedente ad honorem imperii erit exibiturus, de consueta benignitatis nostre gratia damus sibi et omnibus heredibus suis, concedimus quoque et confirmamus ex certa scientia nostra in rectum et legale feudum castrum Terquanda cum curte eius et cum universis honoribus, usibus, tenimentis et finibus ad ipsum castrum et eius curiam pertinentibus, situm inter Giusuri et Montem Gysum et Scrufianum et Montem Caluum. Et de prenominato castro, sicut hactenus imperio pertinebat, eum pro se et suis heredibus legittime investimus, ut illud in perpetuum a nobis et successoribus teneant et omnes ipsius rationes libere percipiant et cum integritate. Statuentes igitur imperiali auctoritate firmiter precipimus, ut nulla umquam persona humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis, nullus etiam nuntius imperii audeat memoratum Guidonem Caczacontem aut ipsius heredes umquam aliquo tempore in hac maiestatis nostre concessione impedire vel dampnum[a] ipsis irrogare aut aliqua occasione de sepedicto castro et eius honore eos disvestire. Quod qui fecerit, in vindictam reatus sui auri puri centum libras componat, dimidium camere nostre, reliquum passis iniuriam persolvendum. Ad[b] huius etiam nostre concessionis robur perpetuum exinde hanc paginam conscriptam sigillo nostro iussimus communiri. Huius rei testes sunt: comes Ildebrandus, Dyopuldus dux Spoleti, comes Hartimannus de Writemberg[c], comes Adolphus de Cassil[d], comes Fredericus de Saraponte, Beruhardus[e] de Turstat, Guido de Palatio, Bartolomeus Raynaldini, Berardus capitaneus, Conradus Gottebuldus comes Sinogallie et alii quam plures.

---

[a] *fehlt Kürzungsstrich für erstes* m *C*
[b] *irrig* A *statt* Ad *C*
[c] *so C*
[d] *so C*
[e] *so C.*

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo, indictione XV, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius tertiodecimo, imperii vero tertio. Dat. apud Pratum, V kalendas ianuarii.

**- .**

*Otto erneuert seinen an die delegierten Richter Basilius und Nicolaus Egidii de Wito ergangenen Befehl, im Appellationsprozess über ein Urteil des paduanischen Richters Lorenzo im Streit um Zehentrechte in Gorgo zwischen dem Kapitel von P a d u a und Angehörigen der Familie Zoppelli beide Parteien vorzuladen und eine Entscheidung zu fällen, ungeachtet eines ihnen von Podestà Otto de Pagano erteilten Verbots, in dieser Klagsache weitervorzugehen.*

*Imola, 1212 Januar 2*

*Insert in Notariatsinstrument von 1212 I 7 im Archivio storico diocesano zu Padua, Capitolo della Cattedrale, Diplomatico, Pergamene 5, 97 (B).*

*Zorzi, Il territorio padovano S. 138 f. (Erwähnung).*

*Als Vorurkunde diente das Mandat Ottos vom 3. September 1211, das er in derselben Streitsache an zwei delegierte Richter erlassen hatte.*

Dei gracia O(to) Romanorum imperator et semper augustus dilectis fidelibus suis Basilio iudici et Nicholao Egidii de Wito graciam suam et bonam voluntatem. Meminimus vobis commisisse[a] causam appellacionis, que vertitur inter magistrum Viuianum actorem et sindicum capituli Paduane canonice ex una parte et Iacobum curatorem Atonis[b] de Iohanne Zopello et ipsum Otonem ex altera super sententiam latam a Laurencio iudice Paduano de decimis de Gurgo, quam nondum[c] terminasse intelleximus. Eapropter fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatinus convocatis ante presenciam vestram partibus, sicut vobis * comisimus *, ipsam causam finire et terminare debeatis non obstante[d] aliquo precepto vobis facto ab Atone Pagani Padue potestate nec aliquo alio, quod factum foret per Albertum de Baone post factum sacramentum suspectionis et recusationis pro ipso Alberto. Dat. apud Hymolam II die intrante mense ianuarii, indictione XV.

---

[a] commissise *B*
[b] *so wohl B*
[c] nundum *B*
[d] obs *stark abgerieben B.*

## BFW 458.

*Otto befiehlt dem Podestà von Padua, Otto de Pagano, im Streit zwischen dem Kapitel von P a d u a und Angehörigen der Familie Zoppelli um Zehentrechte in Gorgo dessen über die delegierten Richter Basilius und Nicolaus Egidii de Wito verhängte Verbot, in dieser Klagsache weitervorzugehen, zurückzunehmen.*

*Imola, 1212 Januar 2*

*Insert in Notariatsinstrument von 1212 I 8 im Archivio storico diocesano zu Padua, Capitolo della Cattedrale, Diplomatico, Pergamene 5, 105 (B).*

*Dondi dall'Orologio, Dissertazione 6, S. 203 Nr. 175 aus Abschrift = Böhmer, Acta S. 229 Nr. 254.*

*Zorzi, Il territorio padovano S. 138 f. (Erwähnung). – BFW 458.*

Dei gracia O(to) Romanorum imperator et semper augustus fideli suo Atoni de Pagano potestati Padue graciam suam et bonam voluntatem. Ex querela nuncii canonicorum Paduane canonice intelleximus, quod tu prohibuisti et preceptum fecisti Basilio iudici et Nicholao Egidii de Wito iudicibus a nostra maiestate delegatis, ne ipsi procederent in causa, que vertitur inter magistrum Viuianum actorem et sindicum capituli Paduane canonice ex una parte et Iacobum curatorem Otonis de Iohanne Zopello et ipsum Otonem ex altera, quam eis terminandam comisimus de decimis de Gurgo, unde plurimum admiramur. Eapropter fidelitati tue mandamus firmiter sub debito fidelitatis precipientes, quatinus ulterius prohibere non debeas ipsis iudicibus in ipsam causam procedere, et preceptum, quod eis fecisti, removere debeas et sine mora relaxare. Dat. aput Hymolam II die intrante mense ianuarii, indictione XV.

## BFW 459.

*Otto teilt allen Getreuen in und außerhalb der Städte Faenza und Imola mit, dass er Graf Alberico von Donigallia gestattet habe, den von den Faentinern errichteten Kanal zu Cotignola zum Nutzen und zur Verteidigung seiner Grafschaft abzusperren oder umzuleiten.*

*Bologna, 1212 Januar 7*

*Notarielle Abschrift aus der Mitte des 18. Jh. in „Cotignola, Raccolta Tabanelli, Miscellanea 1212–1691, fol. 5r Nr. 1" (D), Aufbewahrungsort nicht eruierbar, Foto davon im Archivio di Stato zu Ravenna, Archivio notarile di Cotignola, Nr. 264.*

*Flaminio di Parma, Memorie istoriche 1, S. 296 aus A (f) = (Fantuzzi), Monumenti Ravennati 6, S. 62 Nr. 33. – Solieri, Origini S. 14 Anmerkung 2.*

*Bonoli, Storia di Cottignola S. 2 (zu Januar 27). – Soriani, Notizie storiche S. 10 (Erwähnung). – Vicchi, Storia di Fusignano S. 5 (Erwähnung). – BFW 459.*

Dei[a] gratia Otto[a] Romanorum imperator et semper augustus. Notum facimus universis fidelibus nostri imperii Fauentinis[b] et Imolensibus tam in civitatibus quam extra habitantibus presentem[c] paginam intuentibus[c], quod nos fideli nostro comiti Alberico de Donigalia[d] plenam et liberam concessimus potestatem serandi seu claudendi vel aliunde ducendi, ubi et unde ipse comes voluerit, ad suam voluntatem canale Cothignolę[e] factum a Fauentinis pro utilitate et deffensione[f] sui comitatus precipientes firmiter singulis et universis de predictis civitatibus[g] sub debito fidelitatis et nostri banni pena, ut nulla universitas vel comes aut[h] aliqua alia persona contra hanc concessionem nostram facere vel venire presumat. Quod qui[i] fecerit, sciat se indignationem nostram graviter incursurum et penam CCC monete, medietatem camere nostre et medietatem comiti predicto.

Datum[j] Bononie 1212, indictione XV, septima die ianuarii.

---

[a–a] Otto dei gratia *f*
[b] *hier und in der Folge* Faventinis *f*
[c–c] presentem – intuentibus *fehlt f*
[d] *zunächst* Donigaglia *D, zweites* g *gestrichen*
[e] Cottignole *f*
[f] defensione *f*
[g] *eine durch Punkte gekennzeichnete Lücke f, so wohl zu ergänzen,* episcopatibus *D*
[h] vel *f*
[i] si *f*
[j] Dat. *f*

## BZ 51.

*Otto nimmt das Zisterzienserkloster M o r i m o n d o mit allen Besitzungen in seinen Schutz, bestätigt ihm die Schenkung des Hofes Basiano und des Ortes Fallavecchia durch Kaiser Friedrich (I.) und verbietet, den Abt und die Brüder zur Leistung des Kalumnieneides zu zwingen.*

*Lodi, 1212 Januar 22*

*Abschrift des 17. Jh. in Rom, Biblioteca Apostolica Vaticana, Barb. lat. 3234 (Ferdinandi Ughelli Monumenta ordinis Cisterciensis), fol. 83v–84r wohl aus A (E).*

*Kalbfuss in: QFIAB 15, S. 91 Nr. 23 aus E.*

*BZ 51.*

*Das Diplom Heinrichs VI. vom 4. Juni 1195 (Böhmer – Baaken 451) diente dem vorliegenden Stück als Vorurkunde.*

(C.) In nomine sanctę et individuę trinitatis. Otto quartus divina auxiliante clementia Romanorum imperator et semper augustus universis, qui sub suo continentur imperio, gratiam suam et bonam voluntatem. Notum sit vobis omnibus nos ecclesiam et monasterium de Morimundo constructum in archiepiscopatu Mediolanensi prope Ticinum *, abbatem et fratres, res[a] omnes et possessiones eorum ob dei reverentiam et salutem nostri imperii in nostra suscepisse protectione * . Pręterea donationem curię Farę Basilianę et Farę Uetulę * cum omnibus suis pertinentiis, quam felicissimus imperator Fridericus monasterio prędicto et ecclesię de Morimundo concessit et donavit[b], [...][c] eas curtes cum eorum omnibus possessionibus et pertinentiis in omnibus et per omnia donamus, concedimus et confirmamus * perpetuo iure eidem monasterio et ecclesię et abbati * et * fratribus ad habendum et tenendum et possidendum et utendum libere et secure et pacifice non obstante nec nocente aliqua prestatione ficti vel prescriptione sive aliquo contractu cum aliquo loco vel persona vel personis seu alicui loco vel personę prestito vel acto de aliquibus rebus constitutis[d] intra fines sive confinibus prędictarum curiarum vel alicuius earum. Quę omnia facimus ex mera et propria nostra liberalitate et in tantum, quod nullus omnino possit vel debeat vel pręsumat ipsum monasterium vel aliquem pro ipso monasterio vel eius possessiones de cetero inquietare vel molestare seu convenire occasione prędictarum possessionum vel contractuum. Et insuper communi Mediolanensium et Papiensium iniungimus, ut prędictas possessiones et curias cum omnibus earum pertinentiis eidem monasterio ab omnibus personis et universitatibus defendant et manuteneant et defendere et manutenere debeant. Item pręcipimus potestati et consulibus tam comunis[e] quam iustitię, qui[f] nunc sunt vel postea[g] fuerint, ut nullo modo de cetero artent vel cogant vel artari vel cogi permittant abbatem eiusdem monasterii nec fratres eius aliquod sacramentum[h] de calumpnia vel de instrumentis exhibendis vel

---

[a] *fehlt E, ergänzt nach VU*
[b] *so VU,* donavimus *E*
[c] *Auslassungspunkte in E*
[d] contitutis *E*
[e] comuni *E*
[f] quę *E*
[g] propterea *E*
[h] factum tum *E*

consignandis et aliis prestare sive subire contra tenorem concessionis et privilegium eidem monasterio abbati et fratribus a nobis concessum et indultum super prędictis. Qui ergo temerario ausu contra prędicta memoratum monasterium vel abbatem sive fratres eiusdem monasterii molestaverit sive inquietaverit in bonis[i] seu personis aliquo modo, in banno nostro eum ponimus et ab amicitia et gratia nostra eum sequestramus et ducentarum marcharum[j] argenti penam substineat, quarum medietas fisco nostro et reliqua passis iniuriam persolvatur. Ut vero hęc presens * pręceptionis pagina * subsecuturis temporibus rata et inconvulsa[k] permaneat, manu propria eam corroboravimus et maiestatis nostrę sigillo iussimus communiri. Huius rei testes sunt: comes Ildeprandus de Tusia, Guillielmus marchio Montisferrati et Guillielmus[l] marchio Malespina et Manfredus marchio de Salucia, Vzilinus de Onario, Salinguerra de Ferraria et Gualfredus de[m] Derricella et Albertus Struzius et alii multi.

Signum domini Ottonis[n] quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Ego Conradus Spirensis[o] episcopus imperialis aulę cancellarius vice domini Theodorici Colonię archiepiscopi et totius Italię archicancellarii recognovi.

Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo, indictione XV, regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore glorioso, anno regni eius XIIII, imperii vero III. Datum apud Laudam, XI kal. februarii.

---

[i] *so wohl statt irrig* hauere *E*
[j] marchiarum *E*
[k] incoluusa *E*
[l] Guillus *E*
[m] *folgt irrig nochmals* de *E*
[n] Ottoni *E*
[o] *so statt irrig* Sparensis *E.*

## BZ 52.

*Otto verhängt binnen einer Frist von acht Tagen die Reichsacht über Markgraf Azzo (VI.) von E s t e , der damit aller seiner Lehen, seines Allodialbesitzes, seiner Vasallen und aller von den Vorgängern Ottos ausgestellten Privilegien verlustig gehen soll, und darüber hinaus über all jene Städte, die Azzo dessen ungeachtet die Würde eines Podestà oder Rektor übertragen oder anderweitig begünstigen.*

*Im bischöflichen Palast zu Lodi, 1212 Januar 23 oder 24*

*Original im Archivio di Stato zu Modena, A.S.E., Documenti riguardanti la Casa e lo Stato, Cassetta 2, Nr. 8 (A).*

*Zinsmaier, Urkunden S. 142 aus A.*

*Walter, Reichskanzlei S. 197 Nr. 9. – BZ 52.*

# In nomine sancte et individue trinitatis. Dei gratia Oto[a] quartus Romanorum imperator et semper augustus. Universis imperii nostri fidelibus notum esse # volumus, quod pro eo, quod Azo marchio de[b] Est magestatem nostram offendit aufferendo hereditatem Bonifacii marchionis Estensis patrui sui, eam violenter detinendo eique dampna et iniurias multas inferendo, domos etiam et turres comitisse Sophie matris eiusdem Bonifacii destruendo et alia bona sua turpiter aufferendo, de quibus omnibus nostris iuravit stare mandatis, requisitus et citatus per nuntium nostrum[c] et litteras et sub debito fidelitatis indebitatus, ut nostro se conspectui presentaret super his et aliis omnibus, que sibi obiecta fuerint, finaliter responsurus et venire contepsit[d], licet in veniendo et redeundo sibi et omnibus, que cum eo essent in personis et rebus, fidantiam dedissemus, a diebus octo in antea ipsum Azonem marchionem in nostro banno pronuntiamus et ponimus[e] et eum ab ipso die in antea imperiali banno subicimus. Et perpetua sit notatus infamia, et feudis omnibus careat ipse marchio et ipsa feuda prorsus amittat et ad dominos libere redeant, et omnia sua alodia confiscari iubemus, et omnes vassalli eius ab eo sint absoluti revocantes omnia privilegia et largitiones et concessiones et promissiones ei a nobis et antecessoribus[f] nostris factas[g], ita ut de cetero non valeant nec uti possit eisdem[h], set sint cassa prorsus et irrita nec de cetero eius sentencie valeant nec teneant, set irrite sint et nullius momenti. Civitatibus vero et locis et singulis personis sacramento fidelitatis et sub pena nostre gratie precipimus, ne de cetero eundem marchionem in potestatem vel rectorem suscipiant nec conscilium vel favorem eidem marchioni prestent vel impendant. Alioquin civitas illa vel locus vel persona, que in his nostris contraierit mandatis et predicta non servaverit, imperiali banno subicimus et, si quis alicui civi illarum civitatum vel habitatorum locorum dampnum vel iniuriam intulerit, inpune ipsum absolvimus nec aliquis de iam dictis civitatibus vel locis vel personis in potestariam vel rectoriam alicuius civitatis vel loci exinde recipiatur nec eorum sentencie vel alicuius illorum valeant nec teneant. Privilegia etiam et largitiones, concessiones et promissiones eis vel alicui eorum factas ab antecessoribus nostris et nobis

[a] *so A*
[b] d *wohl aus* m *verb.*
[c] u *wohl aus* a *verb.*
[d] *so A statt* contempsit
[e] ponimu *mit* us-*Haken an* u
[f] antecessoribu *mit* us-*Haken an* u
[g] ta *wohl aus* ti *verb.*
[h] i *durch kleines Loch in der Faltung zerstört*

revocamus ab eis ita, quod de cetero non valeant nec uti possint eisdem eo quod magestatis nostre contemptores non considerantes, quam reverentiam nobis debeant et imperio. De quo et banno non exeat idem marchio, nisi primo nostre magestati et Bonifatio marchioni Estensi de omnibus supradictis plenarie satisfecerit. Que omnia fuerunt lecta coram ipso domino Otone[i] serenissimo Romanorum imperatore de eius mandato per Trauersum Vallianum imperialis curie iudicem in colloquio Laude in palatio episcopali in presentia[j] Petri urbis Rome prefecti, comitis Thome de Sauoia, Willielmi marchionis[k] de Monferrato, comitis Ildebrandini de Soana, comitis Gotfredi de Blandenat[l], Willielmi marchionis Malespine, Manfredi marchionis dicti Punasii de Saluz, marchionis Otonis[m] dal Correto[n], comitis Alberti de Casalolt, comitis Narrisii, comitis Egybdii[o] de Curte Noua, comitis Vberti de Branda, comitis Gerardi de Crema, Ecirini[p] de Romano, Sallinwerre de Ferrar(ia)[q], Wilielmi[r] de Pusterla, Drudi Marcellini de Mediolano et potestatum et ambassatorum civitatum Lonbardie et aliorum marchionum, comitum et nobilium aliorumque plurium, qui de mandato iam scripti domini imperatoris ibi convenerant ad colloquium.

Actum est hoc anno domini millesimo CCXII, indictione XV, die lune, nono kal. februarii.

(SP.D.)[s]

---

[i] *so A*
[j] presntia *ohne Kürzungsstrich für* e
[k] *zweiter Bogen des* m *verb.*
[l] *so A wohl statt* Blandrate *mit Kürzungsstrich über* at
[m] *so A*
[n] *so wohl A mit überflüssigem Kürzungsstrich über* orr *statt* Caretto
[o] *so A statt* Egydii
[p] *so A statt* Ezilini
[q] Ferrar *mit Kürzungsstrich über* ar
[r] *so A*
[s] *gelbe Seidenfäden erhalten.*

## BZ 53.

*Otto befiehlt dem Richter Gumbert, Sohn des Casarius, und dem Ritter Bonito de Barbarano, im Streit um Zehentrechte in Gorgo zwischen dem Kapitel von Padua und Angehörigen der Familie Zoppelli ungeachtet früherer Beauftragungen ein Urteil zu fällen und erklärt jeden Einspruch des Alberto da Baone für ungültig.*

*Lodi, 1212 Januar 24*

*Gleichzeitige Abschrift im Archivio storico diocesano zu Padua, Capitolo della Cattedrale, Diplomatico, Pergamene 5, 111 (B). – Abschrift des 18. Jh. in der Biblioteca antica del Seminario vescovile zu Padua, Cod. 581/2 (Giovanni Brunacci, Codice diplomatico Padovano), p. 1524 (C). – Abschrift aus der 2. Hälfte des 18. Jh., ebenda, Cod. 584/3 (Giuseppe Gennari, Raccolta di documenti inediti), Nr. 2211 (D).*

*Kehr in: QFIAB 18, S. 336 irrig zu Januar 25 aus D.*

*Zorzi, Il territorio padovano S. 139 (Erwähnung zu Januar 23). – Walter, Reichskanzlei S. 197 Nr. 10 (zu Januar 25). – BZ 53.*

*Der Wortlaut des Mandats greift Formulierungen auf, die bereits in zwei zuvor in derselben Sache von Otto erlassenen Mandaten vom 3. September 1211 (VU I) und vom 2. Januar 1212 (VU II) begegnen.*

Dei gracia Oto[a] Romanorum imperator et semper augustus fidelibus suis Gumberto iudici[b] filio Casarii et Boniti militi de Barbarano graciam suam et bonam voluntatem. Cum **/I, II/** causa appellacionis[c] * verteretur inter magistrum Viuianum actorem et sindicum[d] capituli canonice Paduane ex una parte et Iacobum curatorem Otonis de Iohanne Zopello et ipsum Otonem ex altera super sententiam latam a Laurencio[e] iudice Paduano de decimis de Gurgo, et causam eandem fidelibus nostris Basilio iudici et Nicholao Egidii de Wito militi iusticia mediante | **/I/** comiserimus terminandam et postmodum ad postulacionem predictorum Iacobi et Otonis quosdam alios memoratis delegatis adiunxerimus in eadem causa terminanda, et quia intelleximus, quod Ato[f] de Pagano Paduanus potestas eisdem Basilio iudici et Nicholao inhibuit, ne in causam illam procederent, | **/II/** fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, | **/I, II/** quatinus partibus ante presenciam vestram convocatis, non obstantibus predictis commissionibus causam eandem | **/I/** iusticia mediante | **/II/** finire et terminare debeatis | **/I/** et, si quid post factum sacramentum suspiccionis vel recusacionis factum fuerit | **/II/** per dominum Albertum de Baone, ipsum | **/I/** cassamus et in[g] irritum deducimus. Dat. apud Laudam die[h] octavo exeunte mense ianuario, indictione XV.

---

[a] O. *BC*
[b] *wohl von derselben Hand über der Zeile nachgetragen B*
[c] *davor ein verbesserter Buchstabe (wohl* u *aus* a*) getilgt B*
[d] scindicum *B, erstes* c *nachträglich getilgt*
[e] aliaurencio *B, erstes* i *nachträglich getilgt.*
[f] A. *BCD*
[g] *fehlt D*
[h] *fehlt CD.*

## BFW 460.

*Otto verspricht den Vertretern der Stadt Imola, dem genannten Podestà und zwei Gesandten, die Grafschaft und das Bistum Imola weder ganz noch zum Teil Bologna oder Faenza zu übertragen und erklärt alle gegenteiligen Verfügungen für ungültig.*

*Lodi, 1212 Januar 24*

*Original in der Biblioteca comunale zu Imola, Archivio storico comunale, Pergamene, mazzo I, Nr. 47 (A).*

*(Savioli), Annali Bolognesi 2/2, S. 322 Nr. 402 irrig zu Januar 22, aus Abschrift = Magistri Tolosani Chronicon Faventinum, in: Muratori, Rerum Italicarum Scriptores 28/1, Appendice S. 211 Nr. 26.*

*(Benacci), Compendio 1, S. 140. – Vesi, Storia di Romagna 2, S. 280 (Erwähnung). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 150. – Mazzatinti, Gli archivi d'Italia 1, S. 158. – BFW 460.*

*Arenga und Überleitung zur Dispositio weisen stilistische Parallelen zur am 16. September 1210 für die Stadt Imola ausgestellten Urkunde Ottos auf (BFW 439; VU).*

# In nomine sancte et individue trinitatis. # Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator augustus. Imperialis * benignitatis circumspectio quosque fideles suos oculo clementie diligenter consuevit respicere et eorum iustis postulationibus pronam et benignam aurem acomodare. Ideoque nos attendentes puram fidem * sinceramque devotionem nostre civitatis Imole et nostrorum fidelium civium eiusdem civitatis, quam ipsi imperio hactenus semper[a] exhibuerunt et nobis domino dante in posterum sunt exhibituri, de liberalitate imperiali promittimus Alberto Bukadeluz Imolensium potestati et Palmerolo de Moredano[b] et Peregrino Pizoli[c] eiusdem civitatis ambassatoribus[d] pecipientibus[e] vice et nomine communis Imole, videlicet quod comitatum et episcopatum Imole nec in toto nec in diviso seu parte dabimus nec concedemus nec dari faciemus Bononiensibus nec Fauentinis nec alicui, qui ipsis daret vel concederet, nec qui pro iamdictis Bononiensibus et Fauentinis haberet vel teneret in communi nec diviso aliquo modo vel ingenio. Hec itaque firma teneri et observari per nos et nostros successores promittimus perpetuo, quoniam prenotatum Albertum potestatem et ambassatores et ipsam civitatem Imole et totum commune semper imperio fideles intelleximus[f] exstitisse. Et si alicui persone daretur vel fieret aliqua concessio de comitatu Imole, volumus, quod cassa sit et prorsus vana et nullius momenti. Si quis vero contra hanc nostram institucionem et promissionem venire presumpserit accipiendo vel usurpando dictum comitatum et episcopatum, mille libras auri purissimi camere nostre componat[g] pro pena et nostram se sciat indignationem[h] et offensam incurrisse. Testes: Petrus[i] prefectus Urbis et Iohannes filius suus, Thomas comes Sabaudie, Willelmus marchio Montisferrati, Willelmus marchio Malaspina, Hildebrandinus comes de Thuscia[j], Yzilinus de Romano, Salinguerra de Ferraria et alii quam plures.

---

[a] m *wohl aus* u *verb.*
[b] *unter* M *kleines Loch in der Faltung*
[c] *Unterschaft des* p *durch kleine Löcher in der Faltung etwas beschädigt*
[d] *erstes* a *durch kleines Loch beschädigt*
[e] *verderbt A statt* recipientibus
[f] t *verb.*
[g] *zweites* o *aus* e *verb.*
[h] *über zweitem* n *zwei kleine Löcher in der Faltung*
[i] *Bogen des* P *durch kleines Loch in der Faltung etwas beschädigt*
[j] u *durch kleines Loch im Pergament etwas beschädigt*

Dat. apud Laudam per manus Conradi Spirensis episcopi imperialis aule cancellarii anno millesimo ducentesimo duodecimo, indictione XV, nono kal. februarii, imperii nostri anno tercio.

(SP.D.)[k]

[k] *rote, gelbe und blaue zu einer Schnur geflochtene Seidenfäden erhalten.*

## BFW 461.

*Otto bestätigt den Leuten von* C r e m a *alle Besitzungen und Rechte, die sie vor den Kämpfen mit Kaiser Friedrich (I.) an Burg, Ort und Umgebung von Crema hatten, gewährt ihnen Zoll- und Abgabenfreiheit zu Lande und zu Wasser, behält sich die alleinige Herrschaft und Gerichtsbarkeit über die Leute von Crema unter Anführung der für den unmittelbaren kaiserlichen Schutz geforderten eidliche Verpflichtungen vor und kassiert alle entgegenstehenden Verfügungen.*

*Lodi, 1212 Januar 24*

*Abschrift aus der 1. Hälfte des 16. Jh. in der Storia di Crema des Pietro Terni, fol. 41r–41v, früher im Besitz der Grafen Benvenuti zu Ombriano di Crema, heute verschollen (E), davon Abschrift aus der 2. Hälfte des 17. Jh. in der Biblioteca comunale zu Crema, ms. 7, fol. 54v–55r (E´).*

*Fino, Historia di Crema, raccolta dagli Annali di Pietro Terni ed. ristampata von Solera-Racchetti 1, S. 101 wohl aus E (s) = Sforza Benvenuti, Storia di Crema 1, S. 182 Nr. A = Böhmer, Acta S. 230 Nr. 255. – Cappelletti, Chiese d´Italia 12, S. 245 (c). – Terni, Historia di Crema, ed. Verga, S. 119 aus E (v).*

*Fino, Historia di Crema S. 18 (Erwähnung) = ed. II. S. 18 = ed. III. S. 31 = Fino, Storia di Crema 1, ed. Solera-Racchetti 1, S. 84. – Sforza Benvenuti, Storia di Crema 1, S. 148. – Darmstädter, Reichsgut S. 72 (Erwähnung). – BFW 461.*

In nomine sancte[a] et individue trinitatis. Dei[b] gratia[b] Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus. Quod in tempore fit, tempore[c] defluente evanescit, et ideo facta hominum non imprudenter humana solertia scribere consuevimus[d]. Inde est, quod atendentes[e] et memoriter tenentes fidem ac devotionem fidelium nostrorum Cremensium, quam circha[f] nostrum imperium et nos semper habuerunt et in[g] posterum[g] se habituros non dubitamus, iustis eorum petitionibus duximus condescendendum[h]. Eapropter largimur et concedimus eis omnes possessiones et iura et consuetudines, quas habebant in castro Creme et burgo et villa et in aliis locis circumstantibus[i] et in terris et in aquis, que habebant et tenebant ante guerram domini Federici imperatoris dive memorie per annum vel infra XXX[ta] annos antea, regalibus investientes beneficiis imperiali auctoritate nostra. Hoc ipsis statuimus et concedimus, ut tam per aquam quam per terram liberam habeant navigandi comeandique facultatem, ita ut nec tributum nec tolomeum[j] alicui debeant nec albergariam. Postremo ne alicui subiaceant exactioni, imperialibus solummodo[k] preceptis obnoxii denique volumus, ut omnino securi foris et infra locum in pace degant ab omni infestatione immunes, retinentes ipsum locum Creme imperio nostro, ita ut nec nobis nec successoribus nostris alienare ullo modo liceat, sed semper sub nostra protectione constituti securi permaneant[l]. Statuimus insuper, ut nullus dux, comes nec aliqua civitas habeat ibi iurisditionem vel districtum nisi nos tantum et

---

[a] *hier und in der Folge stets* æ *statt* e *s*
[b–b] *fehlt s*
[c] tempora *c*
[d] *wohl irrig* consuvevimus *v*
[e] attendentes *cs*
[f] circa *s*
[g–g] imposterum *c*
[h] condescendentiam *s*
[i] circomstantibus *v*, circonstantibus *c*
[j] *so E´v,* teloneum *cs*
[k] solumodo *s*
[l] remaneant *s*

nostri successores, et pro suprascriptis concessionibus et in retentione et tuitione ipsorum dabunt singulis annis ab istis kalendis martii in antea in signum subiectionis marchiam unam auri solvendam[m] nobis vel certo nuntio nostro Mediolani. Omnes quoque homines de Crema a XXXV[n] annis usque ad LXX[ta o] iurare debeant nobis fidelitatem et successoribus nostris, et in sacramento fidelitatis addicient[p], quod non vetabunt sed dabunt castrum de Crema nobis et successoribus in pace et in guerra, si requisitum fuerit. Item iurabunt, quod non facient aliquam specialem societatem cum aliqua civitatum vel persona absque consensu nostro. Consules etiam, quos elegerint, vel unus nomine aliorum recipere debeat investituram consulatus a nobis vel a nuntio nostro, si fuerimus in Lumbardia[q], singulis annis. Cassamus quoque et irritum deducimus[r] omnes concessiones et data et scripta, si qua fecimus et nostri antecessores de ipso loco Creme vel de possessionibus vel consuetudinibus et iuribus seu iurisdictionibus Cremensium, precipiendoque sancimus, ut nulla persona secularis vel ecclesiastica vel civitas nulla vel potestas in predictis omnibus eos molestare vel desvestire presumant. Quod si quis aliqua occasione vel ausu temerario facere temptaverit, centum libras auri purissimi componat, medietatem camere nostre et aliam medietatem ipsis Cremensibus. Huius n(ostri)[s] facti et concessionis testes: Petrus prefectus Urbis et Ioannes eius filius, Gulielminus[t] marchio Montisferati, Thomas comes Sabaudie[u], Guielmus[v] marchio Malaspina, Icelinus[w] de Rumano[x], Salinguerra de Ferraria et alii quam plures.

Datum apud Laudam per manum Conradi Spirensis episcopi imperialis aule canzellarii[y], nono kalendas februarii, anno MCCXII, indictione XV, imperii nostri anno tertio; feliciter amen.

---

[m] solvendum *s*
[n] viginti *c*, XXV *v*
[o] LXX *s*
[p] addicent *s*
[q] Lombardia *c*
[r] deduximus *c*
[s] enim *cv*
[t] Guglielminus *c*, Gulielmus *s*
[u] Subaudiæ *s*
[v] Gulielmus *s*
[w] Itelinus *c*,Tulinus *s*
[x] Romano *s*
[y] cancellarius *s.*

## BFW 462.

*Otto bestätigt dem Orden der S c h w e r t b r ü d e r alle gegenwärtigen, zukünftigen oder von Sarazenen und anderen Nichtchristen eroberten Besitzungen vorbehaltlich der zwischen dem Orden, dem Erzbischof (!) von Riga und dem Bischof von Estland getroffenen Vereinbarungen und nimmt den gesamten Besitz in seinen Schutz.*

*Lodi, 1212 Januar 27*

*Transsumpt Bischof Hermanns und des Kapitels von Leal (Lihula) von 1283 VII 31 im Deutschordenszentralarchiv zu Wien, Urkunden 1283 Juli 31 (B). – Abschrift vom Anfang des 15. Jh. im Geheimen Staatsarchiv Preußischer Kulturbesitz zu Berlin, XX HA, OBA Nr. 2 (C).*

*Kotzebue, Preußens ältere Geschichte 1, S. 329 Nr. 1 aus deutscher Übersetzung des 15. Jh. im Geheimen Staatsarchiv Preußischer Kulturbesitz zu Berlin. – Voigt, Geschichte Preussens 1, S. 675 Beilage Nr. 6 aus C. – Bunge, Liv-, Esth- und Curländisches UB 1, Sp. 25 Nr. 19 aus C (mit Regest S. 7 Nr. 24 und zur Datierung 6, S. 3 Nr. 24 und S. 138 Nr. 24). – Bombi, Novella plantatio fidei S. 277 aus C mit Varianten nach Bunge.*

*(Napiersky), Index 1, Nr. 3 und Nr. 4 (zur deutschen Übersetzung des 15. Jh.). – Napiersky in: Mittheilungen Liv-, Ehst- und Kurlands 2, S. 500. – Stälin, Wirtembergische Geschichte 2, S. 335 (mit Wiedergabe eines Zeugennamens). – Töppen in: Neue preußische Provinzial-Blätter 5, S. 423 mit Anmerkung 3 (Erwähnung mit Wiedergabe der Datierung). – Napiersky, Silva documentorum, in: Scriptores rerum Livonicarum 1, S. 368 Anmerkung 1 (Erwähnung mit Wiedergabe der Datierung) und S. 369 Anmerkung ** mit Angabe der Varianten von B und Voigt. – Bonnell, Chronographie S. 27 und Commentar S. 55 f. – Meklenburgisches UB 1, Nr. 211 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Bunge, Liv-, Est- und Curländische Urkunden-Regesten Nr. 48. – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 171. – Oehler, Geschichte des Deutschen Ritter-Ordens 2, S. 42. – Koch, Livland S. 37 (Erwähnung). – Joachim – Hubatsch, Reg. ordinis S. Mariae Theutonicorum 1/1, Nr. 2 (mit Wiedergabe der Datierung). – Benninghoven, Liv-, est- und kurländische Urkundenreg. Nr. 48. – Tumler – Arnold, Urk. des Deutschordenszentralarchivs 1, Nr. 16. – BFW 462.*

Dei gratia Otto[a] quartus Romanorum imperator et semper augustus. Licet omnium[b] catholicorum[c] hominum[d] sacri palatii[e] nostri scutum debeat esse defensio et iuvamen, specialiter tamen adlethas Christi, qui contemptis deliciis mundi personas suas divinis mancipaverunt obsequiis, sub patrocinio imperialis eminentie conservare dignum reputamus et manutenere. Inde est, quod nos advertentes continuum laborem conventus Christi militum, quem iugiter ad honorem christiane religionis etiam ad[f] effusionem sanguinis[g] sustinere non formidant, ut eorum utilitatibus amplius provideamus et plerosque alios ad idem onus portandum cum ipsis attentius invitemus, universas possessiones, quas ipsi nunc possident vel domino dante in futuro iusto acquisitionis titulo adipisci poterunt, quasve etiam a Sarracenis sive quibuscumque christiane religioni[h] contrariis hominibus evincere poterunt, imperiali eis auctoritate confirmamus, salva tamen in omnibus conventione facta inter memoratum conventum Christi[i] militum[i] et archiepiscopum[j] Rigen(sem) et episcopum de Estlandia, omnesque possessiones ipsorum[k] sub

[a] Octo *B*
[b] *C wohl* omni
[c] catholichorum *B, dabei zweites* h *aus* o *verb., in C von erster Hand über der Zeile nachgetragen*
[d] *C wohl* homini
[e] pallacii *C*
[f] *davor* usque *C*
[g] sagwinis *C*
[h] religionis *C*
[i–i] milicie Christi *C*
[j] *so BC*
[k] eorum *C*

imperialem protectionem recipimus statuentes et imperiali edicto firmiter precipientes, ut nulli umquam persone alte vel humili, ecclesiastice vel seculari licitum sit huic confirmationi nostre aliquo contradictionis obstaculo obviare. Quod qui facere presumpserit, pro sua presumptione[l] centum libras auri purissimi componat, medietatem fisco nostro, reliquam vero medietatem passis[m] iniuriam[m] persolvendam. Huius rei testes sunt: Willelmus[n] marchio Montisferrati, Manfredus marchio Salucii[o], marchio Malaspino[p], Ezelinus de Taruisio[q], Salinwerra de Ferraria, comes Henricus[r] de Zwirin[s], comes Hermannus de Hartspurc[t], marchio de Baden et alii quam plures.

Datum apud Laudam anno domini millesimo[u] CC[mo] XI[mo], VI[to] kal. februarii, indictione XV[ta u].

---

[l] presumpptione, *davor* pro *gestrichen C*
[m–m] passis *von erster Hand sofort über der Zeile an dieser Stelle nachgetragen B,* iniuriam passis *C*
[n] Wilhelmus *C*
[o] Salacii *C*
[p] Malaspine *C*
[q] Tarsuisio *C*
[r] Hinricus *C*
[s] Swerin *C*
[t] Harispurc *C*
[u–u] M[o]C[o]C[o]XI[o], VI[o] kal. ffebruarii, indictione XV[a] *C.*

## BFW 463.

*Otto gewährt D a l i s m a n i n o , dem Sohn des Dalismano von Padua, und dessen Söhnen die Grafschaft und die volle Gerichtsbarkeit in Noventa (Padovana) und zwischen den Flüssen Tergola und Cornio bis zum Meer, sowie weitere Rechte in genannten Orten.*

*Lodi, 1212 Januar 30*

*Notarielle Abschrift von 1250 IV 30 im Archiv zu Namur (B), heute nicht auffindbar, davon Abschrift Wilhelm Arndts von 1867 X 2 im Archiv der MGH, A 168 (B′).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 62 Nr. 66 aus B′.*

*Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 150. – BFW 463.*

*Die Abschrift Arndts ist buchstabengetreu und stellt daher eine in höchstem Maße authentische Repräsentation von B dar. Von einer Identität der verzeichneten Varianten von B′ mit jenen von B kann daher ausgegangen werden.*

In[a] nomine sancte et individue trinitatis. Dei gratia Oto quartus Romanorum imperator[a] augustus. Serenitati maiestatis nostre iustum et honestum esse videtur, fidelium nostrorum precibus condescendere et eorum iustis postulationibus indulgentiam prebere. Unde nos tibi, Dalismanino filio quondam Dalismani de Padua fideli nostro, et filiis tuis de imperiali auctoritate concedimus et damus comitatum et iurisditionem plenam de villa Noente et eius pertinentia, de Vicobergani, Camino, Sancto Vito et Perarolo et eorum pertinentiis et abinde inferius inter flumen Tercole et Cornium usque ad mare, ut tu et filii tui et heredes vestri debeatis et possitis uti comitatu et iurisditione omnium predictorum locorum et confinium et exercere omnia, que ad comitatum et iurisditionem pertinent, cum bampnis[b] et causis civilibus et criminalibus, consortiis et marigantiis et cum arimannia et cum omni iure et honore tam in aquis et paludibus et massaritiis et aliis terratoriis[c] cultis et incultis, divisis et indivisis, nemoribus, boskis[d], silvis, molendinis, fossis, ripis, rupinis et aquarum ductibus, venatione, piscatione et amplis[e], et ut civiliter et criminaliter debeas et possis cognoscere et exercere, inibentes universis hominibus, quod ibi et in dictis terratoriis et confinibus aliquod hedificium[f] sine tua licentia non possint facere, construere seu edificare. Item tibi concedimus et damus alveum fluminis Brente et Tercole, in quo possis molendina et pontes et alia tibi et filiis tuis utilia facere, inibentes universis hominibus, quod ibi pontem neque molendina vel aliquod edificium facere seu aliquid edificare sine tua licentia non debeant. Preterea concedimus et damus tibi et filiis tuis comitatum et iurisditionem totius terreni et aquarum, quas habes et possides, et specialiter terratorium cum amplis, quod habes vel possides seu alii pro te habent et possident in terratorio aliquo pro te et filiis tuis. Item damus et concedimus tibi totum terratorium, quod habes et possides seu alii pro te habent et possident cum amplis in Plebe et suo iudicatu et in Curte et suo iudicatu, et totum illud, quod tu et filii tui de cetero poteritis invenire, concedentes tibi et filiis tuis comitatum et iurisditionem omnium

---

[a–a] *in B Nachzeichnung der Elongata der ersten Zeile laut B′*
[b] *so B′ statt* bannis
[c] *so hier wie in der Folge stets B′*
[d] *so B′*
[e] *so B′*
[f] *folgt* abataia *B′, laut Winkelmann vielleicht statt* ab hac die

terrarum, quas habetis et de cetero poteritis invenire, statuentes ex certa scientia, quod nullus omnino hominum vos de predictis concessionibus audeat inquietare. Si quis vero contra predictas nostre celsitudinis concessiones venire temptaverit, sciat se nostre maiestatis indignationem[g] incursurum et insuper penam quingentarum marcharum argenti se prestaturum, medietatem camere nostre et aliam medietatem iniuriam patientibus. Ad maiorem autem huius nostre concessionis et donacionis observantiam presens rescriptum conscribi et sigilli nostre maiestatis impressione muniri iussimus.

Data apud Laudam 1212, indictione 15, tercio kalendas februarii.

Cuius rei gratia testes interfuerunt: Conradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, magister Iohannes canonicus de Asia la Capella, Egidius comes de Curtenova, Ecelinus de Romano, Sallimwerra de Ferraria, Bonifacius Estensis marchio, Albertus Strusius de Cremona, Arnaldus Strictus et Ruffinus de Placentia, Leopardus de Limena, Wilielmus de Carturo, Forzate vicedominus et alii quam plures[h].

---

[g] indignationum *B´*
[h] *kaiserliches Wachssiegel laut notarieller Beglaubigung B´.*

## BFW 464.

*Otto erklärt auf Bitten Markgraf Bonifaz΄ von E s t e, Sohn Markgraf Opizos von Este, diesen für volljährig, gewährt ihm die volle Rechtsfähigkeit und befreit ihn wegen schlechter Güterverwaltung sowie betrügerischen und unrechtmäßigen Handlungen gegen ihn von der Vormundschaft Markgraf Azzos (VI.) von Este.*

*Mailand, 1212 Februar 10*

*Original im Archivio di Stato zu Modena, A.S.E., Documenti riguardanti la Casa e lo Stato, Cassetta 2, Nr. 9 (A).*

*Muratori, Antichità Estensi 1, S. 396 = ed. II. 1, S. 452, = Lünig, Cod. Italiae dipl. 1, Sp. 1565 Nr. 33, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 802 Nr. 304, = Alessi, Ricerche 1, S. 679 Teildruck mit Anführung der Zeugen S. 681.*

*Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 858 Nr. 4. – Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 338 § 72 (Erwähnung mit Textauszug). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 150. – BFW 464.*

*Eine aus BZ 52 entlehnte Wendung wurde durch Petitsatz gekennzeichnet.*

# In nomine sancte et individue trinitatis. Dei gratia Oto[a] quartus Romanorum imperator[b] et semper augustus # universis imperii nostri fidelibus presentem paginam intuentibus gratiam et bonam voluntatem. Imperialem decet magestatem iustis postulationibus subditorum imperii condescendere ac providere benigne et, que iuste sunt impetrata, concedere. Unde, cum dilectus fidelis noster Bonifatius Estensis marchio filius quondam Opizonis marchionis[c] de Est nostram advenisset presentiam, suppliciter postulavit, ut veniam etatis sibi concedere dignaremur et Azonem Estensem marchionem tamquam suspectum ab administratione suorum bonorum, quam susceperat, tutele vel curationis seu cuiuslibet gestionis occasione removeremus, et hoc propter malam administracionem et suspectam, quam habuerat super bonis eiusdem Bonifacii tam paternis quam maternis, et propter dolum et culpam sive perversos et iniquos mores et actus, quos contra eundem Bonifatium exercuerat, ab universis videlicet bonis suis, ut dictum est, ipsum expoliando, de possessionibus etiam suis expellendo violenter domos * et turres * et bona sua materna penitus destruendo et turpiter aufferendo. Volentes igitur eiusdem fidelis nostri Bonifacii marchionis iustis petitionibus condescendere notum facimus universis imperii fidelibus presens rescriptum spectantibus, quod nos eidem Bonifatio marchioni veniam etatis ex certa celsitudinis nostre scientia imperiali auctoritate concedimus, ut ipse tamquam maior libere possit agere, causari, petere et experiri, testari et omnia sua negotia plenissime tam civiliter quam criminaliter contra quoscumque et specialiter contra iam scriptum[d] Azonem marchionem sive coram nostre magestatis presentia sive coram quibuslibet aliis civitatum vel locorum potestatibus, consulibus vel rectoribus decernentes firmiter et precipientes eundem Bonifatium admitti et haberi pro maiori in omnibus suis actibus et exerciciis non obstante ulla lege, que dicat hoc benefitium non posse sub conditione concedi, nec ulla lege alia vel cuiuslibet gentis consuetudine vel statuto. Preterea quia notorie ac manifeste comperimus iam scriptum Azonem marchionem administrasse male, crudeliter et dampnose, dolum et culpam, iniquos mores et perversos

[a] *so A*
[b] imp(er)t *mit Kürzungszeichen*
[c] ni *durch Flecken leicht beschädigt*
[d] issm *gekürzt*

contra iam dictum Bonifatium exercuisse et quia super hoc citatus ad iuditium et rationem fatiendam venire contempsit, eundem ab administratione[e] bonorum iam scripti Bonifatii et tutele sive curationis offitio tamquam manifeste suspectum de certa nostra scientia imperiali removemus auctoritate et ipso iure tamquam suspectum et infamie nota subiectum absque ulla lite vel controversia iudicamus iam dictum Bonifatium a vinculo curationis illius penitus absolventes, statuentes firmiter et precipientes, ut nullum comune nullaque potestas vel consularia, nullaque magna vel parva persona contra presens rescriptum iudicare vel quolibet modo contravenire presumat. Transgressoribus autem violatoribus seu contemptoribus aut contra hoc alegantibus penam imponibus, quod perpetue infamie maculam imperialis subeant magestatis, nostram indignationem incurrant omniumque publicorum offitiorum sint expertes et actuum, ita quod, si fuerit in dignitate positus, sit illa privatus, si in offitio, careat illo, si advocatus, amplius postulare non valeat vel alegare, alienandi vel contrahendi eis omnino sit adempta licentia nec alicui succedere valeant. Ipsorum bona pro medietate ad fiscum nostrum devolvantur, altera vero medietas assignetur iniuriam patienti. Pari etiam pena laboret, qui contra hoc presumpserit alegationes audire. Pena vero predicta per illam civitatem exigatur, in[f] cuius delinquens fuerit iurisdicione compertus, et dimidio iniuriam patienti debito fiscalem partem in benefitium ab imperiali percipiat magestate. Pro servitio vero huius presenti beneficii solummodo presens rescriptum fatiat inviolabiliter observari. Pena totiens exigatur, quotiens contrafactum fuerit. Cuius rei gratia testes interfuerunt: Conrradus Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, comes Riprandus Apulus, Sallinwerra de Ferr(aria), Isnardinus de Lindenaria, Bonacursus de Monzanbano, Oppicinus et Nicolaus de Castello Veronensi. De[g] his autem iubemus, quod nulla possit a nobis vel successoribus nostris venia postulari nec pena mittigari nec aliud rescriptum contrarium[h] possit impetrari nulla lege Romana vel Lonbarda seu consuetudine vel statuto cuiuslibet gentis[g].

Dat. Mediolani millesimo CCXII, indictione XV, IIII idus februarii.

(SP.D.)[i]

---

[e] *über* o(n)e *kleines Loch in der Faltung*
[f] n *durch kleines Loch in der Faltung beschädigt*
[g–g] De – gentis *von anderer Hand mit hellerer Tinte wohl nahzeitig nachgetragen, danach wohl zu ergänzen* obviare valente*, vgl. BFW 465*
[h] n *durch Fleck leicht beschädigt,* contiu *mit* r(a)*-Kürzung über* t *und Kürzungsstrich über* u
[i] *rote und weiße Seidenfäden erhalten.*

## BFW 465.

*Otto setzt Markgraf Bonifaz von Este, Sohn Markgraf Opizos von Este, nach dessen Klage, dass ihm die Hälfte des väterlichen Erbteils von seinem Bruder Azzo (V.) und dessen gleichnamigem Sohn Azzo (VI.) vorenthalten worden sei, in den Besitz des strittigen Erbteils und beurkundet die Bestimmungen des Hofgerichtsurteils.*

*Mailand, 1212 Februar 10*

*Original im Archivio di Stato zu Modena, A.S.E., Documenti riguardanti la Casa e lo Stato, Cassetta 2, Nr. 10 (A). – Zweites Original ebenda Nr. 11 (A[1]).*

*Muratori, Antichità Estensi 1, S. 397 = ed. II. 1, S. 453, = Lünig, Cod. Italiae dipl. 1, Sp. 1567 Nr. 34, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 804 Nr. 305, = Alessi, Ricerche 1, S. 680 Teildruck. – Rinaldi – Righi in: Quaderni Estensi 6, S. 250 aus A und S. 253 aus A[1].*

*Rinaldi – Righi in: Quaderni Estensi 6, S. 256 (Abb. von A) und S. 257 (Abb. von A[1]).*

*Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 858 Nr. 5. – Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 338 § 72 (Erwähnung mit Textauszug). – Moriondus, Mon. Aquensia 2, Sp. 390 Nr. 163 (Erwähnung) und Sp. 555 Nr. 56. – Muletti, Memorie di Saluzzo 2, S. 174 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Bienemann, Conrad von Scharfenberg S. 150. – Tallone, Reg. di Saluzzo Nr. 176 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – BFW 465.*

*Das Diplom ist in zwei textlich etwas voneinander abweichenden noch im Original erhaltenen Ausfertigungen (A und A[1]) überliefert. Gemeinsamkeiten und die Unterschiede zwischen A und A[1] wurden durch die Verwendung von Spalten kenntlich gemacht, Textparallelen zu BFW 464 durch Petitdruck gekennzeichnet.*

A | A[1]

# In[a] nomine sancte et individue trinitatis. Dei[b] gratia Oto[c] Romanorum imperator et semper augustus universis imperii nostri[d] # fidelibus p#resentem[e] paginam intuentibus gratiam et bonam[f] voluntatem. Veniens ad nos[g] fidelis noster Bonifatius[h] filius quondam Opizonis Estensis marchionis conquerendo nobis exposuit, quod, cum dimidium tocius[i] hereditatis omniumque possessionum Opizonis patris sui iam scripti aliorumque marchionum antecessorum suorum cum toto incremento et acquisitionibus[j] per Azonem similiter Estensem marchionem filium quondam Azonis, qui fuit filius iam scripti marchionis Opizonis, factis, ad ipsum Bonifatium pertineat tam[k] hereditario iure quam[l] seculi natura et[m] iustis rationibus, et[m] predictus Azo

---

[a] *in A und A[1] jeweils die erste Zeile in Elongata*
[b] de *und* g *des folgenden Wortes durch Riss in der Faltung beschädigt,* i *zur Gänze zerstört A*
[c] *so A A[1] und VU*
[d] *bis hierher Elongata A*
[e] pre *am Schluss der ersten Zeile, wobei* p *noch in Elongata und* re *in Kontextschrift A[1]*
[f] bo *durch Riss in der Faltung beschädigt A*
[g] *folgt* dilectus *A[1] und VU*
[h] *folgt* Estensis marchio *A[1] und VU*
[i] totius *A[1]*
[j] aquisitionibus *A[1]*
[k] *fehlt A[1]*
[l] ac *A[1]*
[m–m] et – et *fehlt A[1]*

universas detinet possessiones et iura nec portionem, que eundem contingit Bonifatium, eidem concedit, set potius idem Azo sibi totum retinendo illum Bonifatium inimicatur enormiter, et cum de omni lite et controversia nostris iam ante iurassent stare preceptis, sicut nos fecisse reminiscimur et portionem suam et ipsius possessionem a nobis humiliter sibi dari postulavit et consignari. Nos igitur iustis fidelium nostrorum questiones terminare volentes ipsum Azonem coram nobis propter hoc fecimus convocari quo citato et in contumatia perseverante. Notum facimus universis hanc paginam vel rescriptum sive indultum intuentibus, quod nos predictum Bonifatium per hanc sententiam in scriptis latam

qui tamquam frater in altero successit[n] dimidio, ipsum Bonifatium nequiter de possessione sua violenter eiecit et partem, que contingit ipsum Bonifatium habere, eidem dare denegat penitus et contradicit enormiter. Unde iam dictus Bonifatius a magestate nostra suppliciter postulavit, ut ipsum in possessionem suam deberemus imperiali auctoritate ponere et in iure suo manutenere. Volentes igitur eundem Bonifatium rationabiliter in sua manutenere iusticia et suis iustis postulacionibus annuere et condescendere notum facimus universis imperii fidelibus presens rescriptum spectantibus, quod nos, maxime cum iam dictus Azo marchio super his citatus ad iuditium venire contempserit, iam scriptum Bonifatium marchionem patruum eius

in possessionem medietatis omnium bonorum mobilium et inmobilium et aliarum omnium cautionum[o], que tempore mortis Opizonis patris iam scripti Bonifacii in hereditate et bonis eiusdem Opizonis et etiam in bonis aliorum marchionum de Est comperiebantur, et adhuc omnium illorum bonorum, que postea dictus Azo[p] marchio[p] dicitur acquisisse tam de Calaone et Colonia quam de aliis aquisitis et tam in comitatu et districta Pad(ue), Veron(e), Ferrar(ie), Bononie[q] quam in episcopatu Adrianensi[r] et[s] comitatu Rodigii[t] et omnium aliorum locorum[t], ubicumque iura predictus Azo iam scripto modo habere dignoscitur, ita[u], quod de omnibus ad medietatem libere et absolute perveniat[v] nullis alienacionibus[w] quantum ad medietatem obstare valentibus[x], que actenus a tempore mortis iam[y] scripti[y] marchionis Opizonis per ipsum Azonem marchionem facte reperiuntur. De omnibus his iam dictum Bonifatium in possessionem esse ex certa * nostra scientia iudicamus[z] imperiali auctoritate[z], et tenutam[aa] ei damus fuste presenti, et iam dictum

---

[n] *zweites* c *aus* e *verb. A¹*
[o] caution *infolge Faltung stark abgerieben A*
[p–p] Azo march *durch Loch in der Faltung zerstört A*
[q] Bonon. *A¹*
[r] Adrian. *A¹*
[s] *folgt* in *A¹*
[t–t] Rodigii – locorum *durch Loch in der Faltung stark beschädigt und zum Teil zerstört A*
[u] i *infolge Faltung beschädigt A*
[v] iat *durch Riss in der Faltung beschädigt A*
[w] alienationibus *A¹*
[x] *durch Loch in der Faltung zerstört A*
[y–y] predicti *A¹*
[z–z] dicamus *infolge Faltung stark abgerieben und zum Teil zerstört A,* imperiali iudicamus auctoritate *A¹*
[aa] tenudam *A¹*

marchionem[bb] Azonem[bb] in restitutionem dimidii[cc] iam scriptorum omnium eidem Bonifatio comdempnamus et hoc absque omni litigio et controversia non obstante iam scripti marchionis Opizonis testamento vel alterius propter quod aliqua contradicendi summi[dd] possit occasio, non obstantibus etiam aliquo vel aliquibus instrumentis, pacto vel pactis seu transactionibus, que huic nostre concessioni possent inpedimentum prestare, set pro non cogitatis omnibus habitis, que supradictis impedirent processum, et cum omnibus fructibus[ee] perceptis et percipiendis restitutionem predictam fieri iubemus. Liberum quoque arbitrium intrandi possessionem auctoritate[ff] sua eidem Bonifatio[gg] concedimus[gg] constitucione[hh], si quis in tanta[ii] vel alia lege non obviare valente.

Et hec possessio contra contumacem taliter data a predicto Azone marchione nullo iure valeat recuperari, quia ex certa scientia illum Bonifatium volumus per hanc missionem verum esse possessorem ita, quod quantum ad medietatem concessam partibus fungatur possessoris et non petitoris.

Sanccimus etiam et precipimus, quod iam scriptus Bonifatius in nullo teneatur debito iam[jj] scripto[jj] Azoni nec aliquid[kk] ei[kk] conpensetur.

nisi racionabiliter ostensum fuerit illud in utilitatem eiusdem Bonifacii fuisse conversum nec de conpensatione litigium audiatur[ll] ante[ll] possessionem eidem Bonifatio traditam. Item hoc intelligatur, qualitercumque idem Azo possessionem habuerit vel intraverit[mm].

Hoc autem rescriptum nostrum inviolabiliter[nn] ab omnibus[nn] observari precipimus penam * transgressoribus, * violatoribus seu contemptoribus * inponentes, quod perpetue infamie maculam subeant,

---

[bb–bb] Azonem marchionem *A[1]*
[cc] imi *durch Fleck beschädigt A[1]*
[dd] *so AA[1]*
[ee] *folgt* et acc *mit Kürzungszeichen A[1], Auflösung unsicher, wohl* et actionibus
[ff] ta *durch Loch in der Faltung zerstört A[1]*
[gg–gg] concedimus Bonifatio *A[1]*
[hh] ucion *oder* ution *durch Feuchtigkeitsfleck stark verblasst A*
[ii] *mit überflüssigem Kürzungszeichen über* a *A[1]*
[jj–jj] supradicto *A[1]*
[kk–kk] ei aliquid *A[1]*
[ll–ll] ur ante *infolge Faltung abgerieben A[1]*
[mm] *danach Rest der Zeile unbeschriftet A[1]*
[nn–nn] ab omnibus inviolabiliter *A[1]*

imperialis magestatis * indignationem incurrant[oo] omniumque publicorum[pp] offitiorum et actuum sint expertes. * Si fuerit in dignitate positus, sit illa privatus, si in offitio, careat illo. Si fuerit advocatus, ultra non[qq] valeat postulare. Alienandi et contrahendi[rr] eis omnino sit adempta licencia nec alicui succedere valeant. Illorum bona ad fiscum nostrum pro dimidio devolvatur[ss], alterum vero dimidium assignetur iniuriam patienti. Pari etiam pena laboret, qui contra hoc ausus[tt] venire fuerit vel aliquas alegationes[uu] audire. Pena vero predicta per illam civitatem exigatur, que sub sua iurisdictione * delinquentem[vv] habuerit[vv], dimidio iniuriam patienti soluto partem fiscalem ab imperiali magestate in benefitium retineat fatiens pro servitio beneficii[ww] solummodo presens rescriptum inviolabiliter[xx] observari, et totiens exigatur pena, quotiens durante rescripto contrafactum fuerit. De[yy] his autem iubemus, quod nulla possit in perpetuum a nobis vel successoribus nostris venia postulari[zz] nec[zz] pena mitigari[aaa] nec aliud contrarium possit[bbb] impetrari rescriptum nulla lege Romana vel Lonbarda seu consuetudine vel cuiuslibet gentis statuto[yy] obviare[ccc] valente.

Et[ddd] hoc ad […][eee] fidem adhibendam bulla nostri
felicis nominis iussimus insigniri.

Cuius rei gratia testes interfuerunt: dominus Conrradus[fff] Spirensis[ggg] episcopus imperialis aule[hhh] cancellarius, Manfredus marchio[iii] dictus Punasius de Saluz[jjj], Ildebrandinus comes de Soana[kkk], Riprandus comes Apulus, Sallinwerra Ferrariensis, Dalemaninus Pad(uanus), Isnardinus[lll] de Lindenaria, magister Iohannes canonicus de Asia[mmm] la Capella[mmm],

---

[oo] *darüber wohl Kürzungszeichen AA*[1]
[pp] puplicorum *A*[1]
[qq] n *mit Kürzungszeichen durch Loch beschädigt A*[1]
[rr] *infolge Faltung stark abgerieben und zum Teil zerstört A*
[ss] *so AA*[1] *statt* devolvantur *VU*
[tt] ausu *mit* us-*Haken A*
[uu] alegaciones *A*[1]
[vv–vv] ent *durch Loch in der Faltung zerstört A,* habuerit delinquentem *A*[1]
[ww] benefitii *A*[1]
[xx] *durch Abreibung und Loch in der Faltung zum Teil zerstört A*
[yy–yy] statuto gentis cuiuslibet *A*[1], *dort* De – cuiuslibet *mit hellerer Tinte wohl von anderer Hand eingetragen*
[zz–zz] *durch Loch in der Faltung zerstört A*
[aaa] mittigari *A*[1]
[bbb] *folgt* unquam *A*[1]
[ccc] *ab diesem Wort bis zum Schluss von der Haupthand mit dunklerer Tinte nachgetragen A*[1]
[ddd] *ab hier bis zum Schluss wohl von der Haupthand, aber mit anderer Feder und Tinte etwas gedrängter und kleiner eingetragen A*
[eee] *durch Loch im Pergament etwa 5 Buchstaben zerstört, danach Rest wohl eines Kürzungsstriches A*
[fff] *so AA*[1]
[ggg] *Schluss-*s *und* e *am Anfang des folgenden Wortes durch Loch in der Faltung zum Teil zerstört A*
[hhh] ul *durch Loch im Pergament beschädigt A*[1]
[iii] *fehlt A*
[jjj] S *durch großen Riss in der Faltung zerstört A*[1]
[kkk] *durch Fleck stark verblasst A*[1]
[lll] d *durch Riss in der Faltung zerstört A*
[mmm–mmm] a la Cap *durch großen Riss in der Faltung zerstört A*[1]

Opicinus * de Castello Veron(ensis), Conrratus de Bonauentura, Zag(ri)n(us) Iacobi de Monticul(o) satis quoque aliorum nobilium copia.

Dat. Mediolani MCCXII, indictione XV, IIII idus februarii.

(SP.D.)[nnn] (SP.D.)[ooo]

[nnn] *rote, weiße und gelbe Seidenfäden erhalten A*
[ooo] *rote und weiße Seidenfäden erhalten A[1].*

## BFW 466.

*Otto gewährt auf Bitten des Podestà Jakob de Roato der Kommune von Chieri das Recht, Konsuln und Podestà zu wählen sowie Befestigungsanlagen zu errichten, bestätigt ihre Rechte in den umliegenden Besitzungen, regelt die Gerichtsbarkeit über die Bewohner von Chieri, bestätigt weiters die Herrschaft des Bischofs von Turin über die Kommune und die von dieser mit Graf Ubert von Biandrate sowie den Bischöfen Arduin und Jakob von Turin abgeschlossenen Verträge.*

*Mailand, 1212 Februar 17*

*Abschrift aus der 1. Hälfte des 18. Jh. in der Biblioteca Reale zu Turin, Ms. Misc. 117, Nr. 13 (E). – Abschrift aus der Mitte des 18. Jh. im Archivio di Stato zu Turin, Sezione Corte, Archivio della famiglia Balbo di Vinadio, Mazzo 117 Nr. 12 (F). – Abschrift aus dem ersten Drittel des 19. Jh. ebenda Mazzo 117 Nr. 4 (G).*

*Cibrario, Delle storie di Chieri 2, S. 68 aus F, irrig mit XIIII martii. – Gabotto, Appendice al Libro Rosso S. 35 Nr. 42 aus dem Druck von Cibrario und zwei Abschriften in Turin.*

*Pedemontium sacrum 1/1, ed. Meyranesio – Nasio, S. 242 und S. 246 (Erwähnung mit Textauszug) = Pedemontium sacrum 1, ed. Bosio, S. 397 und S. 405. – Muletti, Memorie di Saluzzo 2, S. 175 Anmerkung 2 (Erwähnung mit Wiedergabe der Datierung). – Casalis, Dizionario 4, S. 737 (zu 1218 III 14). – Semeria, Storia della chiesa metropolitana lib. I, S. 122 (Erwähnung mit Textauszug). – Stälin, Wirtembergische Geschichte 2, S. 335 (zu März 14). – Darmstädter, Reichsgut S. 72 (Erwähnung). – Fester, Reg. Baden und Hachberg 1, Nr. 172. – Tallone, Reg. di Saluzzo Nr. 177 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – BFW 466.*

In[a] nomine sancte et individue[b] trinitatis[a]. Divina favente clementia Otto quartus Romanorum imperator augustus. Benigna imperialis munificentie liberalitas ad universorum[c] fidelium suorum commoditates se diverso modo accommodans[d] quosdam in bonis consuetudinibus suis et illesi iuris sui conservatione solet communire[e] aut iura eis collata ampliare, alios pia[f] protectione defensare, alios largiflua beneficiorum impensione clementer inspicere et fovere. Unde ut fidelibus nostris communis[g] de Cario bone consuetudines sue et iura a maiestate nostra non solum conservata sed adaucta dinoscantur[h] imposterum, notum facimus universis paginam[i] inspicientibus presentem[j], quod nos ad preces fidelis nostri Iacobi de Roato potestatis de Cario et iam dicti communis devotione integra[k] et obsequiis inducti indulgemus eis et concedimus, sicut a centum annis hucusque consueverant[l], auctoritate nostra licitum sit eis consules creare vel potestatem[m] ac circa locum Carii muros, spalda facere et fossata, insuper eis indulgentes[n] illas consuetudines et fidelitates, quas ab antiquis temporibus eorum predecessores facere solebant episcopis

---

[a–a] In – trinitatis *durch fette in E, durch vergrößerte Buchstaben in F hervorgehoben, wohl in Anlehnung an die Elongata im Original*
[b] invidue *E*
[c] universas *E,* universarum *F,* diversas *G*
[d] ns *aus* re *verb. F*
[e] manutenere *G*
[f] pro *G*
[g] communi *G*
[h] dinoscuntur *E*
[i] personis *EF, aus* presentia *verb. F*
[j] presentes *EF, Schluss-*s *aus* m *verb. F*
[k] sincera *G*
[l] consueverunt *EG*
[m] potestates *G, letztes* s *wohl verb.*
[n] indulgemus *G*

Taurinensibus, volentes, ut in his ipsis episcopis existant obedientes, ita tamen quod in illis ulterius[o] ab episcopis eisdem non[p] graventur contra[p] iusticiam. Item concedimus eis, ut illas consuetudines et iusticias, quas habere consueverunt in possessionibus et villis in circuitu Carii, videlicet in Pennarano[q], Moncharasio[r] et in villa Sancti Nazarii[s], Marterasco[t], Marade[u], Caxano, curia[v] de[v] Cavanis[w] […][x] ad[y] urbem contingere[y] […][z] eisdem fidelibus nostris impertiendo[aa] mandamus eis, ut si quis homo privatus de Cario convenitur ab aliquibus alias[bb] quam coram consulibus vel potestate Carii iusticiam[cc] reddere[dd] non cogatur[cc] adiicientes etiam, ne[ee] qui[ff] hominum[gg] de Cario[ee] de nostra concessione nec communiter nec sigillatim[hh] in Taurino[ii] ad iusticiam stare constringantur[jj] salvo in iis et omnibus aliis iure imperiali. Item concedimus eis et confirmamus omnes consuetudines bonas, quas habebant eo tempore, quo nos dei gratia Otto quartus[kk] Romanorum imperator et semper augustus coronam imperii receperimus[ll], et eas illesas sibi conservari iubemus tam in fidelitatibus dominorum[mm] quam in recipiendis habitatoribus et appellationibus et[nn] in tantum et non in amplius teneantur suis dominis, quantum eo tempore tenebantur, quo nos dictam[oo] coronam recepimus. Item confirmamus pactum[pp] factum[pp] ab Astensibus inter Ubertum quondam comitem de Blandrato et Carienses, sicut continetur in instrumento facto a Guidone[qq] notario anno domini millesimo

---

[o] *aus* ultra *verb. F*
[p–p] non conveniantur contra *EG, mit Kürzungen nachgezeichnet F, danach von anderer Hand über der Zeile verb. in* non conveniantur contra, *schließlich* conveniantur contra *gestrichen und in* graventur contra *verb.*
[q] Pennarasco *E, aus wohl* Ponnaurano *verb. F,* Pinairano *G*
[r] Moncherasio *G*
[s] *so über der Zeile verb. aus* Blascii *F*
[t] *fehlt E, aus* Mayrascii *zunächst über der Zeile in Moncarasio und schließlich so verb. F,* Mercenasco *G*
[u] Morade *und danach freigelassener Raum E,* Marade*, danach Auslassungspunkte sowie* ano *F, Auslassungpunkte, danach* Santinæ *G*
[v–v] Cariode *EF, in F verb. in* Curiode*,* Sulcie *G*
[w] Cavenis *G*
[x] *hier Auslassung im Umfang von etwa einer halben Zeile E, laut F im Original 5 Wörter zerstört, das dritte Wort vielleicht* pactiones*, in der Mitte des vierten Wortes* ss*, daher vielleicht* promissiones*, das fünfte Wort* prencia *mit er-Haken an* n, Peceto … *G*
[y–y] ad – contingere *fehlt EG,* ubem *mit Kürzungsstrich durch den Oberschaft von* b *F*
[z] *laut F unleserlich, zunächst* auctoritate*, über der Zeile verb. in wohl* aa…a
[aa] impertiendi *G*
[bb] aliis *EG*
[cc–cc] iusticiam – cogatur *über der Zeile eingefügt F*
[dd] *Lücke dafür freigelassen E,* exhibere *G*
[ee–ee] ne – Cario *fehlt G, stattdessen* ut ipsi … *G,* Cario *über der Zeile eingefügt F*
[ff] *F* quis, s *nachträglich gestrichen*
[gg] homini *E*
[hh] singillatim *G*
[ii] Thaurino *G*
[jj] cogantur *G*
[kk] *über der Zeile eingefügt F*
[ll] recepimus *G*
[mm] dominionem *G*
[nn] *folgt* quod *G*
[oo] *danach gestrichen* anno domini millesimo CLXXII, indictione V, mense novembris *F*
[pp–pp] pacem factam *G*
[qq] *verb. F*

CLXXII[rr], indictione V, mense novembris. Item confirmamus conventiones et concordiam[ss] factam[tt] inter Arduinum quondam episcopum Taurinensem et consiliarios suos et homines Carii, secundum quod continetur in instrumento facto a Caballo[uu] notario anno domini millesimo centesimo nonagesimo[vv] quinto, indictione XIII, in Cario, die dominico, XIIII[o] kal. aprilis. Item confirmamus conventiones[ww] et concordiam factam inter dominum Iacobum de Carisio episcopum Taurinensem et consiliarios suos et commune[xx] Carii[xx], secundum quod continetur in instrumento facto ab Ugone[yy] notario anno domini M[o]CC[o]VII[o], indictione X[a], die lunę, X[o] intrante septembre in ecclesia sancte Marie de Cario. He[zz] igitur concessiones nostrę ut prememorato[aaa] communi rate conserventur et inconvulse, presens inde autenticum fieri et nostrę maiestatis sigillo iussimus communiri statuentes et imperiali auctoritate sancientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, sepedictum commune de[bbb] sepedictis[ccc] concessionibus[ccc] impedire pręsumat aut aliquo inquietacionis modo perturbare attemptet. Quod[ddd] qui fecerit, in ultionem temeritatis sue centum libras auri componat, medietatem camere nostre partem residuam personis iniuriam passis. Huius[eee] rei testes sunt: Maynfredus[fff] marchio de Saluciis, Hy…brandanus[ggg] comes Tusciæ[hhh], Heremannus[iii] comes de Hartseburc[jjj], Godefredus comes de Blandrato[kkk], Fridericus marchio de Bade[lll], Fridericus comes de Saras…[mmm], Hartmannus[nnn] comes de Rychperch[ooo], Salinguerra de Ferraria et alii quam[ppp] plures.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo, indictione XV[a], regnante domino Ottone quarto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno imperii eius tercio.

---

[rr] septuagesimo secundo *E, davor fehlt* centesimo
[ss] am *aus* e *verb. F*
[tt] factam *über der Zeile aus* factas *verb. F*
[uu] Thebaldo *G*
[vv] *davor* quinqua *gestrichen F*
[ww] conventionem *G*
[xx–xx] comunitatem Charii *G*
[yy] Hugone *E*
[zz] e *aus* ę *verb. F,* Heæ *G*
[aaa] memorato *E*
[bbb] *irrig* et *EF, in F am Rand zu* de *korrigiert*
[ccc–ccc] sepedictas concessiones *E, zunächst* sepedictas *F, danach* i *aus* a *verb.*
[ddd] Id *EF*
[eee] Cuius *G*
[fff] Mayfredus *G*
[ggg] *so F,* Hg…Aridanus *E, in der Lücke wohl ein Buchstabe, möglicherweise* l*,* Ademarus *G*
[hhh] *so G,* Cusete *EF,* t *in F wohl verb.*
[iii] Harimannus *E, nachträglich in* Hartmannus *verb. F*
[jjj] *F zunächst* Hartseburch, h *nachträglich gestrichen,* Hartescbact *E,* Hartsburc *G*
[kkk] Blandrate *E*
[lll] *F zunächst* Baden*, danach* n *gestrichen*
[mmm] *so wohl F,* Faras*, danach freigelassener Raum E,* Sarasch… *G*
[nnn] t *aus* i *verb. E*
[ooo] *zunächst* Rychberg *F, danach* g *in* ch *verb.,* Richperch *G*
[ppp] per *EF*

Datum Mediolani per manus[qqq] domini Conradi Spirensis[rrr] episcopi, imperialis aule cancellarii[sss], XIIII[ttt] kal. marcii; feliciter amen[uuu].

---

[qqq] manum *G*
[rrr] *fehlt EFG, Lücke dafür freigelassen*
[sss] cancellarius *E*
[ttt] decimo tercio *E*
[uuu] *Siegelfragment aus Wachs an Seidenfäden laut F.*

# BFW 468.

*Otto gewährt Wilhelm von P u s t e r l a und dessen Erben jährlich 25 Mark Silber von seinen Einkünften in der Stadt Asti zu rechtem Lehen, solange bis dieses durch ein besseres Lehen oder einen angemessenen Tausch abgelöst werden kann.*

*Como, (1212) Februar 22*

*Zwei Abschriften in einem notariell beglaubigten Transsumpt von 1616 II 27 (E, F), heute verloren, davon Abschriften in einem notariell beglaubigten Transsumpt von 1616 III 12 in der Bibliothèque nationale de France zu Paris, ms. lat. 5893, fol. 3v–4r (ohne Datierung) (E′) und fol. 11r–11v (F′).*

*Böhmer, Acta S. 231 Nr. 256 aus F′ = Weber, Zeichen der Ordnung S. 40 Anmerkung 117 (ohne Intitulatio und Datierung).*

*Corio, Historia di Milano (unpaginiert, Erwähnung zum Jahr 1209) = ed. II. fol. 78r = ed. III. S. 182 = ed. IV. S. 153 = Corio, Storia di Milano 1, ed. Magri, S. 347, = Corio, Storia di Milano 1, ed. Morisi Guerra, S. 306 (aus ed. I.). – Muratori, Antiquitates Italicae 1, Sp. 636 = ed. II. 2, Sp. 337. – Sassi, Archiepiscoporum Mediolanensium series 2, S. 635 und S. 636 (Erwähnungen). – Giulini, Memorie 7, S. 244 (Erwähnung) = ed. II. 4, S. 178. – Durandi in: Memorie della R. Accademia delle Scienze di Torino 40, S. 70 (Erwähnung). – Nuova enciclopedia 18, S. 712. – Crollalanza, Dizionario 2, S. 386. – Hermes, Totius libertatis patrona S. 34 (Erwähnung). – Becker, Peritissimus laicorum S. 354 mit Anmerkung 99 (mit Textauszug). – BFW 468.*

Dei gratia Otto Romanorum imperator et semper augustus. Notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod nos attendentes[a] puram fidem et sinceram devotionem, quam dilectus fidelis noster Gulielmus de Pusterla hactenus[b] nobis exhibuit et in posterum domino dante ipsum nobis exhibiturum non dubitamus, ut ex devoto eum nobis devotiorem reddamus, in rectum[c] feudum[c] concessimus ei[d] et suis heredibus legitimis de redditibus nostris, quos in civitate Astensi habemus annuatim, quos[e] nobis debet commune Astense, viginti quinque marcarum[f] puri argenti usque dum idem feudum[g] in alio meliori sive per conveniens contracambium ab ipso absolvamus[h]. Datum[i] apud Cumas nono cal. martii, indictione decimaquinta.

[a] advertentes *F′*
[b] attente *E′*
[c–c] *in Kapitalis E′*
[d] *fehlt E′*
[e] *fehlt F′*
[f] marchas *F′*
[g] *in Kapitalis E′*
[h] *in Kapitalis E′*
[i] D. etc., *danach bricht der Text ab E′.*

## BFW 469.

*Otto übergibt Graf Albert von Casaloldo und diesem auch für den nicht anwesenden Narisius von Montichiari sowie ihren Erben die Burg Gonzaga und Bondeno di Roncore (heute Bondanazzo) mit allem Zubehör zu rechtem Lehen, sofern Narisius bereit ist, dem Kaiser Treue zu schwören, wie Albert es bereits getan hat, andernfalls alles Graf Albert und dessen Erben zufallen würde.*

*Como, 1212 Februar 23*

*Notarielle Abschrift von 1285 VI 2 im Archivio di Stato zu Mantua, Archivio Gonzaga, busta 77, fasc. 11 (B).*

*Odorici, Storie Bresciane 7, S. 60 Nr. 250 aus B = Bonaglia, Storia di Montichiari S. 230 Nr. 7 mit italienischer Übersetzung.*

*Equicola, Dell´istoria di Mantova S. 95 (Erwähnung). – Maffei, Annali di Mantova S. 564 (Erwähnung mit Textauszügen, irrig zu Juni 12). – Volta, Compendio S. 158 (Erwähnung). – Odorici, Storie Bresciane 5, S. 285 f. (Erwähnung mit Textauszügen in Anmerkung 1). – Arco, Studi 1, S. 113 (Erwähnung). – Overmann, Gräfin Mathilde S. 102 (Erwähnung). – Darmstädter, Reichsgut S. 72 (Erwähnung). – Fè d´Ostiano in: Archivio storico lombardo 26, S. 27 (zu März 20). – Luzio in: Archivio storico lombardo 40, S. 258 (Erwähnung). – Foffa, Note di storia di Montichiari S. 52 und S. 54. – Amadei, Cronaca universale 1, S. 339 (Erwähnung zu Juni 12). – Coniglio, Mantova S. 155 und S. 157 (Erwähnung). – Sissa, Storia di Gonzaga S. 111. – Bonaglia, Storia di Montichiari S. 23 Nr. 23. – BFW 469.*

*Für die formelhaften Teile diente BFW 423 als Vorurkunde.*

*Das Original weist im Bereich der Faltungen kleinere und größere Risse und Löcher auf, die in mehreren Fällen Buchstabenverlust zur Folge haben. Die fehlenden Stellen sind durch eckige Klammern gekennzeichnet. Die Ergänzung der Lücken erfolgte nach dem Druck Montis aus dem (heute verlorenen) Original der Bestätigungsurkunde Rudolfs I. (1289 VI 8).*

(C.) # In nomine sancte et individue[a] trinitatis[b] eiusque[c] gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus. # Attendentes magna et grata servicia, que dilecti et fideles nostri viri nobiles Albertus de Mandello et Galinus de Aliato[d] Mediolanenses nobis et imperio fideliter exhibuerunt et singulis diebus exhibere non obmittunt, de proprio motu nostro concedimus et iure feudi[e] in perpetuum donamus et largimur eis castra et villas et loca et curias F[or]nou[i][f] et Mozanege per omnia, sicut episcopus Cremonensis vel quilibet[g] alius a nobis et ab imperio tenebat vel aliquo alio titulo. Item damus et concedimus predictis A(lberto) et G(alino) castrum et curiam, que dicitur Ville Lanterii, et totum illud, quod monasterium sancti Petri in Celo aureo de Papia tenet et possidet in predicto castro et loco Ville Lanterii et eius territorio, et generaliter quecumcque castra vel villas vel terras sive curias predictum monasterium habere et tenere videtur per totam iurisdiccionem Mediolanensem et specialiter locum Gudi Antebiagii cum omnibus terris cultis et incultis, pascuis, nemoribus, aquis, molendinis, venacionibus et piscacionibus, albergeriis, pedagiis, tholoni[i]s, duellis cum omni honore et districtu et contile et cum omni

[a] idiuie *mit Kürzungsstrich über erstem* i *und diplomatischem Kürzungszeichen über* iu
[b] tniais *mit überschriebenem* i *über* t *und diplomatischem Kürzungszeichen über dem Rest des Wortes*
[c] *so A statt* dei
[d] *durch Fleck verwischt, von nahzeitiger Hand nachgezogen*
[e] e *wohl aus* o *verb.*
[f] *durch Loch im Bereich der Faltung beschädigt, am Schluss folgt vermutlich ein überflüssiger us-Haken*
[g] q *durch Loch im unteren Bereich etwas beschädigt*

plene[h] iurisdiccione ipsis castris, locis[i], villis et curiis pertinentibus, statuentes et nostra[j] imperiali auctoritate precipientes, ut nullum commune, nulla potestas, nullus consulatus, nulla denique persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, contra hanc nostre donacionis et concessionis paginam venire presumat. Quod qui fecerit, nostre[k] [imperia]lis[l] maiestatis offensam et postea penam mille marcarum argenti noverit se incursurum, dimidiam partem camere nostre et aliam partem inuriam[m] passis[n] in hac nostra con[cessi]one redditurum. Ut autem hec nostra donacio et concessio rata sit et in futurum intemerata permaneat, presens privilegium bulla[o] nostra iussimus communiri. Hii[p] sunt testes: Alber[tus dux][p] Saxonie, Bertholdus dux Z[a]ringie, Frithericus marchio d[e Ba]den[q], Burkardus[q] comes de Homburg, War[rnherus de] Rekenbach[r], Meynardus[s] comes de Gorz et alii quam plures[t].

Dat. per manum Iohannis prepositi Werdensis domini imperatoris familiaris.

Signum domini imperatoris Ottonis quarti[u] invictissimi. (M.)

Acta sunt hec anno incarnacionis dominice [MC]C duodecimo, apud Filigen[v], XV kal. novembris, indictione prima, anno regni nostri XIIII°, imperii vero quarto.

(SP.D.)[w]

---

[h] *so A*
[i] l *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[j] a *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[k] r *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[l] *durch Loch beschädigt, einzelne Buchstabenteile noch erkennbar*
[m] *so A statt* iniuriam
[n] *die Oberlängen von* ss *stark abgerieben*
[o] *die unteren Buchstabenteile durch Loch zerstört*
[p–p] *einzelne Buchstaben bzw. untere Buchstabenteile durch Loch zerstört*
[q–q] *einzelne Buchstaben bzw. untere Buchstabenteile durch Loch zerstört*
[r] *so A wohl statt* Rokenbach
[s] ard *stark abgerieben, us-Haken zerstört*
[t] plur *A, Kürzungszeichen wohl zerstört*
[u] t *durch Riss in der Faltung beschädigt*
[v] Filige *mit Kürzungsstrich an* l *und über* ig
[w] *gelbliche, ursprünglich vermutlich grüne, Seidenfäden erhalten.*

# BFW 491.

*Otto beurkundet auf Bitten der Bürger der Stadt Köln deren Zollvergünstigungen zu Kaiserswerth, Boppard und Duisburg und gestattet ihnen, lediglich mittels Eides beweisen zu dürfen, dass es sich bei den mitgeführten Waren um die eigenen handelt.*

*Aachen, 1212 November 30*

*Original, 320 + 29 x 527 mm, im Historischen Archiv der Stadt Köln, Best. 1 (HUA), U 3/56 (A).*

*Lacomblet, UB Niederrhein 2, S. 21 Nr. 40 aus A. – Ennen – Eckertz, Quellen Stadt Köln 2, S. 42 Nr. 37 aus A. – Bergmann – Budde – Spitzbart, UB Stadt Duisburg 1, S. 56 Nr 24 aus A.*

*Gengler, Codex juris municipalis 1, S. 530. – Daris, Histoire de Looz 1, S. 449 (Erwähnung). – Wauters, Table chronologique 3, S. 370 (mit Anführung einiger Zeugen). – Höhlbaum, Hansisches UB 1, Nr. 96. – Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1176. – Kuske, Quellen zur Geschichte des Kölner Handels 1, Nr. 12. – Coenen, Limburgsche oorkonden 1, Nr. 722 (mit Anführung einiger Zeugen). – Frick – Zimmer, Quellen Landskron 1, S. 2 Nr. 4. – Scholz-Babisch, Quellen zur Geschichte des klevischen Rheinzollwesens 1, Nr. 14 (mit Textauszügen). – Pfeiffer, Rheinische Transitzölle S. 167 Anmerkung 48 und S. 231 Anmerkung 276 (mit Textauszügen). – BFW 491.*

*Geringfügige Anklänge lassen sich an die Urkunde Heinrichs VI. vom 28. Juni 1193 feststellen (Böhmer – Baaken 303, VU).*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. # Dei[a] gratia Otto[a] quartus Romanorum imperator et semper augustus omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quanto maiestas imperialis ceteris est prestantior et benignitatis clementia precellere * consuevit universos, tanto suorum fidelium iustas preces debet benignius exaudire. Inde est, quod fidelium nostrorum Coloniensis civitatis civium precibus exorati ab omni thelonei prestatione in imperiali opido, quod dicitur Werdene super Renum, eos denuntiamus inmunes, quia eiusdem thelonei libertatem ab antiquo de iure obtinuerunt et de iure obtinere debent. In opido similiter, quod dicitur Bobardia, eadem thelonii volumus inmunitate gaudere eo excepto, quod navis cuiuscunque quantitatis, sive ea parva[b] sit sive magna, tantum duorum denariorum et oboli Coloniensis monete theloneum persolvat. In opido quoque, quod[c] dicitur Dusborch iuxta Renum, hoc obtineat, quod a tempore imperatorum Frederici et Henrici antecessorum nostrorum ex antiquo iure eiusdem civitatis obtinuit tali conditione interposita, ut si forte prefati cives vel aliquis prefatorum civium aliorum merces, quam suas deferre incusetur, in his tribus opidis prenominatis sola manu iuramento prestito, quod sue sint, liceat affirmare amota omni moratione et inpedimento, si forte quisquam malitiose[d] moliretur eos morari vel impedire, sive infra nundinas sive extra[e]. # Testes: # Henricus dux Brabantie, Renauldus[f] comes Boloniensis, Lodoicus comes de Los, Willelmus comes Iuliacensis, Henricus comes de Chezele[g], Arnoldus de Heimesberch, Gerardus de Houne, Gosuinus de Frence, Arnoldus de Dieste, Waltherus Bertholdus, Henrichus comitis palatini Reni filius, Cono de Rolan, Arnoldus scoltedus[h] Aquensis[i], Gerardus de

---

[a–a] dei – Otto *in etwas vergrößerten Buchstaben*
[b] u *(für* v*) aus* a *verb.*
[c] *davor über der Zeile kurzer Ansatzstrich, wohl für* d
[d] e *aus* o *verb.*
[e] e *verb.*
[f] s *auf der Zeile (wie bei* l*) nach rechts umgebogen anstelle eines Abstrichs nach links unter die Zeile*
[g] h *wohl aus* e *verb.*
[h] *so A*
[i] n *verb.*

Senceke, magister Henricus scolasticus sancti Gereonis, Conradus de Willire, Henricus de Zudendorph, Richolfus de Foresto, Theoderichus de Hofalis et multi alii tam clerici quam laici. Dat. per manum prepositi Iohannis Werdensis domini imperatoris familiaris. Signum domini imperatoris Ottonis quarti invictissimi. (M.)[j] Acta sunt hec anno incarnationis dominice M$^{o}$CC$^{o}$XII$^{o}$ apud Aquis Grani II kal. decenbris[k], anno regni nostri XIIII$^{o}$, imperii vero quarto[l].

(SP.2.)[m]

---

[j] *mit dunklerer Tinte*
[k] *so A*
[l] to *durch Fleck beschädigt*
[m] *rotes Wachssiegel an roten und grünen Wollfäden.*

## BFW 492.

*Otto beurkundet, dass er die Kapelle unterhalb der Burg L a n d s k r o n mit allem Zubehör in seinen Schutz genommen und von allen Abgaben befreit habe, und gebietet, dass niemand Vogteirechte über ihre Besitzungen beanspruchen dürfe.*

*Landskron, 1212 Dezember 15*

*Abschrift von ca. 1598/1600 in der Landskroner Chronik des Tobias Stieffel, fol. 10, heute verloren (D), davon Abschriften von ca. 1600 im Landeshauptarchiv zu Koblenz, 53 C 025, Urkunden 1000, p. 1 (D´) und p. 3 (D´´) und zwei gleichlautende Abschriften des 18. Jh. ebenda, 53 C 025, Nr. 2657, fol. 13r, und Nr. 2658, fol. 19v (D´´´).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 64 Nr. 69 aus Abschrift Günthers in Koblenz.*

*Goerz, Mittelrheinische Reg. 2, Nr. 1180. – Frick – Zimmer, Quellen Landskron 1, Nr. 5. – BFW 492.*

Dei gratia Otto quartus[a] Romanorum imperator semper augustus omnibus per imperium constitutis presentemque[b] paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Notum sit omnibus vobis, quod nos divinę pietatis intuitu proprięque nostrę liberalitatis motu capellam sub castro nostro de Lanndtzcroen[c] fundatam cum omnibus appenditiis suis, scilicet agris, vinetis, pratis[d], terris generaliter[e] cultis et incultis[f], sub protectione nostra suscipimus[g] eamque[h] ab omni censu[i] et exactione liberam esse concedimus et immunem pręcipientes et firmiter inhibentes, ne aliquis auctoritate[j] nostra sive alius alterius dominio in predicta capella aut in eius possessionibus aliquod tituli advocatię habere contendat[k]. Immo eam cum omnibus bonis, que pręsentialiter[l] possidet aut in futurum iustis modis deo dante poterit adipisci, omni libertate et perpetua tranquillitate[m] gaudere permittimus. Si quis autem contra huius nostrę protectionis et inhibitionis paginam venire presumpserit, imperialis nostrę maiestatis offensam sciat se graviter incursurum et penam etiam sexaginta marcarum nobis ex commissione delicti persoluturum.

Dat. Lanndtzcroen[n] anno millesimo[o] ducentesimo decimo secundo[o] incarnationis dominicę, decimo octavo cal. ianuarii, indictione prima.

---

[a] IIII *D´, fehlt D´´*
[b] presentem *D´´*
[c] Lantzkrön *D´,* Landtskrone *D´´*
[d] partes *D´, fehlt D´´´, dabei Raum für ein Wort ausgespart*
[e] *so D´D´´D´´´ vielleicht statt* quam *oder* qualiter
[f] excultis *D´´´*
[g] suscepimus *D´*
[h] eam *D´´*
[i] causa *D´D´´D´´´*
[j] authoritate *D´,* autoritate *D´´´*
[k] concedat *D´´´*
[l] præsentaliter *D´´´*
[m] tranquilitate *D´´*
[n] Lantzkrön *D´,* Landtskrone *D´´*
[o–o] 1212 *D´D´´D´´´.*

## BFW 493.

*Otto belehnt Graf Wilhelm (I.) von H o l l a n d mit allen zur Grafschaft Holland gehörenden Lehen, die dessen Vorgänger, die Grafen Floris (III.) und Dietrich (VII.), vom Reich innehatten.*

*Nimwegen, 1213 Januar 13*

*Original im Nationaal Archief zu Den Haag, 3.01.01 (Archief Graven van Holland), Nr. 174 (A).*

*Martène – Durand, Thesaurus novus anecdotorum 1, Sp. 841 aus Abschrift in einem Chartular der Herren von Avesnes = van Loon, Historisch Bewys, Anhang S. 32, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 817 Nr. 317 (mit Korrekturen), = Mieris, Groot charterboek 1, S. 156 (mit Korrekturen aus zwei Abschriften). – Kluit, Historia critica Hollandiae et Zeelandiae 2/1, S. 344 Nr. 77 aus Martène – Durand und Mieris. – Van den Bergh, OB van Holland en Zeeland 1/1, S. 135 Nr. 229 aus Martène – Durand und Kluit. – Koch, OB van Holland en Zeeland 1, S. 496 Nr. 316 aus A und Abschriften.*

*Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 844 Nr. 4. – Saint-Génois, Monumens anciens 1/1, S. 414 und S. 501 (mit Anführung der Zeugen). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 161 Nr. 2. – Daris, Histoire Looz 1, S. 449. – (Thijm) in: De dietsche warande 10, S. 302 f. (mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Wauters, Table chronologique 3, S. 377. – Reiffenberg, Monuments 3, S. 778. – Blok in: Göttinger Nachrichten 1908, S. 614 (mit Textauszug). – Oppermann, Untersuchungen 2, S. 53 Anmerkung 1 (mit Textauszug). – BFW 493.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis eiusque[a] gratia Otto quartus Romanorum imperator et[b] semper augustus. # Iustum est et imperatorie maiestati convenit, ut fideles suos tanto maiori benivolencia respiciat et honoret, quanto eos in suis obsequiis promptos magis invenerit ac devotos. Hinc est, quod nos attendentes fidem ac devocionem magnam dilecti ac fidelis nostri viri nobilis Uuillelmi[c] comitis Hollandie omnia feoda, que nobiles viri Florencius et Theodericus bone memorie comites Hollandie, videlicet predecessores prefati comitis Willelmi Hollandie, ab imperiali aula tenuerunt, eidem Willelmo in purum feodum cum omni integritate ad eandem comiciam attinente contulimus. Et ut hec nostra concessio et donacio rata sit et in futurum intemerata permaneat, presens privilegium bulla nostra iussimus insigniri. Huius autem nostre concessionis hii sunt testes: Baldewinus comes de Benthe(m), Bernardus de Horstmar(e), Hugo de Forne, Godefridus de Bredha, Willelmus de Theling(e) et alii quam plurimi.

Dat. per manum Iohannis prepositi Werdensis domini #Otto#nis imperatoris clerici familiaris.

Signum domini Ottonis imperatoris quarti invictissimi. (M.)

Acta sunt hec anno incarnacionis dominice M$^{o}$CC$^{o}$XIII$^{o}$, regni nostri XIIII$^{o}$, imperii vero IIII$^{to}$, apud Numagum idus ianuarii, indictione prima.

(SP.D.)[d]

---

[a] *so A*
[b] *wohl von derselben Hand nachträglich eingetragen*
[c] Uulli *mit Kürzungsstrich an* ll
[d] *rote Seidenfäden erhalten.*

## BZ 55A.

*Otto befreit die Bürger von Neuss vom Zoll in Kaiserswerth und billigt ihnen dort alle Freiheiten und Ehre zu, die er den Bürgern von Köln gewährt hat.*

*Neuss, 1213 Januar 31*

*Abschrift aus der Mitte des 16. Jh. im Privilegienbuch II im Stadtarchiv zu Neuss, B.01.08.02, fol. 127r–128r (C´). – Abschrift von 1637 im Privilegienbuch I ebenda, B.01.08.01, fol. 79r–80r (C´´). – Abschrift von 1637 im Kopiar III ebenda, B.01.10.03, fol. 108r–109r (C´´´), alle aus einem heute verlorenen älteren Kopialbuch (C).*

*Lau, Neuss S. 40 Nr. 4 aus C´, C´´ und C´´´.*

*Löhrer, Geschichte der Stadt Neuß S. 67 mit Textauszug in Anmerkung w. – Tücking, Geschichte der Stadt Neuss S. 18 Anmerkung 46. – BZ 55A.*

Iustum[a] est et imperialis nostre maiestatis decet excellentiam, ut[b] omnes ad eam confugientes oculo prorespiciat et benigno, illos autem maiori prerogativa diligat et munificentię suę gratia copiosius inspiciat, quos in devotione sua semper reperit pleniores, in fide firmiores. Attendentes[c] ergo magnam dilectionem et fidei constantiam, quam dilecti nostri fideles burgenses[d] de Nussia firmiter erga nos habuerunt semper et laudabiliter, eos ab exaccione tholonei apud castrum de Werd absolutos facimus et omnino quietos volentes et precipientes eosdem omni libertate et honore in predicto castro nostro gaudere, quem dilectis civibus nostris fidelibus Coloniensibus habere concessimus. Quapropter mandamus et firmiter precipimus castellanis sive ministris, qui in predicto castro nostro in presenti resident aut in futurum habitaturi sunt, ne predictos dilectos nostros burgenses[e] in prefato loco super aliquibus rebus suis sive mercationibus sive aliis quibuscunque[f] aggravare et molestare presumant, sed eos nostre protectionis[g] et munificientię gratia pacifice frui et gaudere permittant. Et ut hæc nostra concessio in perpetuum rata permaneat, presens privilegium bulla nostra iussimus communiri.

Datum Nussię pridie[h] kalendas februarii, anno nativitatis domini millesimo[i] ducentesimo[j] decimo tertio, regni nostri decimo[k] tertio[l], imperii quarto.

---

[a] *davor fehlt die gesamte Intitulatio C´C´´C´´´*
[b] et *C´C´´C´´´*
[c] accendentes *C´C´´C´´´*
[d] burgerenses *C´C´´C´´´*
[e] burgerensos *C´C´´,* burgerenses C´´´
[f] *wohl* quibuscunique *oder* quibuscuncque *C´´C´´´*
[g] pccconis *mit Kürzungsstrich wohl eher für* per *als für* pro *an* p *sowie Kürzungsstrich über* pccc *C´C´´C´´´*
[h] predie *C´´C´´´*
[i] millessimo *C´*
[j] ducentissimo *C´*
[k] o *in* i *verb. C´´,* decimi *C´´´*
[l] tertii *C´C´´C´´´.*

## BFW 494.

*Otto befiehlt, dass jeder, der innerhalb oder außerhalb der Mauern der Stadt D u i s b u r g gelegene durch Kauf oder Erbschaft erworbene Güter besitzt, gemäß alter Gewohnheit und bürgerlichen Rechts den vom Herrscher gebotenen kommunalen Abgabenforderungen Folge zu leisten hat, und verbietet allen Bürgern der Stadt, einen Mitbürger vor das Xantener oder ein anderes Gericht zu ziehen.*

*Kaiserswerth, 1213 Februar 2*

*Original, 235 (–240) + 25(–30) x 243 mm, im Stadtarchiv zu Duisburg, 1/4 (A).*

*Teschenmacher, Annales Cliviae, ed. Dithmarus, Cod. dipl. S. 4 Nr. 9 = Binterim – Mooren, Erzdiözese Köln 3/1, S. 166 Nr. 61. – Kleine, Diplomata Duisburgensia 1, S. 11 Nr. 4 aus A. – Bergmann – Budde – Spitzbart, UB Stadt Duisburg 1, S. 57 Nr. 25 aus A.*

*Teschenmacher, Annales Cliviae S. 135 (Erwähnung) = Teschenmacher, Annales Cliviae, ed. Dithmarus, S. 149. – Hopp, Kurtze Beschreibung S. 78 (irrig Friedrich II. zugeschrieben) = ed. II. S. 85 = Hop, Korte beschryving (niederländische Übersetzung) S. 102. – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 845 Nr. 9. – Withof in: Wochentliche Duisburgische Addresse- und Intelligentz-Zettel 23 (unpaginiert, Erwähnung) = Withof, Chronik der Stadt Duisburg, ed. Blank, S. 153. – Gengler, Codex juris municipalis 1, S. 946 Nr. 8 (mit Textauszügen). – Gengler, Deutsche Stadtrechte S. 97 Nr. 80 Anmerkung 2 (mit Textauszügen). – Kleine in: Annalen des Historischen Vereins für den Niederrhein 59, S. 172 Nr. 4. – BFW 494.*

# Dei gracia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus # omnibus presens scriptum inspecturis graciam suam et omne bonum. Noveritis, quod nos attendentes honorem et libertatem dilectorum fidelium nostrorum burgensium de Duxburc ob magnam eorum fidelitatem et grata servicia nobis exhibita precipimus et imperialis nostre maiestatis auctoritate statuimus, ut quilibet cuiuscumque professionis tenens predia vel feoda sive alia quecumcque bona, que vel emcione aud iure hereditario ad ipsum sint devoluta in burgo nostro Dusburc, ad communem exaccionem, que ad nostrum spectat mandatum, de bonis, que infra muros predicti burgi aut extra tenet, secundum[a] priscam consuetudinem et ius civile respondeat. Ne igitur id, quod tam[b] proprio motu quam consilio dilectorum nostrorum fidelium ordinavimus, quispiam infringere attemptaverit, presens scriptum bulla[c] nostra iussimus communiri. Volumus preterea statuentes, ne quis burgensium (i)n[d] Dusburc suum concivem iuri obedire volentem ad Xantense vel ad aliquod aliud trahat iudicium. Quod qui fecerit, nostre maiestatis offensam sciat se graviter incursurum.

Dat. apud castrum nostrum Werd(e) anno M$^{o}$CC$^{o}$XIII$^{mo}$ incarnacionis dominice, anno regni nostri XIIII$^{mo}$, imperii vero quarto, sexto[e] nonas februarii, indiccione prima.

(SP.D.)[f]

---

[a] *auf Rasur*
[b] *Bogen des* a *durch Riss in der Faltung etwas beschädigt*
[c] *Oberschaft des zweiten* l *durch Riss in der Faltung etwas beschädigt*
[d] *A nur* n *statt* in
[e] *so wohl irrig statt* quarto
[f] *durch zwei übereinander angebrachte waagrechte Einschnitte in der Plica gezogener Pergamentstreifen erhalten.*

## BFW 496.

*Otto bestätigt die zwischen Bischof Albert von Riga und den Brüdern des Schwertordens getroffene Übereinkunft, wonach der Orden ein Drittel der zwischen ihnen strittigen Gebiete in Livland und Lettland erhalten soll, ohne dem Bischof dafür über das in der darüber ausgestellten Papsturkunde beschriebene geringe Ausmaß hinaus in weltlichen Belangen Gehorsam leisten zu müssen, zwei außerhalb der Diözese Riga gelegene Gebiete Ugandi und Sakala mit den Festungen jedoch frei besitzen soll.*

*Helmstedt, 1213 Juli 7*

*Transsumpt von 1393 V 29 im Geheimen Staatsarchiv zu Berlin, XX HA L.S. 8 Nr. 1, heute wohl verloren (B); davon Abschrift vom Anfang des 19. Jh. im Latvijas Nacionālis arhīvs (Lettisches Staatsarchiv) zu Riga, Latvijas valsts vēstures arhīvs (Staatliches Historisches Archiv von Lettland), LVVA F214 US6 GV454, fol. 24v–25r (B´).*

*Töppen in: Neue preußische Provinzial-Blätter 5, S. 425 Anmerkung 1 aus B (t). – Bunge, Liv-, Esth- und Curländisches UB 1, S. 32 Nr. 25 (mit Regest S. 9 Nr. 30 und zur Datierung 6, S. 3 Nr. 30 und S. 139 Nr. 30) aus B (b). – Švābe, Fontes historiae Latviae medii aevi 2/1, S. 51 Nr. 69 aus B (s).*

*Napiersky in: Mittheilungen Liv-, Ehst- und Kurlands 2, S. 144 und S. 147. – Bonnell, Chronographie S. 29. – Schwartz, Est- und Livländische Brieflade 3, S. 142 (mit Wiedergabe der Datierung). – Bunge, Liv-, Est- und Curländische Urkunden-Regesten Nr. 50. – Koch, Livland S. 39. – Joachim – Hubatsch, Reg. ordinis S. Mariae Theutonicorum 2, Nr. 7. – Benninghoven, Liv-, est- und kurländische Urkundenreg. Nr. 50. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 2, Nr. 58 (mit Textauszügen und Wiedergabe der Datierung). – BFW 496.*

In nomine sancte et individue[a] trinitatis. Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus. Cum Lyvonie[b] * Lettieque gentes ab ydolatrie vanitatibus ad christiane[c] fidei devotionem concessissent, divina misericordia procurante venerabilis[d] ecclesie Rigensis episcopus Albertus et fratres militie Christi[e] in Riga constituti dudum agitata contentione de sorte terrarum predictarum tandem unanimi consensu concorditer[f] ad tale medium devenerunt, ut * ipsi fratres militie Christi[g] tertiam partem earundem terrarum in aquis[h], in silvis[i], in villis et civitatibus cunctisque omnium horum proventibus, qui vel tunc essent vel extunc accrescerent in futurum, intra easdem terras ab episcopo Rigensi tenerent, sed tamen proinde nullis essent ipsi episcopo temporalibus obsequiis obligati, nisi paucis et modicis, que in autentico domini pape super eadem conventione conscripto breviter sunt expressa, que magis ei sunt ob reverentiam ecclesiasticam quam ob aliud debitum exhibenda. Postmodum autem dicti fratres extra metas Rigensis dyocesis duas terras finitimas cum suis munitionibus Ugenusen[j] et Sackele[k] Sarracenis effugatis dei adiutorio sunt adepti, de quibus, quia non tenentur episcopo Rigensi seu alii cuiquam homini componere, ius obtinent rationabiliter nostro iudicio sine contradictione qualibet easdem libere possidendi. Supradicte

---

[a] invidue *t*
[b] Lyuonie *B´*
[c] cristiane *B´tbs*
[d] veneralis *t*
[e] Cristi *B´ts*
[f] consorditer *t*
[g] Cristi *B´s*
[h] equis *t*
[i] sylvis *b*
[j] Vgenusen *B´t*
[k] Sackale *t*

itaque compositionis tenorem inter sepedictos Rigensem episcopum et fratres militie Christi[l] atque etiam libere ius possessionis aliarum terrarum Ugenusen[m] et Sackele eisdem fratribus auctoritatis nostre patrocinio confirmamus. Ne quis in posterum[n] hec eadem aliquo malignandi modo valeat impedire et ut hec nostra confirmatio stabilis et firma permaneat in perpetuum apud omnes, paginam hanc sigillo nostro fecimus communiri.

Anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo duodecimo, anno regni nostri quartodecimo, imperii vero quarto.

Signum[o] domini Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi[o]. (M.)[p]

Datum apud Helmstat nonas iulii, indictione prima[q].

---

[l] Cristi *B´ts*
[m] Vgenusen *B´,* Ugenusem *t*
[n] posteram *t*
[o–o] *fehlt b*
[p] *laut B´ unter dem Urkundentext*
[q] *laut B´ SP. 2. an roten Seidenfäden.*

## BFW 497.

*Otto beurkundet, die von ihm begonnene Kirche St. Maria zu S c h e v e r l i n g e n b u r g mit Zustimmung seines nächsten Erbens, seines Bruders Pfalzgraf Heinrichs, mit den genannten Gütern dotiert und ihr weitere Erwerbungen aus seinem Eigentum gestattet zu haben sowie die von jeder Vogtei befreite Schenkung in die Hände Bischof Hartberts von Hildesheim und seines Truchsessen Gunzelin übertragen zu haben.*

*Braunschweig, 1214 Januar 27*

*Original, 169 + 11 (–15) x 210 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 7 Urk. Nr. 9 (A).*

*Mader, Antiquitates Brunsvicenses ed. II. S. 245 Nr. 20 = Bünting – Letzner – Rehtmeyer, Braunschweig-Lüneburgische Chronica 1, S. 451, = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 818 Nr. 318. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 58 Nr. 80 aus A.*

*Schaller, Schrift S. 87 (Urkundenabb.). – Wilke, Ebstorfer Weltkarte 2, S. 90 Abb. 124 (Urkundenabb.).*

*Meier, Origines et antiquitates Plessenses S. 42 (Erwähnung mit Wiedergabe der Zeugenreihe). – Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1298 (Erwähnung). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 844 Nr. 6. – Olorius in: Braunschweigische Anzeigen 1749, Sp. 645 (Erwähnung). – Grupen, Origines Germaniae 2, S. 329 (Erwähnung). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 162 Nr. 3. – Janicke, UB Hildesheim 1, Nr. 661 (mit Wiedergabe der Datierung). – Hänselmann, UB Braunschweig 2, Nr. 39 (mit Wiedergabe der Datierung). – Dolle, UB Plesse Nr. 56 (mit Wiedergabe der Zeugenreihe und der Datierung). – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 99 Nr. 17 (mit Anführung der Zeugen). – BFW 497.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus. Devotionem, quam possumus[a], ad ea, que dei benefactoris nostri sunt, gerentes hiis quoque merito curam advertimus[b] diligentem, que sancte matri[c] eius credimus[d] complacere. Igitur cum nos circa ecclesiam sancte Marie apud Sceuerling(en)burch[e] a nobis inchoatam[f] pium felicis consummationis habeamus propositum, notum facimus universis, quod nos eandem de assensu dilecti fratris nostri Heinrici illustris comitis palatini proximi heredis nostri dotavimus istis bonis: apud Honrod XVII mansis, uno molendino cum omnibus pertinentiis in litonibus[g], in silvis et in pratis, piscationibus exceptis, apud Waggen duobus[h] mansis et silva Bodenhorne, apud Gefhorne uno molendino et ceteris omnibus, que ibidem nostro dominio pertinebant in agris, silvis, pratis et aquis, apud Gamenhusen similiter omnibus, que nostra erant, item Bocla cum omnibus pertinentiis eius, apud Borsne XXXV mansis et XVIII agris et uno molendino cum litonibus[i] et aliis pertinentibus ad villicationem illam in silvis, pratis et aquis, parrochia quoque ibidem cum XI mansis, apud Wenedessem XVIIII mansis, uno molendino cum litonibus[j] et aliis pertinentiis villicationis illius in silvis, pratis et aquis et[k] parrochia ibidem cum quinque mansis[l] et[l] uno

---

[a] m *durch Rasur der Unterlänge des letzten Schaftes und Hinzufügung eines weiteren Schaftes sofort aus* n *verb.*
[b] *Rasur an Oberlänge des* d*, wohl eines Kürzungszeichens*
[c] *danach* s *radiert*
[d] m *verb.*
[e] *Kürzungsstrich über* g
[f] *Kürzungsstrich für* m *durch kleines Loch beschädigt*
[g] *so A*
[h] II*, darüber* ob *mit* us*-Haken*
[i] *so A*
[j] *so A*
[k] *durch kleines Loch in der Faltung beschädigt*
[l–l] *zweites* s *und* et*- Kürzung durch Stockfleck beschädigt*

molendino[m], item ecclesia apud Elmesburch[n] et medietate ecclesie apud Asle. Ad hec libera dimittimus ecclesie prenotate quecumque postmodum ex proprietatibus nostris poterit adipsici. Hanc itaque dotem ab omni iugo advocatie liberam assignavimus eidem ecclesie in manus fidelium nostrorum Hartberti Hild(e)n(semensis)[o] episcopi et Gunzelini dapiferi nostri presentibus et attestantibus[p] fidelibus nostris Hugoldo abbate sancti Michahelis in Hild(e)ns(em), Luthardo[q] scolastico, magistro Tiderico de Hamelen, magistro Hugone canonicis Hildens(emensibus), comite Heinrico de Sladem[r], Helmoldo de Plesse, Waltero de Baldensele, Baldewino advocato, Basilio de Schiltberch, Herwico de Scowen et pluribus aliis tam clericis quam laicis. Ut ergo hec apud omnes in posterum rata permaneant et firma, scriptum hoc sigilli nostri patrocinio fecimus communiri.

Acta sunt hec anno incarnationis dominice M$^{o}$CC$^{o}$XIII$^{o}$ [s], anno[t] regni nostri XV, imperii vero quarto. Signum domini Ottonis quarti Romanorum[u] imperatoris invi[cti]ssimi[v]. (M.). Dat. Bruneswic VI$^{o}$ kalendas februarii[w].

(SP.2.)[x]

---

[m] no *infolge Faltung etwas abgerieben*
[n] *infolge Faltung etwas abgerieben*
[o] *erstes* n *stark abgerieben*
[p] *letztes* t *wohl aus* i *verb.*
[q] h *wohl verb.*
[r] S *infolge Faltung verblasst,* m *durch Hinzufügung eines weiteren Schaftes aus* n *verb.*
[s] *übergeschriebenes* o *durch Fleck stark beschädigt*
[t] *zweites* n *aus* o *verb.*
[u] a *aus* o *verb.*
[v] cti *infolge Faltung sehr stark abgerieben*
[w] a *aus Schaft mit Unterlänge, wohl für* r, *verb.*
[x] *an roten Seidenfäden.*

*** - .** ***unsicher***

*Otto verleiht Patriarch Wolfger von A q u i l e i a die Burg Monselice.*

*(vor 1214 Februar 23)*

*Im Chronicon tertium patriarcharum Aquilejensium, ed. de Rubeis, Mon. ecclesiae Aquilejensis 2, Appendice S. 11, heißt es:* Cui *[= dem Patriarchen]* etiam dictus Otto Montem Silicis concessit et dedit. – *Vgl. dazu eine Passage im DF. II. 221 von 1214 II 23 anlässlich der neuerlichen Verleihung der Burg Monselice an Patriarch Wolfger von Aquileia und dessen Nachfolger:* non obstante, quod dominus Otto quondam imperator ad quorundam forte subgestionem idem castrum dicitur minus racionabiliter subtraxisse*. Vgl. BFW 258a.*

## BFW 498.

*Otto befreit das Zisterzienserkloster A l t e n b e r g für den Transport seiner Güter auf dem Rhein nach demselben Recht wie die Stadt Köln von allen Zöllen, insbesondere von jenem zu Kaiserswerth.*

*Kaiserswerth, 1213 oder 1214 März 9*

*Original, stark beschädigt, im Landesarchiv Nordrhein-Westfalen zu Duisburg (Abteilung Rheinland), Altenberg, Urkunden Nr. 27, heute verloren (A). – Beglaubigte Abschrift vom Anfang des 16. Jh. ebenda, Altenberg, Rep. u. Hs. 2l, fol. 1r (C).*

*Winkelmann, Acta 1, S. 65 Nr. 69a aus A und einer weiteren beglaubigten Abschrift des 16. Jh.*

*Lacomblet, UB Niederrhein 2, S. 5 Nr. 7 Anmerkung 1 (mit Textauszug). – Lüdicke, Königs- und Kaiserurk. Nr. 738. – Mosler, UB Altenberg 1, Nr. 70. – BFW 494a und 498.*

*Das Original ist heute verschollen, unter der angegebenen Signatur befindet sich lediglich ein Foto des Originals, auf dessen Grundlage die Texterstellung erfolgte. Die Urkunde war infolge Feuchtigkeitseinwirkung schwer beschädigt. Textverluste wurden durch eckige Klammern gekennzeichnet und nach der ältesten erhaltenen Abschrift (C), die laut notarieller Beglaubigung auf dem Original beruht, ergänzt.*

# [In[a] nomine sancte et individue trinitatis[a]]. Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus. # Circa devotas deo et dilect[as nobis Cisterciensis ordinis] eccles[ias] amore Ihesu Christi piam cum affectu bono voluntatem [gerentes earum profectui curam ube]riorem duximus advertendam, quas nostris patrociniis noverimus indigere [propensius et erga nos be]nignius ceteris ac secundum deum devotius se habere. Inde est, quod eccles[iam Bergensem] eiusdem ordinis, que et nos diligit et a nobis sincere diligitur, ab universis Rhe[ni theloniis tam] Werde quam aliis emancipavimus, ut scilicet bona eius expeditum ab hiis et li[berum processum] habeant[b] in Rheno sursum et deorsum[b] eo iure libertatis, quod habe[re consuevit fidelis nostra c]ivitas Colonia. Hanc igitur [l]ibertatem ecclesie predicte confirmamus di[strictione banni nostri]. Et ne quis eam in posterum valeat retractare, autenticum hoc super ea [conscriptum] sigilli nostri appensione iussimus [com]muniri.

[Actum est] hec anno [ab incarnatione] domini M$^{o}$CC$^{o}$X$^{o}$III$^{o}$, [anno regni nostri] XV[$^{o}$, i]mperii vero [quinto].

Signum domini nostri Ottonis quarti Romanorum imperatoris invictissimi. (M.)

Dat. [apud Werdam] VII$^{o}$ idus [martii], indictione secunda.

(SP.D.)[c]

---

a–a In – trinitatis *durch Flecken, Risse und Löcher teilweise zerstört*
b–b habeant et sursum *durch Querfaltung stark beschädigt, nur die Oberlängen sichtbar,* et deor *im Faltenkreuz zerstört*
c *unterer Rand auf dem Foto nicht sichtbar.*

## BFW 495.

*Otto beurkundet, die unter seinem Schutz stehenden Prämonstratenserklöster C a p p e n b e r g und W e s e l vom Zoll in Kaiserswerth und allen anderen Zöllen befreit zu haben.*

Loen*, (1213 oder 1214) Mai 12*

*Abschrift des 15. Jh. aus einem verlorenen Kopialbuch des 13. Jh. im Archiv der Grafen von Kanitz im Schlossarchiv zu Cappenberg, Cap.A I b1, fol. 41v (C).*

*Wilmans, Westfälisches UB 3, S. 43 Nr. 82 aus Abschrift von ca. 1800. – Wilmans – Philippi, Kaiserurk. der Provinz Westfalen 2/1, S. 366 Nr. 261 aus C.*

*BFW 495.*

Dei gratia O(tto) Romanorum imperator et semper augustus. Notum facimus universis, quod nos pro reverencia dei et sancte matris eius ecclesias in protectione nostra positas videlicet Capenberg et Wisele ab omni theloneo tam Werde quam alibi exemimus. Quod ut ad presens et in posterum permaneat inviolatum, hanc paginam super eodem conscriptam sigilli nostri testimonio fecimus roborari.

Datum apud Loen IIII$^{o}$ idus maii.

## BFW 499.

*Otto spricht der Kirche in R i d d a g s h a u s e n alle Rechte an Gütern zu Berßel zu, nachdem sein Ministeriale Heinrich Grubo und dessen Ehefrau in einer Klage vor ihm Ansprüche geltend gemacht und schließlich gegen eine Zahlung von 30 Mark Silber darauf verzichtet haben.*

*1215 August 3*

*Original, 299 + 31 x 224 (–235) mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 24 Urk. Nr. 37 (A).*

*Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 827 Nr. 327 aus A. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 59 Nr. 82 aus A. – Künftig bei Jarck, UB Riddagshausen Nr. 51 aus A.*

*Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 164 Nr. 6. – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 31. – Franklin, Sententiae curiae regiae S. 118 Nr. 315 (mit Textauszügen). – Hänselmann, UB Braunschweig 2, Nr. 42 (mit Wiedergabe der Datierung). – Wilke, Goslarer Reichsgebiet S. 205 Nr. 21a (mit Wiedergabe der Zeugennamen). – Die deutschen Königspfalzen 4, S. 99 Nr. 18 (mit Anführung der Zeugen). – Haertel, Geschichte der Gruben S. 227 (mit Anführung der Zeugen). – BFW 499.*

# In nomine sancte et individue trinitatis. # Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus. Presenti scripto manifestum esse volumus universis, quod Heinrico Grubone ministeriali nostro faciente nobis querelam de ecclesia in Riddageshusen eo, quod possideret bona, que fuerant Annonis pridem canonici Brunewicensis, aput Bersle sita, in quibus ipse Heinricus uxorem suam et se ratione ipsius asseruit ius habere, citavimus ecclesiam in iuditium[a] mandantes ab ea dicto Heinrico iusticiam exhiberi. Venientes igitur in presentiam nostram Conradus venerabilis abbas et cetera potior pars ecclesie fideliter affirmabant idoneis[b] testibus plenissime comprobantes se bona illa ab Annone predicto emisse fide bona utrimque servata et consentientibus fratribus eius, scilicet Ludolfo concanonico suo et Friderico marscalco de Volcmeroth, nec non ipso Friderico, sicut confessus est coram nobis, prestante pro warandia fideiussoriam cautionem. Itaque partibus ecclesie iustissime defensis transivit lis ad Fridericum marscalcum ad warandiam obligatum, qui transactione facta promisit ac postea persolvit Heinrico et uxori sue triginta marcas, quarum decem dedit ecclesia voluntarie pietatis non iuris respectu, ne scilicet Fridericus solus iam dicta pecunia dampnaretur. Hac demum causæ decisione completa Heinricus Grubo et uxor sua renuntiaverunt coram nobis omni iuri suo in bonis antedictis astantibus et attestantibus fidelibus nostris Gunzelino dapifero, Baldewino advocato, Burchardo de Wulferbutle, Olrico advocato Goslarie, Iohanne de Bornem, Heinrico de Dorstat et aliis quam pluribus. Ut igitur hec ordinatio rata permaneat in posterum aput omnes et gaudeat in perpetuum ecclesia in Riddageshusen plenitudine sui iuris in bonis ante sepius nominatis, fecimus hoc scriptum[c] super eadem ordinatione confectum sigilli nostri patrocinio roborari. Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo quintodecimo, regni nostri anno septimodecimo, imperii vero sexto, indictione tertia, tertio non. augusti.

(SP.2.)[d]

---

[a] *danach folgt ein einem tironischen* et *ähnliches (wohl Interpunktions-)Zeichen*
[b] *zweites* i *sofort* aus o *verb.*
[c] *unter* t *kleines Loch im Pergament*
[d] *beschädigt, an gewebtem Band aus roten und weißen Seidenfäden.*

## BFW 500.

*Otto überträgt auf Bitten des Grafen Eilger von Hohnstein der Kirche zu W a l k e n r i e d die Vogtei über das Dorf Roth, die dieser und dessen Söhne Dietrich und Heinrich vom Reich innehatten und ihm aus freiem Willen resignierten.*

*Nordhausen – 1215*

*Original, 501 (–508) + 22 (–30) x 332 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 25 Urk. Nr. 53 (A).*

*Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 829 Nr. 328c „ex manuscripto authentico“ (wohl A) = Aspern, Cod. dipl. historiæ comitum Schauenburgensium 2, S. 5 Nr. 6 Auszug, zu 1212 Juli/August. – UB Niedersachsen 2/1, S. 73 Nr. 85 Teildruck aus A, zu 1215 (?), wohl 1209. – Dolle, UB Plesse S. 100 Nr. 55 aus A, zu 1212. – Dolle, UB Walkenried 1, S. 134 Nr. 86 aus A.*

*Posse, Privaturkunden Tafel VIIIc (Schriftprobe).*

*Eckstorm, Chronicon Walkenredense S. 81 (zu 1209). – Leuckfeld, Antiquitates Walckenredenses 2, S. 15 (Erwähnung, zu 1209). – Jovius, Geschichte Honstein S. 15 f. (mit Anführung der Zeugen, zu 1212). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 165 Nr. 11. – Hoche, Geschichte der Grafschaft Hohenstein S. 61 (Erwähnung, zu 1212). – Schultes, Directorium diplomaticum 2, S. 501 Nr. 143 (mit Anführung der Zeugen und Wiedergabe der Datierung). – Förstemann, Geschichte der Stadt Nordhausen S. 35 (zu 1209). – Förstemann, Urkundliche Geschichte der Stadt Nordhausen S. 35 (zu 1209). – Förstemann, Mon. rerum Ilfeldensium Additamenta S. 7 Nr. 22. – Förstemann, Kleine Schriften 1, S. 132 Nr. 7 (Erwähnung). – Langerfeldt, Kaiser Otto der Vierte S. 320 Anmerkung 289 (zu 1212). – Hasse, Schleswig-Holstein-Lauenburgische Reg. 1, Nr. 308 (mit Wiedergabe der Datierung). – Meyer in: Zs. des Harzvereins 28, S. 418 Nr. 81 (mit Textauszügen, zu 1209 Mai). – Dobenecker, Reg. Thuringiae 2, Nr. 1510a (zu 1212 Juli 22) und Nr. 1644 (mit Anführung der Zeugen zu 1215?). – Pappenheim, Reg. der Pappenheimer Marschälle Nr. 223 (zu 1212). – Baumann in: Plesse-Archiv 16, S. 51. – Die deutschen Königspfalzen 2, S. 346 Nr. 16 (mit Anführung der Zeugen zu 1212 Juli 22). – Letzner, Walkenrieder Chronik, ed. Reinboth, S. 40 (zu 1209). – Kunde, Zisterzienserkloster Pforte S. 350 Nr. 44. – BFW 484c (zu 1212 Nordhausen) = BFW 500.*

(C.) # In nomine sancte et individue trinitatis. Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator semper augustus. # Quoniam ad excellentiam imperialem nos divina promovit clementia, circa tutelam ecclesiarum dei abundantiæ nobis incumbit diligentia, quatinus violenter opprimentium reprimamus[a] contumatiam et servorum dei consequamur gratiam. Universis igitur Christi fidelibus indubitanter constare volumus, quod ecclesia de Walchenrith, quam sub nostro patrocinio constitutam fovere curamus, villam quandam, que vocatur Roth, id est novale, multo tempore iuste dinoscitur possedisse, set eiusdem ville advocatiam habuit Helgherus comes de Hoenstein de imperio. Cum autem venissemus Northusen, predictus comes cum duobus filiis[b] suis Theoderico et Henrico filiis suis[b] non coactus set de mera voluntate in manu nostra eandem advocatiam resignavit studiose nobis supplicans, quatinus eam libere possidendam predicte ecclesie conferremus. Nos vero in remedium anime nostre et successorum nostrorum Romanorum imperatorum predictam[c] advocatiam contulimus in manum Henrici abbatis de Walchenrith perpetuo possidendam. Huius rei testes sunt: Helgherus comes, Theodericus et Henricus filii eius, Adolfus comes de Scouwenburg, Albertus comes de Clettemberg, Burchardus comes de Scarpfelde, Adolfus comes de Dassele, Helleboldus de Plesse, ministeriales: Henricus Kalendin[d], Henricus de Mildenstein, Conradus Kiselinc, Theodericus de Wilroth, Gunterus de Radelueroth, Burcardus de

---

[a] ma *von erster Hand über der Zeile nachgetragen*
[b–b] *so A*
[c] d *aus* e *verb.*
[d] a *aus* e *verb.*

Hoenstein et alii quam plures. Quicumque igitur contra hoc venire et ecclesiam dampnificare presumpserit, centum libras auri componat, dimidium camere nostre, reliquum ecclesie iniuriam passe. Ad huius rei evidentiam scriptum istud bulle nostre inpressione munimus.

#Singnum[e] domini Ottonis quarti dei gratia Romanorum imperatoris invictissimi. # (M.) Acta sunt hec anno domini MCCXV°, imperii nostri[f], regni autem nostri anno[g] primo[g].

(SP.2.)[h]

---

[e] *so A*
[f] *danach Raum für die Angabe der Kaiserjahre freigelassen*
[g–g] *von anderer gleichzeitiger Hand hinzugefügt*
[h] *an roten, grünen und weißen Seidenfäden.*

## BFW 502.

*Otto schenkt mit Zustimmung seines Bruders Pfalzgraf Heinrich der Kirche zu R i d d a g s h a u s e n sein Erbgut* Scahthorst *mit allem Zubehör, nachdem ihm dieses von Marschall Friedrich von Volkmarode und dessen Söhnen, die es als Lehen innehatten, aufgelassen wurde.*

*1216 März 9*

*Original, 265 + 27 x 268 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 24 Urk. Nr. 35 (A).*

*Meibom sen., Chronicon Riddagshusense S. 19 unvollständig (zu 1216 Mai 10) = Meibom sen., Chronicon Riddagshusense ed. II. S. 21 = Iongelinus, Notitiae abbatiarum lib. III, S. 33, = Meibom sen., Chronicon Riddagshusense, in: Meibom, jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 351, = Chronicon Riddagshusense, ed. Zimmermann, S. 28 in deutscher Übersetzung. – Meibom sen., Apologia pro Ottone IV. S. 117 wohl aus Kopialbuch des 14. Jh. in Magdeburg = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Opuscula historica S. 418 Nr. 8 = Meibom sen., Apologia pro Ottone IV., in: Meibom jun., Rerum Germanicarum tom. 3, S. 162 Nr. 8 = Scheidt, Origines Guelficae 3, S. 825 Nr. 325, = Erath, Cod. dipl. Quedlinburgensis S. 134 Nr. 17 Teildruck. – Bocholtz-Asseburg, Asseburger UB 1, S. 60 Nr. 83 aus A. – Künftig bei Jarck, UB Riddagshausen Nr. 49 zu 1215 aus A mit Varianten aus Kopialbuch des 14. Jh. in Magdeburg.*

*Wilke, Ebstorfter Weltkarte 2, S. 91 Nr. 125 (Urkundenabb., Ausschnitt).*

*Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 1298 (zwei Erwähnungen zu 1215 und 1216). – Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 860 Nr. 8. – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 164 Nr. 2 (zu 1215) und Sp. 166 Nr. 3 (zu 1216). – Bege, Geschichten des Herzogthums Braunschweig S. 31. – Campe, Reg. Blankenburg – Campe 1, Nr. 141 (mit Wiedergabe der Zeugennamen und der Datierung). – Bode, UB der Stadt Goslar 1, Nr. 396 (mit Wiedergabe der Zeugennamen und der Datierung). – Wilke, Goslarer Reichsgebiet S. 205 Nr. 22 (mit Wiedergabe der Zeugennamen). – Boetticher, Gütererwerb S. 282 Nr. 121. – BFW 502.*

*BFW 499 diente für einzelne Passagen als Vorurkunde, darüberhinaus entsprechen neben Invocatio und Intitulatio auch die Formulierung sowie die Anordnung der Datierungselemente dieser Vorlage.*

# In nomine sancte et individue trinitatis. # Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus. Sancta quidem et placens deo Cisterciensis ordinis religio fidelium omnium veneratione digna nostris tanto devotius est curanda subsidiis quanto nobis excelsiorem inter homines contulit divina gratia potestatem. Piam igitur circa omnia illius ordinis monasteria voluntatem habentes, precipue circa dilectissimam nobis ecclesiam in Riddageshusen, bonum et salubre propositum nostrum cupimus in effectum opere proficisci, quotiens nobis oportunitatem adeptis competenter eam suppetiverit promovere. Itaque Friderico marscalco[a] de Uolcmerode et filiis eius resignantibus in manus nostras ius feodi, quod habebant in patrimonio nostro Scahthorst, et silva et pratis ei attinentibus cum ceteris pertinentiis contulimus ac donavimus ecclesie in Riddageshusen idem patrimonium nostrum integre cum toto[b] iure suo consentiente nobis fratre nostro Heinrico illustre comite palatino. Hec autem facta sunt attestantibus fidelibus nostris Gunzelino imperialis aule dapifero, Willikino marscalco, Olrico advocato Goslar(ie), Burchardo de Wulferbutle cesario advocato de Quidelingeburh, Tiderico de Werbene et Iohanne[c] de Bornem. Ut igitur predicto monasterio in Riddageshusen eiusdem predii possessio integra et tam[d] salva quam libera sine omni molestia permaneat * in perpetuum, * fecimus hoc autenticum sigilli

---

[a] co *infolge Faltung abgerieben*
[b] *zweites* o *infolge Faltung etwas abgerieben*
[c] ha *infolge Faltung etwas abgerieben*
[d] *infolge Faltung teilweise abgerieben*

nostri munimine roborari. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo[e] quintodecimo[f], anno regni nostri octavodecimo, imperii autem sexto, indictione quarta[g], septimo idus martii.

(SP.2.)[h]

---

[e] *zunächst* ducentessmo*, zweites langes* s *wohl sofort durch Rasur des mittleren Teils des Schaftes in* i *verb.*
[f] n*, erstes* o *und* d *etwas abgerieben*
[g] *erstes* a *wohl verb.*
[h] *beschädigt, an gewebtem Band aus roten und weißen Seidenfäden.*

# BFW 504.

*Otto schenkt der Kirche und dem Konvent zu G a n d e r s h e i m Güter aus seinem Besitz zu Herrhausen im Tausch gegen fünf Mansen in* Hymmethehusen *und weitere genannte Güter.*

*Harliburg, 1216 Oktober 8*

*Original, 217 + 27 x 264 mm, im Niedersächsischen Landesarchiv zu Wolfenbüttel, 6 Urk Nr. 43 (A).*

*Leuckfeld, Antiquitates Poeldenses S. 145 Anmerkung g. – Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis S. 385.*

*Harenberg, Historia ecclesiae Gandershemensis Tab. 5, fig. 21 (Nachzeichnung des Siegels).*

*Georgisch, Reg. chronologico-diplomatica 1, Sp. 863 Nr. 25 und Sp. 864 Nr. 36 (mit Wiedergabe der Datierung). – Hempel, Inventarium diplomaticum 1, Sp. 166 Nr. 8 (mit Wiedergabe der Datierung). – Uhde, Immedeshausen S. 288 Nr. 2. – BFW 504.*

# In nomine sancte et individue[a] trinitatis eiusque[b] gracia Otto quartus Romanorum imperator[c] et[c] semper augustus. # Iustum est et imperialem nostram decet maiestatem, ut ea, que ordinare et disponere proponit, firmitatis robur et stabilitatis obtineant. Notum igitur facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos ex mera deliberacione nostra et voluntate bona nostra apud Herrehuse dedimus ecclesie et conventui de Gandresheym videlicet quinque mansos in campis et silvis cum omnibus suis pertinenciis et dimidiam silvam de Hosenringerodh sub tali condicione, quod eadem ecclesia et eius conventus nobis in comutacionem horum bonorum dat quinque mansos in Hymmethehusen[d] cum silvis et campis et omnibus suis attinenciis et dimidiam partem de Walmethehusen[e], similiter in silvis et campis et aliis omnibus suis pertinenciis preter[f] unum solum mansum, qui aliunde pertinet. Dat eciam nobis prefata ecclesia silvam separatam de Depengroue. Et ut hec concessio et nostra ordinacio rata sit et in futurum intemerata permaneat, presens scriptum bulle nostre impressione iussimus communiri. Huius autem facti testes sunt hii: Henricus comes de Sladheim, Cunradus de Wilre, Basilius de Hosterode, Razo de Huttesheym, Herwicus de Hutthesh(eym), Bernardus de Betenhe(ym), Heggebertus de Frethen et multi alii.

Acta sunt hec anno incarnacionis dominice M°CC°XVI°, indiccione quarta, anno regni nostri XIX°, imperii vero octavo. Dat. Harlingeberc per manum Radulfi domini imperatoris clerici, octavo idus octobris.

(SP.D.)[g]

---

[a] idiuie *mit Kürzungsstrich über dem Wort A*
[b] *so A*
